(3

BENEDICTI XIV.
PONT. OPT. MAX.
OLIM
PROSPERI CARDINALIS
DE LAMBERTINIS
OPERA OMNIA
IN UNUM CORPUS COLLECTA,

ET NUNC PRIMUM IN QUINDECIM TOMOS DISTRIBUTA.

EDITIO NOVISSIMA

ANTEACTIS OMNIBUS AUCTIOR, CASTIGATIOR,
ET MELIORI ORDINE DISPOSITA:

ADDITIS PRÆTEREA TRIBUS INTEGRIS VOLUMINIBUS,
QUÆ NUNC PRIMUM PRODEUNT,

Pluribusque aliis luculentissimis Accessionibus, quas Præfatio
Tomo primo præfixa melius docebit.

TOMUS DECIMUS QUINTUS
CONTINENS

AUCTORIS NOSTRI

OPUSCULA MISCELLANEA
Nunc primum edita, atque in unum corpus collecta.

VENETIIS

MDCCLXXXVIII.

Sumptibus { JOSEPHI REMONDINI, ANTONII ZATTÆ, } & Filiorum.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

RECENTIS EDITORIS
PRÆFATIO.

PRÆTER ea, quæ hactenus edidimus, Benedicti XIV. Pontificis Optimi Maximi, egregia Opera, quæque quatuordecim in folio voluminibus complexi sumus, alia insuper immortalis hujus Auctoris scripta superesse compertum est, non mole quidem magna, sed maximo certe in pretio habenda, quæ diversis temporibus, prout occasio tulerat, exaraverat; quæque vel seorsum, vel in aliorum libris typis vulgata fuerant, scilicet exiguos quosdam de aliquo peculiari argumento Tractatus, Dissertationes, Epistolas, Allocutiones, aliaque hujus generis bene multa. Ex his non pauca in quatuor peculiaris illius Bullarii Tomis sapienti sane consilio inserta sunt; verum nonnulla alia, vel quia inveniri tunc non potuerunt, vel quia ad Bullarium minime pertinere visa sunt, vel alia fortasse de causa quæ nos latet, omnino prætermissa sunt. Ne igitur tanti Scriptoris aliquid depereat, ac præsertim ut nostra hæc, quam adornamus, omnium illius Operum Collectio numeris omnibus absoluta, quoad fieri potest, in lucem prodeat, visum est quotquot reperire potuimus hujusmodi Opuscula colligere, atque uno simul volumine comprehendere; quoniam vero alia ad alias res prorsus pertinent, & varii generis argumenta in illis pertractantur, Opuscula Miscellanea nuncupavimus. Super-

pervacaneum est hic quidquam in eorum commendationem afferre, nam pro quacumque laude sufficit affirmare, ea a sapientissimo illo Pontifice fuisse conscripta. Quænam illa sint, quodque argumenti genus tractent, ex hoc, qui mox subjicietur, eorum Indice innotescet. Ex his quædam, ut Disquisitio *de Portiunculæ Indulgentia*, ac Dissertatio *de capacitate Canonicorum Regularium Lateranensium & SS. Salvatoris ad secularia Beneficia obtinenda*, vernaculo tantum sermone exarata fuerant; nos autem, ut hinc Auctoris præstantissimi nativa scribendi dignitas, atque elegantia dignosci posset, illinc vero ut exterorum hominum, qui italice nesciunt, commodo ac intelligentiæ satis fieret, in latinam linguam transtulimus, & latine simul, atque italice excudenda curavimus: qua in re sapientissimi ipsius Pontificis mentem ac exemplum plane secuti sumus, qui plura Opuscula a se Italice conscripta voluit ut non aliter nisi cum latina simul interpretatione quatuor Bullarii sui Tomis insererentur. Epistolam solum Didacticam de *Primariis Precibus* ad Archiepiscopum Laodicenum, Apostolicum Nuntium Coloniæ italice scriptam, latinitate non donavimus, propterea quod cum gallica lingua tam longe lateque propemodum pateat, quam latina, gallicam illam interpretationem sufficere arbitrati sumus, cum qua primum Romæ typis edita fuit. Ad horum Opusculorum ordinem ac dispositionem quod spectat, cum nullam inter se connexionem habeant, & singula de rebus plane diversis agant, nihil de eo solliciti fuimus, & prout ad manus nostras pervenerunt, illa collocavimus. Illud autem, quod ad studiosorum hominum utilitatem maxime opportunum erat, minime prætermisimus, nempe ut locupletissimo rerum Indice instruerentur, quem summa diligentia a nobis confectum ad calcem apponendum curavimus. Non dubitamus, quin universa Litteratorum Respublica hæc nostra Opuscula eo

plausu

plausu exceptura sit, quo reliqua clarissimi hujus Pontificis scripta omnia excepta sunt, & praeterea speramus fore, ut laborem hunc qualemcumque nostrum, nostramque, sin minus, de ea bene merendi voluntatem aequi bonique consulat. Vale.

INDEX

INDEX OPUSCULORUM,

QUÆ HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

Paro-

DIS-

DISQUISITIO

ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI

PROSPERI DE LAMBERTINIS

Advocati Conciſtorialis, Promotoris Fidei, & Sacræ Congregationis Concilii a Secretis,

In qua ſacræ Congregationi a SS. D. N. CLEMENTE XI. peculiariter deſignatæ exponuntur PP. Minorum Conventualium momenta rationum circa ea quæ P. Guardianus Cœnobii FF. Minorum Obſervantium S. M. de Angelis Aſiſienſis ſupplici libello propoſuit Sanctitati ſuæ, & circa ea quæ ab aliis allata ſunt in aliis ſcriptis eidem S. Congregationi deſignatæ porrectis.

DISCORSO

Di Monſig. Illuſtriſs., e Reverendiſs.

PROSPERO LAMBERTINI

Avvocato Conciſtoriale, Promotore della Fede, e Segretario della Sagra Congregazione del Concilio,

Nel quale ſi eſpongono alla Sacra Congregazione ſpecialmente Deputata dalla Santità di N. S. CLEMENTE XI. le ragioni de' Padri Minori Conventuali circa i punti promoſſi dal Padre Guardiano del Convento de' Minori Oſſervanti degli Angeli ſotto Aſſiſi, in un Memoriale dato a Sua Beatitudine, e circa i punti da altri promoſſi in altre Scritture eſibite alla detta Sagra Congregazione Deputata.

Ex Libello Italice ſcripto, ac typis impreſſo Fulginei an. 1721. qui nunc primum latinitate donatur.

1. P. GUARDIANUS Cœnobii Minorum Obſervantium de Angelis non procul ab Aſiſii urbe SS. Domino Noſtro ſupplicem libellum dedit, quo, poſteaquam incommoda quædam, ac aliqua quæ ipſe putat abſurda exaggeravit, quæ exorta eſſe, atque exoriri ſtatuit cum populus magna frequentia ad Indulgentiam Portiunculæ vulgo dictam capeſſendam ſe confert, hujuſmodi incommoda atque abſurda ex ſolemni Supplicatione, quæ ea occaſione fit, originem trahere aſſeverat, atque ex eo, quod fores Eccleſiæ Angelorum uſque ad illius ingreſſum occluſæ teneantur; ex quo legitime colligi poteſt, P. Guardianum poſtulare, vel ut Supplicatio hujuſmodi abrogetur, vel ut Eccleſiæ fores apertæ relinquantur, vel, ut melius dicam, ne claudantur ad Supplicationis adventum deinceps aperiendæ, quemadmodum ſemper hactenus in more poſitum fuit. Cum autem Emin. Cardinalis Vallemani vigilantiſſimus PP. Minorum Conventualium Protector provinciam mihi demandaverit, ut ſcripto committerem rationes, quæ Religioſis hiſce ſuffragantur in re tanti momenti, & in qua ipſis (quippe qui ſummopere exoptant ut vetus illa Supplicatio peragatur eodem prorſus modo, ac eadem forma, qua huc uſque peracta eſt) ſaltem oblique ea-

1. AVENDO il Padre Guardiano del Convento de' Minori Oſſervanti degli Angeli preſſo la Città d' Aſſiſi dato un Memoriale a Sua Santità, in cui, dopo aver eſagerati alcuni preteſi diſordini, che ſuppone eſſer ſucceduti, e ſuccedere nell' occaſione del gran concorſo del Popolo, che va a prendere l' Indulgenza detta della Porziuncola, dice avere i detti diſordini la ſua origine dalla ſolenne Proceſſione, che ſi fa in quella congiuntura, e dal tenere le Porte della Chieſa degli Angeli chiuſe ſino al di lei ingreſſo; dal che può legitimamente inferirſi, chiedere il P. Guardiano, o che ſi levi la Proceſſione, o che ſi laſcino aperte le Porte della Chieſa, o per meglio dire, che non ſi chiudano, per aprirle dappoi all' arrivo della Proceſſione, conforme ſi è mai ſempre praticato ſin' ora; ed avendomi l' Eminentiſſimo Sig. Cardinal Vallemani vigilantiſſimo Protettore de' PP. Minori Conventuali comandato il porre in carta le ragioni, che aſſiſtono a queſti ſuoi Religioſi in un Affare di tanta importanza, e nel quale ad eſſi, come ſommamente deſideroſi, che la già antica Proceſſione ſi mantenga nel modo, e forma, con cui è ſtata fatta ſino al preſente, viene attribuita almeno indirettamente la cagione dei diviſati ſconcerti, ſtimo oppor-

ea- tuno

earumdem perturbationum causa tribuitur; operæ pretium duco Disquisitionem hanc meam in quasdam paragraphos dispertiri, ut Sacra Congregatio huic conficiendo negotio a Sanctissimo Pontifice peculiariter designata, plenius edoceri possit, ac ea decernere, quæ opportuna & rerum statui magis consentanea existimabit.

§. I.

In qua breviter innuitur Indulgentiæ Portiunculæ principium.

2. OPTABANT pii complures ac religiosi viri novum Seraphici Patris S. Francisci Institutum amplecti; sed cum ipse Ecclesia, ac satis capaci Domo careret, illos admittere non poterat; quare ut necessarium illis receptaculum præberet, consilium iniit vir Sanctus adeundi Episcopum, & Capitulum Asisiense, ut exiguam aliquam Ecclesiam ab illis exposceret. At eum id quod in votis habebat, consequi non potuisset, ad Abbatem Benedictinum Montis Subasii cogitationem suam convertit, qui, hac postulatione Monachis proposita, atque ab iisdem approbata, parvam Ecclesiam B. Mariæ Angelorum, Portiunculæ a finitimo pago nuncupatam, illi concessit.

3. Hæc omnia leguntur in libro multæ auctoritatis, qui inscribitur *Speculum Vitæ S. Francisci cap. 55. Fuit ergo ad Episcopum Asisii, cui dixit Episcopus: Fratres nullam Ecclesiam habeo, quam valeam vobis dare, & idem Canonici responderunt. Tunc ivit ad Abbatem S. Benedicti de Monte Subasio. Abbas vero, habito consilio cum Monachis, operante gratia, & voluntate divina, concessit Beato Francisco, & Fratribus suis Ecclesiam S. Mariæ de Portiuncula.*

4. Et P. Tiburtius Navarrus, qui Vitam S. Francisci elucubravit ex celeberrimi P. Wadingi annalibus collectam, addit, quod cum Ecclesia S. Mariæ Angelorum a pio quodam Sacerdote Asisiensi, cui nomen erat Petrus Mazancoli, tunc temporis regeretur, illum vir Sanctus adivit, concessionem hanc sibi a Monachis Benedictinis factam significaturus: pius autem Sacerdos maxima amoris significatione ipsum excepit, subjiciens se nihil aliud optare, nisi ut Beatissima Virgo ea qua par est veneratione in sancto illo, quamvis angusto Sacello coleretur. En verba Navarri lib. 1. cap. 19. *Numquam æmula pietas; statim enim bonus ille Sacerdos in Viri Sancti irruens amplexus nihil magis se desiderasse dixit, quam ut Beata Virgo haberet in hac sua sancta, licet humili Casa, a quibus pie coleretur, & instanter laudaretur.*

5. In hac sacra Ædicula, seu parva Ecclesia Seraphicus Pater S. Franciscus a Deo postulavit plenariam Indulgentiam pro iis, qui sua crimina detestati & confessi, eam inviserent, atque in eadem sacra Ædicula Deus O. M. ipsius precibus obtemperavit, hac tamen conditione, ut antedictam Indulgentiam a Summo Pontifice Honorio III. expeteret, qui certior factus hanc esse voluntatem Dei, anno 1223. plenariam Indulgentiam perpetuo concessit iis omnibus, qui peccata sua rite dolentes ac confessi, eam sacram Ædiculam, seu parvam Ecclesiam adirent a vesperis calendarum Augusti usque ad vesperas diei sequentis. *Tandem intelligens*, verba sunt lectionum secundi Nocturni Breviarii Franciscani pro die secundo Augusti, quo Ecclesiæ B. Mariæ Angelorum Dedicationis Festum celebratur: *tandem intelligens Pontifex divinam voluntatem, concessit eam Beato Francisco plenariam quidem, & liberam, ac perpetuam, sed unius dumtaxat diei naturalis cujuscumque anni,*

hoc

tuno il dividere il presente Discorso in alcuni Paragrafi, acciò la Sagra Congregazione deputata da Sua Santità sopra questa pendenza, possa pienamente restar informata, e prendere quelle risoluzioni, che giudicherà opportune, e confacenti allo stato delle cose.

§. I.

In cui brevemente si accenna il principio dell' Indulgenza della Porziuncola.

2. DESIDERAVANO molte pie Persone di abbracciare il nuovo Istituto del Serafico Padre S. Francesco, e non essendo possibile ammetterle, non avendo Chiesa, nè Casa a proposito, per dare ad esse il necessario ricovero, prese il Santo la deliberazione di ricorrere al Vescovo, ed al Capitolo d' Assisi, per ottenere da essi qualche piccola Chiesa; e non avendo potuto ottenere ciò, che desiderava, rivoltò i suoi pensieri all' Abate Benedettino di Monte Subasio, che proposta ai Monaci la predetta domanda, dopo essere stata da essi approvata, feceli la concessione della piccola Chiesa della Madonna degli Angeli, detta della Porziuncola da una Villa ad essa vicina.

3. Si legge tutto questo nell' autorevole libro intitolato *Speculum Vitæ* di S. Francesco al Capitolo 55. *Fuit ergo ad Episcopum Asisii, cui dixit Episcopus: Fratres nullam Ecclesiam habeo, quam valeam vobis dare, & idem Canonici responderunt. Tunc ivit ad Abbatem S. Benedicti de Monte Subasio. Abbas vero, habito consilio cum Monachis, operante gratia, & voluntate Divina, concessit Beato Francisco, & Fratribus suis Ecclesiam S. Mariæ de Portiuncula.*

4. Ed il Padre Tiburzio Navarro, che compose la Vita di S. Francesco, raccogliendola dagli Annali del rinomato Padre Wadingo, aggiunge, che essendo In quel tempo la Chiesa della Madonna degli Angeli sotto la cura di un pio Sacerdote chiamato Pietro Mazancoli d' Assisi, essendo andato il Santo a ritrovarlo, per notificarli il favore ricevuto da' Monaci di S. Benedetto, fu da esso ricevuto con molta dimostrazione d' affetto, e con espressione, che non aveva altro desiderio, se non che fosse la Beata Vergine colla dovuta pietà venerata in quella santa, benchè angusta Cappella. Ecco le parole del Navarro al libro 1. cap. 19. *Nunquam æmula pietas; statim enim bonus ille Sacerdos in Viri Sancti irruens amplexus, nihil magis sa desiderasse dixit, quam, ut Beata Virgo haberet in hac sua sancta, licet humili Casa, a quibus pie coleretur, & instanter laudaretur.*

5. In questa Santa Cappella, o sia piccola Chiesa, domandò il Serafico Padre San Francesco al Signor Iddio la Plenaria Indulgenza per quelli, che pentiti, e confessati delle loro colpe, l' avessero visitata, e nella medesima Cappella il Signor Iddio esaudì la di lui orazione, con questo però, che dovesse chiedere la predetta Indulgenza al Sommo Pontefice Onorio III. che certificato, esser tale la volontà del Signore, fece nell' anno 1223. la perpetua Concessione d' un' Indulgenza Plenaria a chiunque pentito, e confessato avesse visitata la Cappella, o piccola Chiesa dai Vesperi del primo giorno d' Agosto fino al Vespero del giorno seguente. *Tandem intelligens*, sono parole delle seconde Lezioni del Breviario Francescano per il secondo giorno d' Agosto, in cui si celebra la Festa della Consecrazione della Chiesa della Madonna degli Angeli: *tandem intelligens Pontifex divinam voluntatem, concessit eam Beato Francisco plenariam quidem, & liberam, ac perpetuam, sed unius dum-*

taxat

hoc est a Vesperis calendarum Augusti, usque ad vesperas sequentis diei, qui est anniversarius dies consecrationis supradictæ Ecclesiæ.

6. Ad celebris hujus Facti probationem, unicuique sufficere deberet auctoritas Ecclesiæ, quæ illud in dicti Franciscani Breviarii Lectionibus inseri, ac recenseri passa est, cum exploratum sit, quanta cautione, quantaque diligentia ac consideratione in his rebus ipsa se gerat; sed si forte alia argumenta expetantur, ea certe non desunt.

7. Primo quidem, Petrus Calsannus testatus est se D. Franciscum audisse dum sacram concionem haberet, & schedam quamdam in manu tenens præfatæ Indulgentiæ tenorem promulgaret: *Item coram Fratre Angelo Ministro, Fratre Bonifacio Guardiano, Fratre Bertolo de Perusio, & aliis Fratribus, in loco Portiunculæ, Petrus Calsannus dixit, quod interfuit constructioni Ecclesiæ S. Mariæ de Portiuncula, & audivit tunc Beatum Franciscum plura prædicantem coram Venerabilibus Episcopis, & habebat quamdam Cedulam in manu, & dixit: ego volo vos omnes mittere ad Paradisum, & annuntio vobis Indulgentiam, quam habeo ab ore Summi Pontificis. Omnes vos qui venistis hodie, & omnes qui venient annuatim tali die bene corde contrito, habebunt Indulgentiam omnium suorum peccatorum. Ego volui pro octo diebus, sed non potui*. Atque hoc Petri Calsanni testimonium extat in veteri Bibliothecæ Colbertinæ Monumento, quod edidit Stephanus Balutius in suis Miscellaneis lib. 4. pag. 491.

8. Secundo, idem factum comprobatur ex veteri P. Benedicti Aretini, et P. Raynerii pariter Aretini testimonio, quod anno 1277. reddidere, asserentes se hujus rei narrationem integram audivisse a P. Matthæo de Marignano, qui unus fuit ex Sociis S. Francisci, quique una cum ipso Honorii III. pedibus Perusiæ adstitere, cum Dei voluntati morem gerens Indulgentiæ, de qua nunc loquimur, concessionem impertitus est, quemadmodum in superiori Colbertinæ Bibliothecæ Monumento apud eumdem Stephanum Balutium videri potest.

9. Tertio, ex publico Instrumento jussu Conradi Episcopi Asisiensis confecto anno 1335. in quo fuse narrantur quæcumque breviter a nobis nuper indicata sunt. Vetus illud P. Benedicti Aretini testimonium, & Conradi Asisiensis Episcopi Instrumentum in publico Asisiensis urbis Tabulario servantur, atque alias Congregationi S. Officii rite sunt exhibita, anno vero 1690. Nicodemus Crispanei in lucem edidit Fulginei.

10. Quarto, ex auctoritate Bartholomæi Pisani in celebri Libro Conformitatum, qui approbatus fuit in Generali Franciscanorum Capitulo habito an. 1399. ut videre est *in conformitate* 14. *fructu* 2.

11. Quinto, ex auctoritate S. Bernardini Senensis, qui obiit an. 1443. sic enim ait Sermone 9. *de cultu SS. Trinitatis in Dominica Quadragesimæ art.* 3. *cap.* 2. in fine: *Ite ad Sanctam Mariam de Portiuncula prope Asisium, ubi Beatus Franciscus impetravit a Deo, quod quicumque prima die Augusti contritus, & confessus intraverit Ecclesiam illam, plenam Indulgentiam consequatur omnium peccatorum suorum.*

12. Sexto, ex auctoritate S. Antonini, qui obiit an. 1459. ipse enim in suis historiis *part.* 3. *tit.* 24. *cap.* 7. §. 4. ita scriptum reliquit: *Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo tertio, men-*

tanas diei naturalis cujuscumque anni, hoc est a Vesperis Calendarum Augusti, usque ad Vesperas sequentis diei, qui est Anniversarius dies Consecrationis supradictæ Ecclesiæ.

6. Per prova di questo celebre Fatto, dovrebbe ad ogn'uno bastare l'Autorità della Chiesa, che ha permesso esser egli inserito, e raccontato nelle seconde Lezioni del detto Breviario Francescano, sapendosi con quanta cautela, e con quanta riflessione si proceda in queste materie, ma quando si volessero avere altre prove, esse certamente non mancano.

7. In primo luogo, Pietro Calsanno attestò aver egli sentito S. Francesco, che predicava, e che avendo nelle mani una certa Carta, annunziava il tenore della predetta Indulgenza; *Item coram Fratre Angelo Ministro, Fratre Bonifacio Guardiano, Fratre Bertolo de Perusio, & aliis Fratribus, in loco Portiunculæ, Petrus Calsannus dixit, quod interfuit constructioni Ecclesiæ S. Mariæ de Portiuncula, & audivit tunc Beatum Franciscum plura prædicantem coram Venerabilibus Episcopis, & habebat quamdam Cedulam in manu, & dixit: ego volo vos omnes mittere ad Paradisum, & annuntio vobis Indulgentiam, quam habeo ab ore Summi Pontificis. Omnes vos, qui venistis hodie, & omnes, qui venient annuatim tali die bene corde contrito, habebunt Indulgentiam omnium suorum peccatorum. Ego volui pro octo diebus, sed non potui*. E questa attestazione di Pietro Calsanno è in un antico monumento della Biblioteca Colbertina, dato in luce da Stefano Baluzio nelle sue Miscellanee al libro 4. pag. 491.

8. In secondo luogo, il medesimo Fatto si comprova da un antico attestato del Padre Benedetto d'Arezzo, e del Padre Rainerio parimente d'Arezzo, fatto nell'anno 1277. che dissero aver inteso il racconto intiero dal Padre Matteo da Marignano, che fu uno de' Compagni di S. Francesco, e che fu con esso ai piedi d'Onorio III. in Perugia; allorche conformandosi alla volontà del Signore fece la concessione dell'Indulgenza, di cui ora si parla: come può vedersi nel citato monumento della Biblioteca Colbertina appresso il nominato Stefano Baluzio.

9. In terzo luogo, da un pubblico Istrumento fatto fare da Monsig. Corrado Vescovo d'Assisi nell'anno 1335. in cui si fa un diffuso racconto di quanto poc'anzi fu brevemente accennato: e tanto l'antico attestato del Padre Benedetto d'Arezzo, quanto l'Istrumento di Monsig. Corrado Vescovo d'Assisi si conservano nel pubblico Archivio della Città d'Assisi, e si sono altre volte in forma autentica esibiti alla Congregazione del Sant'Offizio, e nell'anno 1690. furono da Nicodemo Crispanei dati alla pubblica luce in Foligno.

10. In quarto luogo, dall'autorità di Bartolommeo Pisani nel suo famoso libro delle Conformità, che fu approvato nel Capitolo Generale de' Francescani tenuto l'anno 1399. come può vedersi *nella conformità* 14. *fructu* 2.

11. In quinto luogo, dall'autorità di San Bernardino da Siena, che morì l'anno 1443. dicendo egli nel Sermone 9. *de Cultu SS. Trinitatis in Dominica Quodragesimæ art.* 3. *cap.* 2. nel fine: *Ite ad Sanctam Mariam de Portiuncula prope Asisium, ubi Beatus Franciscus impetravit a Deo, quod quicumque prima die Augusti contritus, & confessus intraverit Ecclesiam illam, plenam Indulgentiam consequatur omnium peccatorum suorum.*

12. In sesto luogo, dall'autorità di S. Antonino, che morì l'anno 1459. che nelle sue Storie *part.* 3. *tit.* 24. *cap.* 7. §. 4. così lasciò scritto ... *Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo ter-*

se Januario Beatus Franciscus obtinuit primum a Deo, intercedente Beata Dei Genitrice Maria, & demum a suo Vicario Honorio III. Indulgentiam plenariam peccatorum annis singulis, accedentibus ad Ecclesiam S. Mariæ de Angelis prima die Augusti, & quod duraret per diem naturalem, incipiendo a secundis vesperis illius diei, usque ad vesperas diei sequentis, includendo noctem.

13. Septimo, ex communi Auctorum consensione, qui plene testantur Indulgentiam de Portiuncula, quam impetravit, ut supra narratum est, Seraphicus P. S. Franciscus, scilicet Gonzagæ *de origine Franciscanæ Religionis pag.* 156. Sedulii *in Commentario ad Vitam S. Francisci cap.* 2. Marci Ulyssiponensis in chronicis Ordinis Minorum *Tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. & seqq. & præsertim *cap.* 3. Cardinalis Bellarmini *Controversiarum Tom.* 2. *lib.* 2. *de Indulgentiis cap.* 20. *sub §. Rursus*, Spondani *in Continuat. Annal. Cardin. Baronii ad Annum* 1223. *n.* 11. Wadingi in suis Annalibus ad Annum Chr. 1221. *a n.* 22. *ad.* 24. ad annum quoque 1223. *n.* 1. *&* 2. ubi etiam refert Summorum Pontificum oracula, quæ ad magis confirmandam Honorii III. concessionem faciunt, quæ ita accidit, quemadmodum supra dictum est, ut nemini mirum videri debeat, si celebtis Auctor Michael Medina in hunc modum scripserit in Tract. *de Indulgent. disput.* 1. *cap.* 13. *Est hæc historia adeo ingentis momenti, ut quod Paulus IV. S. M. Pontifex frequenter dictitare solebat, ea sola non tantum ad asserendam Ecclesiasticam potestatem concedendi Indulgentias, sed etiam ad Pontificis Romani auctoritatem adstruendam abunde sit.*

14. Tot vero argumentorum pondus minime labefactat S. Bonaventuræ silentium, qui de hac Portiunculæ Indulgentia nunquam locutus est; id enim ex causa aliqua nobis ignota profectum esse existimandum est; nisi forte dicere velimus, cum res illa tunc temporis omnibus cognita atque explorata esset, supervacaneum duxisse Sanctum illum Auctorem eam commemorare. Præterea argumentum negativum suapte natura parum ponderis habet, &, quod præcipue animadvertendum est, nullum tunc locum habere potest, cum, factum gravi aliquo & coævo Scriptore prætermittente, synchroni alii, & non minoris auctoritatis habentur, qui illius mentionem faciant; atque ita plane in re, de qua loquimur, usuvenit.

15. De S. Brunone memoriæ proditum est, in solitudinem se recepisse, propterea quod vidit Doctorem quemdam Parisiensem, qui mortem obierat, ad vitam per aliquod temporis intervallum restitutum, ut palam testaretur, se æternis Inferorum cruciatibus damnatum esse. Factum istud commentitium esse contendit Massonius, propterea quod Petrus Mauritius, qui Carthusianorum laudes prosequitur, illud omnino silentio præterivit. *Quod igitur*, ait P. Theophilus Raynaudus in opere inscripto *Antemurale adversus fortia ingenia* Operum Tom. VIII. pag. 143. *Quod igitur Petrus Mauritius in laude Carthusianorum haud ita multo ante exortorum effusus, de ea Doctoris anastasi, & impulso inde ad solitudinem sancto Brunone tacuerit, rapit hoc Massonus ad fidem exempli propositi convellendam*. Huic vero argumento idem P. Theophilus his verbis respondet: *Sed est argumentatio gemina illius, quam Anabaptistæ adversus Evangelistam intentant, en Josephi Hebræi silentio de Piscina Probatica. S. Hieronymus stramineum hoc argumentum valide perfregit, monstrans silentium Beati Lucæ de plerisque ad S. Paulum attinentibus, nihil eorum veritati incommodare. Et eadem sane*

tio, mense Januario Beatus Franciscus obtinuit primum a Deo, intercedente Beata Dei Genitrice Maria, & demum a suo Vicario Honorio III. Indulgentiam plenariam peccatorum, annis singulis, accedentibus ad Ecclesiam S. Mariæ de Angelis prima die Augusti, & quod duraret per diem naturalem, incipiendo a secundis Vesperis illius diei, usque ad Vesperas diei sequentis, includendo noctem.

13. In settimo luogo, dal comune consenso degli Autori, che fanno una piena testimonianza dell' Indulgenza della Porziuncola, ottenuta, come di sopra si è raccontato, dal Serafico Padre San Francesco, Gonzaga *de origine Franciscanæ Religionis pag.* 156. Sedulio *in Commentario ad Vitam Sancti Francisci cap.* 2. Marco da Lisbona nelle Croniche dell' Ordine de' Minori *Tomo* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *& seqq. & præsertim cap.* 3. il Cardinale Bellarmino *controversiarum tom.* 2. *lib.* 2. *de Indulgentiis cap.* 20. *sub. §. Rursus*, Spondano *in continuat. Annal. Cardinalis Baronii* all'anno 1223. n. 11. Wadingo ne' suoi Annali all' anno di Cristo 1221. *a n.* 22. *ad* 24. all'anno ancora 1223. *n.* 1. *& n.* 2. ove altresì riferisce gli Oracoli de' Sommi Pontefici, che servono per maggiormente autenticare la concessione d'Onorio III. seguita, come di sopra si è esposto, in tal maniera, che non deve recar meraviglia, se il celebre Autore Michele Medina nel suo trattato *de Indulgent. disput.* 1. *cap.* 13. scrisse: *Est hæc historia adeo ingentis momenti, ut quod Paulus IV. Sa. mem. Pontifex frequenter dictitare solebat, ea sola non tantum ad asserendam Ecclesiasticam potestatem concedendi Indulgentias, sed etiam ad Pontificis Romani auctoritatem adstruendom abunde sit.*

14. Nè a tante prove può opporsi il non aver parlato S. Bonaventura di quest' Indulgenza della Porziuncola, dovendosi credere esser ciò proceduto da qualche circostanza a noi ignota, quando non si voglia dire, che essendo il fatto in quei tempi notorio, giudicasse quel Santo Autore esser superfluo raccontarlo; oltre di che l'argomento negativo non è di sua natura molto concludente, e quello, che deve maggiormente valutarsi, si è, che egli non ha luogo, quando tacendo qualche fatto un Autore grave, e contemporaneo, altri contemporanei, e di autorità, si trovano, che fanno del medesimo testimonianza; come per appunto succede nel caso nostro.

15. Si racconta di S. Brunone, che si dasse alla solitudine per aver veduto un certo Dottore di Parigi, che era morto, ritornare in vita per qualche tempo, per attestare dal Cataletto, che era dannato. Massonio pretende esser questo fatto favoloso, perchè roccontando Pietro Maurizio le lodi de' Certosini, non ne fa parola: *Quod igitur*, dice il Padre Teofilo Rainaudo nel suo Tomo VIII. nell' Opera intitolara *Antemurale adversus fortia ingenia* alla pag. 143. *quod igitur Petrus Mauritius in laude Carthusianorum haud ita multo ante exortorum effusus, de ea Doctoris anastasi, & impulso inde ad solitudinem Sancto Brunone tacuerit, rapit hoc Massonus ad fidem exempli propositi convellendam*. Ma a tal argomento risponde detto Padre Teofilo colle seguenti parole: *Sed est argumentatio gemina illius, quam Anabaptistæ adversus Evangelistam intentant, ex Josephi Hebræi silentio de Piscina Probatica. S. Hieronymus stramineum hoc argumentum valide perfregit, monstrans silentium Beati Lucæ de plerisque ad S. Paulum attinentibus, nihil eorum veritati incommodare. Et eadem sane argumentandi infelicitate, quæ S. Hieronymus, tacente Divo Athanasio, prodidit de Sancti Antonii*

ſane argumentandi infelicitate, quæ S. Hieronymus, tacente Divo Athanaſio, prodidit de Sancti Antonii ad Paulum Eremitarum principem itinere, de cibatione utriuſque per corvum, & Pauli per Antonium tumulatione, infirmarentur. Et paulo poſt: *Sed bene habet, quod ſilentium Petri Cluniacenſis de prodigioſa Doctoris anaſtaſi, & inde impulſo ad ſolitudinem S. Brunone ſupplent ſcriptores perantiqui, hujuſmet plerique temporis, quo res geſta prodit.*

§. II.

In qua ſtatuitur diſcrimen quod intercedit inter Indulgentiam Portiunculæ, atque Indulgentiam a S. Mem. Innocentio XII. conceſſam Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum.

16. QUOD ſuperiori paragrapho dictum eſt, pertinet ad Indulgentiam Portiunculæ; nunc autem ſermo convertendus eſt ad alteram Indulgentiam, quæ Eccleſiæ B. Mariæ Virginis Angelorum a S. Mem. Innocentio XII. conceſſa fuit. Sed priuſquam de hac Indulgentia verba facere incipiamus, ſcire oportet, vetuſtum Sacellum, ſeu parvam Ædiculam, quæ Angelorum, ſeu Portiunculæ nuncupatur, adhuc extare, ac perhonorifice, magnaque cum veneratione ſervari; poſtea vero magnificum, ac ſpectabile templum exſtructum fuiſſe, S. Mariæ Virginis Angelorum appellatum, intra cujus ambitum antiquum Portiunculæ Sacellum exiſtit.

17. Nobiliſſimo huic Templo B. Mariæ Angelorum, in quo ſacra officia peragunt PP. Minores Obſervantes S. Franciſci ſumptuoſum haud procul inde Cœnobium incolentes, ab Innocentio XII. die 18. Auguſti an. 1695. conceſſa fuit Indulgentia plenaria quotidiana, quam lucretur quicumque ſua peccata deteſtatus, & rite confeſſus, necnon ſacroſancta Euchariſtia percepta, illud viſitaverit, ac pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac catholicæ Eccleſiæ exaltatione preces ſuas ad Deum fuderit: *Omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus ad Eccleſiam ſupradictam, ſicut præmittitur, confluentibus, qui illam vere pœnitentes & confeſſi, ac Sacra Communione refecti, in quocumque anni die devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, Hæreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus*: uti habetur in Conſtitutione 49. ejuſdem Pontificis in ejus Bullario peculiari. Idem autem Pontifex ut majoribus etiam beneficiis Franciſcanum Ordinem cumularet, eodem die 18. Auguſti, eodemque anno 1695. ſimilem Indulgentiam plenariam quotidianam Chriſticolis elargitus eſt, qui nobilem, ac venerandam Minorum Conventualium S. Franciſci quæ in Aſiſii urbe ſita eſt, Eccleſiam inviſerent, quemadmodum legitur in Conſtitutione, quæ proxime ſequitur in eodem Bullario.

18. Inter Indulgentiam quam S. Pater Franciſcus conſecutus eſt, quæque Portiunculæ nuncupatur, ac Indulgentiam a fel. record. Innocentio XII. conceſſam Eccleſiæ B. Mariæ Angelorum quædam intercedunt diſcrimina, de quibus verba facere opus eſt, ne altera Indulgentia cum altera permiſceatur, ſicuti interdum nonnemo data opera facere tentavit.

19. Prima differentia in eo ſita eſt, quod Indulgentia, quæ dicitur Portiunculæ, incipit a veſperis calendarum Auguſti, & deſinit in veſperis diei

ad Paulum Eremitarum Principem itinere, de cibatione utriuſque per Corvum, & Pauli per Antonium tumulatione, infirmarentur; e poco dopo: *Sed bene habet, quod ſilentium Petri Cluniacenſis de prodigioſa Doctoris anaſtaſi, & inde impulſo ad ſolitudinem S. Brunone ſupplent Scriptores perantiqui, hujuſmet plerique temporis, quo res geſta prodit.*

§. II.

Nel quale ſi aſſegna la differenza fra l' Indulgenza della Porziuncola, e l' Indulgenza conceduta dalla San. Mem. d' Innocenzo XII. alla Chieſa della Madonna degli Angeli.

16. QUELLO, che è ſtato detto nel §. precedente, appartiene all' Indulgenza della Porziuncola, ed ora paſſando all' altra Indulgenza, che fu conceduta dalla Sa. Me. d' Innocenzo XII. alla Chieſa della Madonna degli Angeli, è neceſſario il ſapere, che l' antica piccola Cappella, o ſia Chieſola detta degli Angeli, o della Porziuncola, è ancora in piedi, ed è con molto decoro, e con molta venerazione conſervata, e che dappoi è ſtata fabbricata una ſontuoſa, e riguardevole Chieſa detta parimente della Madonna degli Angeli, dentro il recinto della quale ſta l' antica Cappella della Porziuncola.

17. A queſta magnifica Chieſa della Madonna degli Angeli officiata da i Padri Minori Oſſervanti di S. Franceſco, che hanno appreſſo di eſſa un ſontuoſo Convento, fu dalla Sa. Mem. di Innocenzo XII. nel giorno 18. di Agoſto 1695. conceduta un' Indulgenza plenaria quotidiana da guadagnarſi da ciaſcheduno, che pentito de' ſuoi peccati, dopo eſſerne confeſſato, ed aver ricevuta la Sacroſanta Eucariſtia, ne farà la viſita, pregando Iddio per la Concordia de' Principi Criſtiani, per l' eſterminio dell' Ereſie, e per l' eſaltazione della Santa Chieſa: *Omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus ad Eccleſiam ſupradictam, ſicut præmittitur, confluentibus, qui illam vere pœnitentes, & confeſſi, ac ſacra Communione refecti, in quocumque anni die devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, Hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus*: come nella Coſtituzione 49. del detto Pontefice nel di lui Bollario particolare, ed aggiungendo il Pontefice grazie a grazie, in vantaggio dell' Ordine Franceſcano, nel medeſimo giorno 18. d' Agoſto, e nello ſteſſo anno 1695. diede una conſimile Indulgenza plenaria quotidiana a i Fedeli, che aveſſero viſitata la nobile, e divota Chieſa di S. Franceſco de i Minori Conventuali, e poſta nella Città di Aſſiſi, giuſta ciò, che ſi legge nella Coſtituzione immediata, che ſegue nel citato Bollario.

18. Fra l' Indulgenza ottenuta dal Padre S. Franceſco, e detta della Porziuncola, e l' Indulgenza conceduta dalla Sa. Mem. d' Innocenzo XII. alla Chieſa della Madonna degli Aogeli, ſono alcune differenze, delle quali fa di meſtieri il ragionare, acciò un' Indulgenza non ſi confonda coll' altra; come tal volta da tal uno a bello ſtudio ſi è procurato di fare.

19. Conſiſte la prima differenza, che l' Indulgenza detta della Porziuncola comincia da i Veſperi del primo giorno di Agoſto, e finiſce ne i Veſperi

diei ſequentis, quemadmodum ſupra oſtendimus; at Indulgentia ab Innocentio XII. conceſſa quolibet anni die vim ſuam habet, *in quocumque anni die devote viſitaverint*.

20. Neque vero quis contra nobis objiciat, Indulgentiam Portiunculæ a S. Franciſco impetratam fuiſſe eo modo quem ſupra innuimus, videlicet a veſperis diei primi Auguſti ad veſperas diei ſequentis, ſed eam deinde a ſummo Pontifice Paulo III. quotidianam effectam fuiſſe, juxta quoddam P. Maſſei Bardi teſtimonium, qui poſtea Cluſiuus Epiſcopus inauguratus eſt, ac juxta quorumdam PP. Jacobi Forti, & Bernardini Bonavoglia atteſtationes, quæ editæ ſunt poſt Opus inſcriptum *Lumi Seraphici di Porziuncola*, quod a Præſule Octavio Minori Obſervante, atque Epiſcopo Aſiſienſi an. 1701. elucubratum fuit; ita ut parvo Portiunculæ Sacello alias hujuſmodi Epigraphe fuerit apposita: *Auguſti hic veniam dat tibi quæque dies*. Hæc, inquam, objectio nihil adverſus nos roboris habet; nam cum die 3. octobris an. 1691. hinc illinc in Sacra Congregatione Romanæ & univerſalis Inquiſitionis diſceptatum fuerit, an certum eſſet, a Paulo III. ad ſingulos dies extenſam fuiſſe Portiunculæ Indulgentiam, reſponſum fuit negative, ac mandatum, ut ea, quam ſupra diximus, epigraphe auferretur: *Auguſti hic veniam dat tibi quæque dies*. En Decreti verba: *Facta relatione per Patrem Magiſtrum Bernardinum Ordinis Prædicatorum de Juribus hinc inde deductis a Patribus Ordinis Minorum Conventualium, & Minorum de Obſervantia reſpective, ſuper prætenſa Indulgentia perpetua, & quotidiana tamquam conceſſa a Paulo III. Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum Fratrum Ordinis Minorum de Obſervantia, Eminentiſſimi Domini, prædictis juribus viſis, & auditis, dixerunt, ex hactenus deductis non conſtare de dicta Indulgentia quotidiana perpetua, & proinde abradendam ſeu removendam eſſe inſcriptionem ſuper Janua Cappellæ Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum Aſiſii, ſcilicet: Auguſti hic veniam dat tibi quæque dies.* Hoc autem Decretum executioni mandatum fuit, hujuſmodi Epigraphe ab illo Sacello penitus abraſa.

21. Altera differentia in eo poſita eſt, quod ad lucrandam Portiunculæ Indulgentiam neceſſe eſt exiguum Sacellum inviſere; contra vero ad eam lucrandam, quæ ab Innocentio XII. conceſſa fuit, ſatis eſt magnam S. Mariæ Angelorum Eccleſiam viſitare, quemadmodum SS. D. N. Clemens XI. anno 1706. declaravit, & bene perpendit P. Auguſtinus Matthæucci ex Ordine Minorum Obſervantium in ſuo Opere, cui titulus: *Officialis Curiæ Eccleſiaſticæ cap.* 26. n. 10. *Opus hic eſt obſervare, quod ad lucrandam Indulgentiam pro die* 2. *Auguſti, incipiendo a primis veſperis primæ diei ad ſequentes veſperas, viſitanda eſt ipſa Sancta Cappella vulgo* di Porziuncola, *nam Sanctus Franciſcus pro ea ipſam obtinuit: Tum quia pro tempore conceſſionis, ipſa veniebat appellatione Eccleſiæ, tum S. Mariæ Angelorum, tum de Portiuncula. Nec grandior tunc erat Eccleſia, ut de præſenti conſtructa, cujus ipſa diceretur Sancta Cappella. Ad lucrandam vero conceſſam ab Innocentio XII. pro quovis anni die, ſufficit viſitare Eccleſiam illam prægrandem, quæ communiter dicitur Eccleſia S. Mariæ Angelorum, cui eſt Indulgentia conceſſa, ut declaravit Clemens XI. de anno* 1706.

22. Tertia differentia in eo vertitur, quod ad lucrandam Portiunculæ Indulgentiam ſufficit Confeſſio, ut colligitur ex iis quæ ſuperiori paragrapho dicta ſunt, atque ex allato Inſtrumento, quod ſervatur in Aſiſienſi Tabulario, ubi verba deſcripta

ri del giorno ſeguente, come di ſopra ſi è dimoſtrato, ma l' Indulgenza conceduta dalla Sa. Mem. d' Innocenzo XII. è per ciaſchedun giorno dell' Anno, *in quocumque anni die devote viſitaverint*.

20. Non giovando in veruna maniera il replicare, che l' Indulgenza della Porziuncola fu impetrata da S. Franceſco, giuſta il modo ſopra accennato, che è lo ſteſſo che dire, dai Veſperi del primo giorno di Agoſto ai Veſperi del giorno ſeguente, ma che ella poi fu fatta quotidiana dal Sommo Pontefice Paolo III. ſecondo una certa atteſtazione del Padre Maſſeo Bardi, che poi fu fatto Veſcovo di Chiuſi, e ſecondo la notizia di un certo Padre Giacomo Forti, e di un certo Padre Bernardino Bonavoglia, che ſono ſtampate dopo l' Opera intitolata *Lumi Serafici di Porziuncola* ſcritta nell' anno 1701. da Monſig. Ottavio Minore Oſſervante, e Veſcovo di Aſſiſi; in tal maniera che ſopra la Cappella della Porziuncola fu altre volte poſta la ſeguente iſcrizione: *Auguſti hic veniam dat tibi quæque dies*; imperocchè eſſendoſi nel giorno terzo di Ottobre dell' Anno 1691. diſputato in contradittorio delle parti nella Sagra Congregazione della Romana, ed univerſale Inquiſizione, ſe foſſe certo eſſere ſtata da Paolo III. eſteſa ad ogni giorno l' Indulgenza della Porziuncola, fu riſpoſto di no, e fu comandato, che ſi levaſſe la ſopraddetta iſcrizione: *Auguſti hic veniam dat tibi quæque dies*. Ecco le parole del Decreto: *Facta relatione per Patrem Magiſtrum Bernardinum Ordinis Prædicatorum de Juribus hinc inde deductis a Patribus Ordinis Minorum Conventualium, & Minorum de Obſervantia reſpective ſuper prætenſa indulgentia perpetua, & quotidiana tanquam conceſſa a Paulo III. Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum Fratrum Ordinis Minarum de Obſervantia, Eminentiſſimi Domini, prædictis juribus viſis & auditis, dixerunt, ex hactenus deductis non conſtare de dicta Indulgentia quotidiana perpetua, & proinde abradendam, ſeu removendam eſſe inſcriptionem ſuper Janua Cappellæ Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum Aſiſii, ſcilicet: Auguſti hic veniam dat tibi quæque dies*, & in eſecuzione di queſto Decreto fu levata dalla Santa Cappella la predetta iſcrizione.

21. Conſiſte la ſeconda differenza, che per guadagnare l' Indulgenza della Porziuncola, è neceſſario il viſitare la Santa Cappella, quando per guadagnare l' altra conceduta dalla Sa. Me. d' Innocenzo XII. baſta il viſitare la gran Chieſa della Madonna degli Angeli, conforme ha dichiarato la Santità di Noſtro Signore Clemente XI. nell' anno 1706., ed ha aſſai bene ponderato il P. Agoſtino Matteucci Minore Oſſervante nella ſua Opera intitolata — *Officialis Curiæ Eccleſiaſticæ cap.* 26. *n.* 10. — *Opus hic eſt obſervare, quod ad lucrandam Indulgentiam pro die* 2. *Auguſti, incipiendo a primis Veſperis primæ diei ad ſequentes Veſperas, viſitanda eſt ipſa Sancta Cappella vulgo* di Porziuncola, *nam Sanctus Franciſcus pro ea ipſam obtinuit: Tum quia pro tempore conceſſionis, ipſa veniebat appellatione Eccleſiæ, tum S. Mariæ Angelorum, tum de Portiuncula. Nec grandior tunc erat Eccleſia, ut de præſenti conſtructa, cujus ipſa diceretur Sancta Cappella. Ad lucrandam vero conceſſam ab Innocentio XII. pro quovis anni die, ſufficit viſitare Eccleſiam illam prægrandem, quæ communiter dicitur Eccleſia S. Mariæ Angelorum, cui eſt Indulgentia conceſſa, ut declaravit Clemens XI. de anno* 1706.

22. Conſiſte la terza differenza, che per guadagnare l' Indulgenza della Porziuncola, baſta la Confeſſione, come ſi raccoglie da quanto è ſtato detto nel precedente Paragrafo, e dal citato Iſtrumento, che ſi conſerva nell' Archivio di Aſſiſi, ove ſono regi-

pta sunt, quæ S. Franciscus protulit, cum illam evulgavit: *A vesperis ejusdem diei Kalendis Augusti usque ad Vesperas secundi diei dicti mensis, tam de nocte, quam de die, includendo noctem, sicut diem, remittantur sibi omnia peccata, postquam confessionem fecerint a die Baptismatis usque ad prædictam diem, & locum habeat quolibet anno in perpetuum, de quibus pœnitentiam sumpserint, & mandatum susceperint a Sacerdote, de quibus non fuerint recordati.* Ad lucrandam vero Indulgentiam concessam Ecclesiæ B. Mariæ Angelorum, præter Confessionem necessaria quoque est Sanctissimæ Eucharistiæ receptio: *Qui illam vere pœnitentes & confessi, ac sacra Communione refecti in quocumque anni die devote visitaverint:* verba sunt Constitutionis 49. Innocentii XII.

23. Quarta differentia est hujusmodi, quod Portiunculæ Indulgentia a pluribus Romanis Pontificibus ad Ecclesias etiam Monialium, & Fratrum primi, & tertii Ordinis prolata est, sicuti testatur Wadingus ad an. 1223. n. 3. *Xistus IV. anno* 1481. *die* 5. *Augusti Indulgentiam hanc extendit ad omnes Moniales, ut eam lucrari possint in suis Ecclesiis, & deinde eam communicavit omnibus Domibus Fratrum, tam primi, quam Tertii Ordinis, quas concessiones Leo X. confirmavit:* atque extat Breve Gregorii XV. apud Lantusca in *Theatro Regularium, verbo Indulgentia*, quod refertur etiam in alio Brevi Innocentii XI. *Alias fel. record. Gregorius Papa XV. Prædecessor Noster omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia etiam Reformatorum nuncupatorum, ubicumque existentium, die* 2. *Mensis Augusti a primis Vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi, annis singulis devote visitassent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effudissent, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concessit.* Contra vero Indulgentia quotidiana concessa Ecclesiæ S. Mariæ Angelorum ad alias Franciscani Ordinis Ecclesias non extenditur.

24. Quinta differentia in hoc consistit, quod Portiunculæ Indulgentia id præcipuum ac peculiare habet, ut in Jubilæo Anni Sancti minime suspendatur, quemadmodum animadvertunt Leo *de Jubilæo n.* 128. Faust. *lib.* 3. *de Jubil. quæst.* 141. *anni Sancti quæst.* 78. Pasqualigo *in Theor. Jubilæi quæst.* 101. & legitur in Brevi Urbani VIII. apud Wadingum *ad an. Christi* 1223. *n.* 3. atque in Brevi Innocentii X. edito a Lantusca in Theatro Regularium *verb. Indulgentia*, ac in alio Brevi Innocentii XII. excuso in P. Matthæuccii Opere quod inscribitur *Officialis Curiæ Ecclesiasticæ cap.* 26. *n.* 6. *Tenore præsentium, declaramus mentis, & intentionis nostræ minime fuisse, nec esse sub præfata Indulgentiarum suspensione, Indulgentiam utriusque sexus Christifidelibus prædictam Ecclesiam die secunda Mensis Augusti, a primis Vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi visitantibus, & requisita pro eadem Indulgentia consequenda peragentibus concessam comprehendere, prout minime comprehendimus, nec comprehensam esse in Verbo Romani Pontificis attestamur.* At Indulgentia quotidiana S. Mariæ Angelorum communi Indulgentiarum omnium suspensione, quæ fit in Jubilæo Anni Sancti, procul dubio comprehenditur.

25. Sexta differentia est, quod Portiunculæ Indulgentia animabus Christifidelium mortuorum per modum suffragii attribui potest, sicuti legitur in

opere

registrate le parole proferite da S. Francesco, quando la pubblicò: *A Vesperis ejusdem diei Kalendis Augusti usque ad Vesperas secundi diei dicti mensis, tam de nocte, quam de die, includendo noctem, sicut diem, remittantur sibi omnia peccata, postquam Confessionem fecerint a die Baptismatis usque ad prædictam diem, & locum habeat quolibet anno in perpetuum, de quibus pœnitentiam sumpserint & mandatum susceperint a Sacerdote, de quibus non fuerint recordati*; ma per guadagnare l' Indulgenza conceduta alla Chiesa della Madonna degli Angeli, oltre la Confessione è necessaria ancora la Comunione, *qui illam vere pœnitentes, & confessi, ac sacra Comunione refecti in quocumque anni die devote visitaverint*. Sono parole della Costituzione 49. di Innocenzo XII.

23. Consiste la quarta differenza, che l' Indulgenza della Porziuncola fu da molti Pontefici estesa alle Chiese delle Monache, e dei Frati del primo, e terzo Ordine, come attesta il Wadingo nell' anno 1223. num. 3. *Xistus IV. anno* 1481. *die* 5. *Augusti Indulgentiam hanc extendit ad omnes Moniales, ut eam lucrari possint in suis Ecclesiis, & deinde eam communicavit omnibus Domibus Fratrum, tam Primi, quam Tertii Ordinis, quas concessiones Leo X. confirmavit*; ed evvi un Breve di Gregorio XV. nel Lantusca nel Teatro *Regularium*,, *verbo Indulgentia*, riferito ancora in un altro Breve della Sa. Mem. d' Innocenzo XI. *alias fel. record. Gregorius Papa XV. Prædecessor Noster omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis ac sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia etiam Reformatorum nuncupatorum, ubicumque existentium, die* 2. *Mensis Augusti a primis Vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi, annis singulis devote visitassent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effudissent, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concessit*; E l' Indulgenza quotidiana conceduta alla Chiesa della Madonna degl' Angeli non è estesa all' altre Chiese dell' Ordine Francescano.

24. Consiste la quinta differenza, che l' Indulgenza della Porziuncola suole avere questo di particolare, che non resta sospesa nell' anno Santo, conforme osservano *Leo de Jubilæo n.* 128. *Faust. lib.* 3. *de Jubil. quæst.* 141. *anni Sancti quæst.* 78. *Pasqualig. in Theor. Jubilæi, quæst.* 101. e come si legge in un Breve del Pontefice Urbano VIII. riportato dal Wadingo all' anno di Cristo 1223. sotto il n. 3. ed in un Breve d' Innocenzo X. stampato nel Lantusca nel Teatro de' Regolari *verb. Indulgentia*, ed in un altro Breve d' Innocenzo XII. stampato nell' Opera del P. Matteucci intitolata *Officialis Curiæ Ecclesiasticæ* cap. 26. sotto il n. 6. *Tenore præsentium, declaramus mentis, & intentionis nostræ minime fuisse, nec esse sub præfata Indulgentiarum suspensione, Indulgentiam utriusque sexus Christifidelibus prædictam Ecclesiam die secunda Mensis Augusti, a primis Vesperis usque ad occasum Solis diei hujusmodi visitantibus, & requisita pro eadem Indulgentia consequenda peragentibus, concessam, comprehendere, prout minime comprehendimus, nec comprehensam esse in Verbo Romani Pontificis attestamur*; e l' Indulgenza quotidiana della Madonna degli Angeli resta senza dubbio compresa sotto la sospensione, che si fa di tutte l' altre Indulgenze dell' anno Santo.

25. Consiste la sesta differenza, che l' Indulgenza della Porziuncola può applicarsi per modo di suffragio all' Anime de' Fedeli Defunti giusta ciò, che

si leg-

generis, quæ ex Perusini Præsidis arbitrio pendet, non semel, & temporibus etiam a nostris non valde remotis magna illa solemnitas pacate & sine ulla perturbatione transacta fuit, ut omnibus exploratum est, &, cæteris probationibus prætermissis, intelligitur ex litteris Præsulis Masserani scriptis anno 1703. ex epistola Præsidis Asisiensis exarata anno 1705. ex aliis Præsulis Firrao scriptis anno 1706. 1707. & 1708. atque ex iis quas an. 1709. & 1710. scripsit is, quem supra nominavimus, clarissimus Vidmanus. Constat etiam ex epistola, quam Præsul Foscarus dedit an. 1712. *Certiorem facio Eminentiam Vestram, sacram hodie Indulgentiæ Angelorum celebritatem absolutam esse cum omni quiete, & sine ulla perturbatione, quomvis ingens populi frequentia duplo major quam anno superiore, propter tempestatem solito benigniorem, non levem metum incussisset.* Haud aliter idem Præsul scripsit anno 1713. Nec dissimiles sunt epistolæ, quas Præsul De Carolis Perusiæ Rector anno 1714. aliisque duobus sequentibus conscripsit, in quarum prima præsertim hæc verba leguntur: *Significo Eminentiæ Vestræ, omnia feliciter evenisse, & sine ulla persurbatione; nihil enim occidit incommodi, quod tam sanctam celebritatem turbaret; immo vero in frequenti Advenarum, & nobilium virorum eu finitimis locis confluentium concursu (qui tamen propter frumenti messes nondum collectas, & temporis difficultatem, solito minor fuit) singularis animorum devotic perspecta est, atque in omnibus Franciscanorum Ordinibus santa concordia, & fraterna charitas, tantumque probitatis exemplum, ut ad pœnitentiam Christifideles commoverentur, atque eorum ergo socram hanc Indulgentiam pietas & religio non medioeriter augeretur. Eo autem præstantius a Deo Optimo Maximo beneficium accepimus, quod cum Ecelesiæ aditus valde maderet, et magna luti copia in eam ab introeuntibus inferretur, aliquid adversi metuebatur, ne scilicet homines in tanta turba fallente vestigio laberentur, atque corruerent, quamvis ad hoc periculum avertendum omnia circum pulvere ac cinere aspergenda, & bene purganda curavissemus.* Quo tempore Lercarius præsidebat, Supplicatio rite ordinateque processit; & quamvis casu accidisset, ut tres homines in primo aditu turba compressi extinguerentur, illico remedium aliis malis allatum fuit, quæ inde oriri potuissent, accurrentibus hominibus ad hunc finem in septo constitutis, ut ex ejus epistola conjicitur ad Cardinalem Paulucciumn conscripta, ad quem pariter aliæ omnes missæ fuerunt, quarum supra mentionem fecimus, quæ in Tabulario secreto sacræ Consultæ servantur, & in quibus vere ae singillatim ab iisdem Præsulibus tota Asisiensis celebritas enunciatur iis temporibus, quibus ipsi in Perusiæ gubernatione Ministri Apostolicæ Sedis extiterunt.

38. Alias Episcopus Asisiensis Sacræ Concilii Congregationi significavit, novum aliquod ad recte componendam Supplicationem remedium necessarium esse, suadens, opportunum fore præcipere, ut ea deinceps per januam a latere ingrediatur, per minorem sacræ ædis alam ad Presbyterium transeat, nec in Sacram Ædiculam gradum faciat. Verum Sacra Congregatio, cum Indulgentiæ tempus immineret, imperavit, ut nihil interim innovaretur, sed fieret, quod antea consuetum fuit: *Occasione personalis Visitationis Sacrorum Liminum exponit Episcopus Asisiensis sacræ Congregationi deplorandam cædem confluentium ad Festivitatem Portiunculæ cb incompositam Processionem, quæ fit in dicta die a Fratribus Franciscanis, et propterea sup-*

dipendono dall' arbitrio di Monsignor Governatore di Perugia, si è più volte, e ne' tempi a noi più vicini fatta, e terminata la gran funzione con quiete, e senza disturbo veruno, come è notorio, e come lasciando le altre prove da parte, si raccoglie dalla lettera di Monsig. di Masserano scritta nell' anno 1703. da una lettera del Governatore di Assisi scritta nell' anno 1705. dall' altre di Monsig. Firrao scritte nell' anno 1706., e 1707., e 1708., dall' altre di Monsignor Vidman scritte negl' anni 1709., e 1710. dalla lettera pure di Monsignor Foscari scritta nel 1712. *Avanzo la notizia a Vostra Eminenza d' essersi oggi terminata lo santa Funzione del Pardono degli Angeli con tutta quiete, e senza disturbo alcuno, benchè il duplicato concorso del Popolo maggiore dell' anno scorso, a riguardo della stagione più mite del solito, l' abbio fatte temere;* e da un' altra lettera del medesimo Prelato scritta l' anno 1713. Consimili sono le lettere di Monsig. de Carolis Governatore di Perugia nell' anno 1714., e negli altri due seguenti, leggendosi specialmente nella prima le seguenti parole: *Mi do l' onore di rappresentare a Vostra Eminenza, essere il tutto seguito felicemente, e senza alcuno sconcerto, poichè non è occorso alcun sinistro accidente, che potesse disturbare una funzione così santa, ma bensì si è veduta nel numeroso Popolo de' Forestieri, e Parsone Nobili circonvicine, quantunque scarso degli altri a cagione delle raccolte de' Grani ancor non fatte, come anche della stravaganza de' tempi, una compunzione particolare, e in tutte le Religioni Francescane l' unione, e la carità fraterna, ed un esemplarità così grande, che han potuto facilmente muovere a compunzione, ed accrescere ne' Fedeli la divozione a questa santa Indulgenza. Ma tanto più speciale è stata la grazia ricevuta do sua Divina Maestà, quanto, che si temeva degli accidenti per l' umidità grande nell' Ingresso della Chiesa, e per la gran fanga, che vi portavano l' istessi Forestieri, per la quale non avessero a scivolare, e cadere nella gran calca, benchè non si fosse mancato nel provedervi, col fare spargere della polvere, e della cenere per levare la detta umidità, e col far tenere polito.* Nel tempo del Governo di Monsig. Illustrissimo Lercari, la Processione andò con ogni miglior' ordine, e quantunque succedesse il caso, che tre Uomini restassero morti nella folla delle prime entrate, non mancò però il riparo all' altre disgrazie, che potevano seguire, essendo accorsi gl' Uomini posti a tal' effetto fu lo steccato, come si deduce dalla di lui lettera scritta all' Eminentissimo Paolucci Segretario dì Stato, al quale pure furono scritte tutte l' altre di sopra riferite, e che si conservano nell' Archivio della Segretaria della sagra Consulta, e che in sostanza sono il distinto, e fedele ragguaglio, che hanno dato i predetti Prelati della funzione di Assisi, negli anni, ne' quali furono Ministri della Sede Apostolica nel Governo di Perugia.

38. Altre volte il Vescovo di Assisi rappresentò alla Sagra Congregazione del Concilio esser necessario qualche nuovo rimedio per ben regolare la Processione; proponendo, che si avrebbe potuto comandare, che ella entrasse per una Porta laterale, passasse per la Nave minore al Presbiterio, e non facesse l' ingresso nella Sagra Cappella; e la Sagra Congregazione, essendo imminente il tempo dell' Indulgenza, comandò, che non s' innovasse cosa veruna, ma che si facesse il solito: *Occasione personalis Visitationis Sacrorum Liminum exponit Episcopus Asisien. sacræ huic Congregationi deplorandam cædem confluentium ad Festivitatem Portiunculæ ob incompositam Processionem, quæ fit in dicta die a Fratribus Franciscanis, & propterea supplicavit pro op-*

por-

ſupplicavit pro opportuno remedio, quod facile ſuadebat, mediante prohibitione dictis Fratribus, ne alio ducerent Proceſſionem, quam per Januam lateralem Eccleſiæ, ac tranſirent tantum per Navem minorem ad Presbyterium, non autem per Sacram Cappellam, & ſacra Congregatio die 26. Junii proxime præteriti, auditis Fratribus, cenſuit ſervandum eſſe ſolitum, & ſcribendum Gubernatori Peruſiæ pro informatione, auditis intereſſe habentibus.

39. Scriptum deinde fuit ad Peruſiæ Moderatorem, qui Sacræ Congregationis juſſa facturus ad Eccleſiam S. Mariæ Angelorum ſe contulit, omnes, quorum intererat, accivit, ac remedium ab Epiſcopo propoſitum in medium protulit; ſed cum hujuſmodi remedium viſum fuiſſet ineptum, & minime ſufficiens ad cædes avertendas, quæ in magna hominum frequentia interdum caſo evenire ſolent, communi ſententia ſtatutum eſt præſtare, nihil immutari; eo magis, quod, ſi in Supplicatione peragenda ea qua opus eſt diligeotia adhibeatur, & præcipue ſi lento gradu procedatur, & com idonea militum corona, non ſemel experientia compertum fuerat, iis omnibus remotis, quæ populo incitamento eſſe poterant ad irruendum magna vi prope fores Eccleſiæ, omnia pacate, & tranquille ſucceſſiſſe: *Datis itaque litteris ad Gubernatorem prædictum, retulit iſte, quod cum ſe contulerit perſonaliter ad Eccleſiam S. Mariæ Angelorum, ibique convocatis omnibus, quorum id intererat, propoſuerit, an opportunam crederent propoſitam ab Epiſcopo proviſionem, mature diſcuſſe hujuſmodi temperamento, idem ſufficiens non fuit habitum ad impediendam mortem confluentium, quæ cum omnino procedat a caſibus eventualibus, qui dum non poſſunt certe prævideri, ſic nec iiſdem certum aſſignari remedium, quod majoribus periculis non ſit obnoxium; unde melius putavit eſſe demandare, quod ſervetur ſolitum. Cum cæteroquin debitis adhibitis diligentiis in ducenda hujuſmodi Proceſſione lento & compoſito gradu, cum valida aſſiſtentia Mil[illegible]m tolli poſſit Populo incitamentum ad occupandas tumultuarie Januas Eccleſiæ, prout feliciter eveniſſe referunt Pater Generalis, & Procurator Generalis Ordinis Minorum Conventualium in præterita feſtivitate, in qua præhabitis dictis diligentiis nullum malum, ſed omnia recte ſeſe habuerunt.*

40. Cum Romam Moderatoris Peruſiæ litteræ perveniſſent, P. Generalis, & P. Procurator Generalis Minorum Conveotualium ſacræ Congregationi ſupplicarunt ut juberet ſolitum ſervari, proptereaquod ſatis conſultum eſſe videbatur, ſi fieret ut gravi, & lento gradu incederet Supplicatio: *Quamobrem tam d. P. Generalis, quam Procurator Generalis ejuſdem Ordinis, agnito opportuno remedio in procedendo cum lento, & compoſito gradu ſupplicant demandari obſervantiam ſoliti.* Sacra autem Congregatio die 4. Septembris an. 1700. reſcripſit, ut ſolitum ſervaretur. *Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, attenta relatione R. P. Gubernatoris Peruſiæ cenſuit ſervandum eſſe ſolitum.*

§. V.

Qua oſtenditur, nullum immutationi locum eſſe, & difficultatibus reſpondetur ſupplici libello P. Guardiani Cœnobii Angelorum propoſitis.

41. PRIMA hujus noſtræ Diſquiſitionis paragrapho initium demonſtravimus Indulgentiæ, quæ Portiunculæ oncupatur, ſecunda vero plures diſ-

portuno remedio, quod facile ſuadebat, mediante prohibitione dictis Fratribus, ne alio ducerent proceſſionem, quam per Januam lateralem Eccleſiæ, ac tranſirent tantum per Navem minorem ad Presbyterium, non autem per ſacram Cappellam, & ſacra Congregatio die 26. Junii proxime præteriti, auditis Fratribus, cenſuit ſervandum eſſe ſolitum, & ſcribendum Gubernatori Peruſiæ pro informatione, auditis intereſſe habentibus.

39. Fu dappoi ſcritto al Governatore di Perugia, che in eſecuzione degli Ordini della ſagra Congregazione andò in perſona alla Chieſa della Madonna degli Angeli, chiamò avaoti di ſe tutti l'Intereſſati, eſpeſe il temperamento inſiouato da Monſig. Veſcovo, ed eſſendo ſtato il predetto mezzo termine reputato inſufficiente per impedire l'eventualità delle morti, che ſogliono nella gran folla qualche volta accadere, fu conchiuſo eſſer meglio, che s'oſſervaſſe il ſolito: tanto più, che adoprandoſi le diligenze neceſſarie nel fare la Proceſſione, e particolarmente quella di andare con paſſo lento, e con dovuto accompagnamento delle Milizie, eraſi più volte ſperimeotato, che mancando al Popolo l'incitamento di affollarſi con empito alla Porta della Chieſa, il tutto era paſſato con pace, e quiete: *Datis itaque literis ad Gubernatorem prædictum, retulit iſte, quod cum ſe contulerit perſonaliter ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ Angelorum, ibique convocatis omnibus, quorum id intererat, propoſuerit, an opportunam crederent propoſitam ab Epiſcopo proviſionem, mature diſcuſſo hujuſmodi temperamento, idem ſufficiens non fuit habitum ad impediendam mortem confluentium, quæ cum omnino procedat a caſibus eventualibus, qui dum non poſſunt certe prævideri, ſic nec iiſdem certum aſſignari remedium, quod majoribus periculis non ſit obnoxium; unde melius putavit eſſe demandare, quod ſervetur ſolitum. Cum cæteroquin debitis adhibitis diligentiis in ducenda hujuſmodi Proceſſione lento, & compoſito gradu, cum valida aſſiſtentia Militum tolli poſſit Populo incitamentum ad occupandas tumultuarie Januas Eccleſiæ, prout fæliciter eveniſſe referunt Pater Generalis, & Procurator Generalis Ordinis Minorum Conventualium in præterita feſtivitate, in qua præhabitis dictis diligentiis nullum malum, ſed omnia recte ſeſe habuerunt.*

40. Giunte le lettere di Mooſig. Governatore di Perugia, il P. Generale, ed il P. Procuratore Generale de' Minori Conventuali ſupplicarono la ſagra Congregazione a comandare, che s'oſſervaſſe il ſolito, giacchè ſi vedeva, che era ſufficiente il mezzo termine di far aodare la proceſſione con paſſo grave, e lento, *quamobrem tam d. P. Generalis, quam Procurator Generalis ejuſdem Ordinis, agnito opportuno remedio in procedendo cum lento, & compoſito gradu ſupplicant damandari obſervantiam ſoliti*, e la ſagra Congregazione nel giorno 4. di Settembre 1700. fece il reſcritto, che ſi oſſervaſſe il ſolito. *Sac. Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, attenta relatione R. P. Gubernatoris Peruſiæ cenſuit ſervandum eſſe ſolitum.*

§. V.

Nel quale ſi dimoſtra non eſſer luogo a veruna innovazione, e ſi riſponde alle difficoltà propoſte nel Memoriale del Padre Guardiano del Convento degli Angeli.

41. NEL §. primo di queſto Ragionamento ſi è dimoſtrato il principio dell' Indulgenza detta della Porziuncola, e nel §. ſecondo ſi è poſto

differentiæ a nobis explicatæ sunt, quæ inter jam dictam Indulgentiam, quæ incipit a vesperis calendarum Augusti, atque in vesperis diei sequentis desinit, ac Indulgentiam ab Innocentio XII. Ecclesiæ S. Mariæ Angelorum concessam intercedunt: si vero ad ea, quæ duabus illis paragraphis dicta sunt, addatur quidquid in tertia de Supplicationis necessitate, antiquitate & convenientia disseruimus, & præterea quod in quarta persecuti sumus de ordine, quo peragitur Supplicatio, & de cautionibus quæ adhibentur, ne quid mali inde proficiscatur, unusquisque facile intelliget, plura hinc consequi, quæ mox indicabimus. Primum igitur consequitur, haud licere in vulgus proferre, ac Populo persuadere, etiam ante calendas Augusti Portiunculæ Indulgentiam lucrifieri posse; dicendum est enim, quotidie quidem adesse Indulgentiam ab Innocentio XII. concessam cum in Ecclesia S. Mariæ Angelorum, tum in Ecclesia S. Francisci Assisiensis, sed Portiunculæ Indulgentiam a S. P. Francisco eo quem supra diximus modo impetratam, concessamque omnibus, qui sua peccata confessi sacram Ædiculam visitaverint, incipere a vesperis calendarum Augusti, atque in vesperis diei sequentis terminari. Deinde consequitur, non posse neque debere in medium proponi sermonem de tollenda Supplicatione; id enim offensionem Christifidelibus afferret, minueret religionem & concursum ad Templum Assisiense, in quo S. Francisci Corpus conditum est, & vetustissima consuetudo probata, immo expresse præcepta a duobus Summis Pontificibus Clemente VII. & Urbano VIII. deficeret. Denique consequitur, locum habere non posse ullum aliud rescriptum, quam illud, quod, talia olim petente Episcopo Assisiensi, a Sacra Congregatione Concilii emissum fuit, videlicet ut nihil immutetur.

42. Nunc autem ad ea progrediamur, quæ continentur in supplici libello Pontifici Maximo porrecto a P. Guardiano Cœnobii Angelorum. Sumit ipse, quod Leone X. atque Adriano VI. Pontificibus Supplicatio illa minime fiebat, & quod iterum, Clemente VII. Romano Pontifice, instaurata fuit. Verum hic sermo nihil habet roboris ac firmitatis; nam primo ex tenore Brevis Clementis VII. quod ad hujus Scripti calcem exhibetur, cognoscitur, semper factam fuisse Supplicationem, & discrimen, quod inter antiquiorum, recentiorumque temporum Supplicationem, ac Supplicationem intermedii temporis intercedit, in eo versari, quod cum vetustis, tum recentibus temporibus ea semper facta simul fuit a Patribus Minoribus Conventualibus, ac PP. Observantibus una secum convenientibus; intermedio vero tempore ob certas quasdam rixas & contentiones, quæ contigerunt, ab utrisque fiebat Supplicatio, sed seorsum; Conventuales enim ab Assisiensi ad Angelorum Ecclesiam soli proficiscebantur; Minores autem Observantes in antecessum parvam alteram Supplicationem faciebant proximos agros circumeuntes. Deinde vero, etiamsi in Leonis X. atque Adriani VI. Pontificatu Supplicationem minime factam fuisse concederemus, si ea ante illos Pontifices peragebatur, & si postea Clemens VII. antiquam consuetudinem restituendam præcepit, idemque ab Urbano VIII. sancitum fuit, atque horum Pontificum Decreta exacte semper executioni mandata sunt, clare perspicitur, inane esse Supplicationis intermissionem ponere, ut tacite vel expresse inferatur, eam e medio tollendam esse.

sto in chiaro effervi molte differenze fra l'Indulgenza predetta, che comincia dai Vesperi del primo giorno di Agosto, e finisce nei Vesperi del giorno seguente, e l'Indulgenza conceduta dalla Sa. Mem. d'Innocenzo XII. alla Chiesa della Madonna degli Angeli; e se a quanto è stato detto negli accennati due Paragrafi si aggiungerà tutto quello, che è stato dedotto nel terzo circa la necessità, l'antichità, e convenienza della Processione, e quanto altresì è stato detto nel quarto circa l'ordine, con cui si fa la Processione, e le precauzioni, che si prendono, acciò non siegua verun inconveniente, ciascheduno riconoscerà, esser luogo alle conseguenze, che or ora si additeranno; la prima non esser lecito predicare, e persuadere al Popolo, che anche prima del primo giorno di Agosto si può prendere il Perdono, o sia l'Indulgenza della Porziuncola, dovendosi dire, che ogni giorno vi è l'Indulgenza Plenaria conceduta dalla Sa. Memoria d'Innocenzo XII., tanto nella Chiesa della Madonna degli Angeli, quanto nella Chiesa di S. Francesco di Assisi, ma che l'Indulgenza della Porziuncola ottenuta nel modo sopra accennato dal Padre S. Francesco a chi confessato visiterà la santa Cappella, incomincia nei Vesperi del primo giorno di Agosto, e finisce nei Vesperi del giorno seguente; la seconda conseguenza si è, che nè si può, nè si deve mettere sul tavoliere il discorso di levare la Processione, altrimenti si recherebbe scandalo a i Fedeli, si diminuirebbe la divozione, ed il concorso alla Chiesa di Assisi, nella quale è il Corpo del Gloriosissimo S. Francesco, e non si manterrebbe un'antichissima costumanza approvata, ed espressamente comandata dai due Pontefici Clemente VII. ed Urbano VIII.; la terza finalmente si è, non poter esser luogo ad altro Rescritto, che a quello, che in caso di un consimile ricorso del Vescovo di Assisi fu fatto dalla Sagra Congregazione del Concilio, cioè, che non s'innovi cosa veruna.

42. E di qui facendo passaggio al contenuto nel Memoriale dato a sua Santità dal Padre Guardiano del Convento degli Angeli, suppone in esso sua Paternità, che nel Pontificato di Leone X. ed Adriano VI. non si facesse la Processione, e che ella fosse riassunta nel Pontificato di Clemente VII.; ma questo discorso non ha veruna sussistenza, sì perchè dal tenore del Breve di Clemente VII. che si dà nel fine di questa scrittura, si desume, che la Processione sempre si è fatta, e che la differenza, che corre fra la Processione de' tempi più antichi, e de' tempi più moderni, e la Processione del tempo intermedio, consiste in questo, che non meno ne' tempi antichi, che ne' moderni si è sempre fatta la Processione unitamente dai Padri Minori Conventuali, e dai Padri Osservanti, e che nel tempo intermedio per certe risse, che accaddero, si faceva dagli uni, e dagl' altri la Processione, ma separatamente, venendo i Padri Conventuali soli dalla Chiesa di Assisi a quella degli Angeli, e facendo anticipatamente i Padri Minori Osservanti un'altra piccola Processione, girando per le campagne vicine; sì perchè, quando anche si ammettesse per vero, che la Processione non fosse stata fatta nel Pontificato di Leone X., ed Adriano VI., se prima di questi Pontefici la Processione si faceva, e se dopo i detti Pontefici, Clemente VII. comandò, che si riassumesse l'uso antico, e lo stesso pure fu ordinato da Urbano VIII., ed i comandamenti di questi Pontefici sono stati sempre puntualmente eseguiti, chiaramente si scorge essere inutile il supporre l'intermissione della Processione, per inferire, o tacitamente, o espressamente, che si debba la medesima levare di mezzo.

43. Gradum deinde facit P. Guardianus ad quædam mala recensenda, quæ interdum acciderunt etiam cum plurium hominum interitu, præcipue vero anno 1701. Ad hoc autem respondetur, quod, divino opitulante Numine, ut plurimum mala hujusmodi non eveniunt, ut superiori paragrapho demonstratum est, & si quando talia infortunia incidunt, fortuito tantum eventui tribuenda sunt, cui nullo pacto consuli potest, ut bene animadvertit Sacra Congregatio Concilii in eo, quod jam attulimus, Decreto, ubi de remedio ab Asisiensi Episcopo proposito verba faciens ait: *Idem sufficiens non fuit habitum ad impediendam mortem confluentium, quæ cum omnino procedat u casibus eventualibus, qui dum non possunt certe prævideri, sic nec iisdem certum assignari remedium quod majoribus periculis non sit obnoxium.* Ex istis autem funestis eventis non recte concludi potest, abrogandam esse Supplicationem.

44. Ut id, quod nuper innuimus, clarius elucescat, non abs re erit ingentem Advenarum frequentiam intueri, qui Romam conveniunt ob Anni Sancti celebritatem. Clemens VI. quinquagesimo quoque Anno Jubilæum Anni Sancti celebrari constituit, cum juxta Bonifacii VIII. Constitutionem centenis quibusque annis solummodo celebrandum esset, quod deinde a subsequentibus Pontificibus ad vigesimum quintum annum redactum fuit. Avenione Clemens VI. morabatur, duos autem Cardinales Legatos suos ad tam insignia solemnia designavit, videlicet Hanibaldum Ceccani, & Guidum titulo S. Cæciliæ, quibus Petrum titulo S. Chrysogoni addit Ciaconius. Magno numero populus non ex Italia solum, sed etiam ex Transalpinis regionibus Romam confluxit, & Villanus Historiæ suæ lib. 1. cap. 56. narrat, complures ingenti turba oppressos in S. Petri Basilica occubuisse, ubi sacrum Sudarium venerationi publicæ ostendebatur; quod factum ab Henrico Monacho in suis Chronicis comprobatur, atque utrinsque auctoritatem referens testatur Phœbeus in Tractatu *de origine, & progressu Festi Jubilæi part. 2. cap. 2. Peregrinorum siquidem Veronicam videndi studium, sicuti Villanus refert, olim adeo vigebat, ut præfato Jubilæi Anno, nonnulli præ turbu elisi, extinctique in Vaticano interdum comperti fuerint. Luculentius vero prædictus Henricus Monachus oculatus Testis, lugubrem sane uarrat Historiam, nimirum Dominica passionis, cum primum ostensum esset Sudarium Domini, sive Imago delata per Veronicam, cuimia ob concursum Populi collisione in Ecclesia S. Petri, se præsente plurimos periisse.*

45. In Jubilæo Anni sancti a Nicolao V. Pontifice celebrato narrat Meyerus *Lib. 16. Annal. Belgiæ*, tantam hominum multitudinem Romam confluxisse, ut plurimi vi oppressi interierint, alii vero in Tyberim prolapsi fuerint: *Initium habuit annus Jubilæus maxima hominum multitudine Romam confluente, adeo ut mutuo se opprimerent, & euanimarent, atque usque in Tyberim protruderint.* In Chronico MS. quod extat in celebri Barberina Bibliotheca, legitur, quod, magna ad Pontem S. Angeli conferta turba, cumque Mula quædam Cardinalis Petri Barbi nec progredi, nec retrocedere valeret, adeo calcitrare cœpit, ut plures interficerentur, & alii in Tyberim se projicerent, omnes autem qui ea occasione mortui sunt ad ducentos homines numerantur: *Die 19. mensis Decembris, ostensa Veronica, solemnique per Pontificem Benedictione elargita, cum Populus a Platea S. Petri Pontem Adriani repeteret, nec inferior multitudo hominum Vaticanum Templum adiret, Mula quæ-*

dam

43. Passa dappoi il P. Guardiano a raccontare alcuni disordini, che sono alcune volte seguiti anche con morte di più persone, e particolarmente nell' anno 1701.: ma a ciò si risponde, che mediante la Divina assistenza, per lo più non sieguono tali inconvenienti, come nel precedente §. si è giustificato; e che quando arrivano tali disgrazie si devono le medesime ascrivere ad una pura eventualità, a cui non è possibile il riparare, come fu ben considerato dalla sagra Congregazione del Concilio nel già citato Decreto, ove parlandosi del temperamento proposto dal Vescovo di Assisi, si dice: *Idem sufficiens non fuit habitum ad impediendam mortem confluentium, quæ cum omnino procedat u casibus eventualibus, qui dum non possunt certe prævideri, sic nec iisdem certum assignari remedium, quod majoribus periculis non sit obnouium*; ma da tali funesti accidenti non si può prendere argomento per conchiudere, doversi levare la Processione.

44. Per mettere in chiaro l'assunto poc'anzi accennato, non è fuor di proposito il dare un'occhiata al gran concorso de' Forestieri, che si radunano in Roma per la devozione dell' Anno Santo. Il Pontefice Clemente VI. fu quello, che ridusse l' Anno Santo di cinquanta in cinquant' Anni; imperocchè secondo la Costituzione di Bonifazio VIII. doveva celebrarsi ogni cent'anni, e secondo le Costituzioni de' susseguenti Pontefici fu poi ridotto dai venticinque a venticinque anni. Stava Clemente VI. in Avignone, e deputò due Cardinali suoi Legati per una così insigne funzione, e questi furono i Cardinali Anibaldo Ceccani, e Guido del Titolo di S. Cecilia, a i quali il Ciacconio aggiunge Pietro del Titolo di S. Crisogono. Fu grande il concorso dei Popoli non meno d' Italia, che di là dai Monti, ed il Villani al lib. 1. cap. 56. della sua Storia, racconta, che per la gran folla molti restarono morti nella Basilica di S. Pietro, nella quale si faceva l' ostensione del Santo Sudario, qual fatto è confermato da Enrico Monaco nelle sue Croniche, e rapportando l'autorità dell'uno, e dell'altro, vien contestato da Monsig. Febei nel suo Trattato dell'origine, e progresso della Festa del Giubileo part. 2. cap. 2. *Peregrinorum siquidem Veronicam videndi studium, sicuti Villanus refert, olim adeo vigebat, ut præfato Jubilæi Anno, nonnulli præ turba elisi, extinctique in Vaticano interdum comperti fuerint. Luculentius vero prædictus Henricus Monachus oculatus Testis, lugubrem sane narrat Historiam, nimirum Dominica passionis, cum primum ostensum esset Sudarium Domini, sive Imago delata per Veronicam, cuimia ob concursum Populi collisione in Ecclesia S. Petri, se præsente plurimos suffocatos periisse.*

45. Nell' anno Santo celebrato dal Pontefice Niccolò V. racconta Mejero al Libro 16. degli Annali di Fiandra, che concorse a Roma tanta moltitudine di Persone, che molti restarono oppressi, e morti, ed altri caddero nel Fiume; *initium habuit annus Jubilæus maxima hominum multitudine Romam confluente, adeo ut mutuo se opprimerent, & euanimarent, atque usque in Tyberim protuderint*, ed in una Cronica manoscritta, che si conserva nella celebre Biblioteca Barberina, si legge, che essendosi affollate le Persone nel Ponte Sant' Angelo, e non potendo la Mula del Cardinale Pietro Barbo andare nè avanti, nè indietro, incominciò talmente a tirar calci, che molti restarono morti, altri si buttarono nel Tevere, calcolandosi il numero de' morti fino a dugento: *Die 19. mensis Decembris, osteusa Veronica, solemnique per Pontificem Benedictione elargita, cum Populus u Platea S. Petri Pontem Adriani repeteret, nec inferior multitudo hominum Vaticanum Templum adiret, Mula quæ-*

dam

dam Petri Cardinalis Barbi, media inser euntes, & redeuntes, adeoque pressa, quod nec regredi, nec progredi posset, calcitrando multos oppressit; alios Tyberis undis se miserando casu concedere coegit, ipsaque Mula cum tribus Equis suffocata remansit; quare ad ducentos homines periisse ferunt, partim in Ecclesia S. Celsi, us Sabellicus numerat ad centum triginta, ceteros vero in Campo Sancto sepultos fuisse eadem die. De hoc ipso funesto eventu, qui Anno Jubilæi, Nicolao V. Pontifice, contigit, loquitur etiam S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus *part.* 3. *tit.* 22. *cap.* 12. §. 3. atque extinctorum hominum numerum non parum auget, quos quater centum fuisse testatur: *Contigit autem Romæ in ipso Jubilæo casus lacrymabilis, nam cum una dierum mane, Urbe Peregrinis plena, plurima multitudo recedens ab Ecclesia S. Petri, viso Sudario Domini, obviaret turbis innumeris euntibus ad ipsam Ecclesiam S. Petri pro videndo Sudario, in Ponte S. Angeli, seu juxta Castrum S. Angeli, ita se invicem compresserunt, & oppresserunt, ut quatuor centum, & mulso plures suffocarentur in dicto Ponte, & aliqui etiam in Tyberim lapsi necarentur, quorum corpora collecta, & visa ab omnibus simul sepulsa sunt.*

46. Longum esset cetera mala enumerare, quæ aliis Jubilæi annis contigerunt; quare iis solummodo contenti, quæ nuper enarravimus, reliqua prætermittamus. Quemadmodum igitur nemini umquam in mentem venit ex hujusmodi malis colligere, sacram Anni sancti celebritatem abolendam esse, quoniam ea mala ex fortuitis causis profecta erant, quæ prævideri non possunt, quibusque nullum tuto remedium adhiberi valet: ita ex funesto aliquo casu non tamen comparando cum iis, quorum paulo ante meminimus, nullus jure inferre poterit, e medio tollendam esse Supplicationem, si fas est ab eo quod majus est ad id quod est minus, vel, ut Scholæ loquuntur, *a majori ad minus* argumentari; quod argumenti genus in rebus etiam ad mores, & praxim pertinentibus robur ac firmitatem habet.

47. Exponit etiam in Libello supplici idem P. Guardianus, interdum ab iis, qui ad magnam Indulgentiæ festivitatem se conferunt, ad viam sibi sternendam, manibus baculos gestari, in quos deinde e manibus elapsos atque in terram decidentes alii offendunt, atque adeo in manifestum amittendæ vitæ periculum veniunt; ac præterea addit magnam inde irreverentiam erga Ecclesiam exoriri, quod ii, qui jam in Templum ingressi sunt, veriti ne a superveniente turba suffocentur, instar effrænium equorum Sacram Ædiculam versus citato gradu feruntur. Duæ sunt hujus oppositionis partes: altera, quæ ad gestandos baculos spectat, Præsulibus injuriam infert, qui Perusiam pro tempore moderantur, quique, Indulgentiæ Portiunculæ occasione, extraordinaria auctoritate pollent, & summa potestate prædíti sunt ea omnia præcipiendi, quæ consentanea reputantur. Quare satis esset respondere, rem hanc, de qua tamen alio in loco iterum verba fient, non ad PP. Minores Conventuales, sed ad eosdem Præsules pertinere. Altera vero oppositionis pars vix consideratione digna est; experientia enim compertum est, in maxima populi frequentia fieri non posse, ut omnia recte instituantur, quin aliquod irreverentiæ genus adsit, quod ideo ab iis qui præsunt, toleratur, vel quia necessitas feriis caret, vel quia id, quod sine magna hominum frequentia ad irreverentiam reipsa posset revocari, fit pia ac religiosa quædam perturbatio, cum magna hominum frequentia non patitur, certum, ac recte composi- tum

Opusc. Miscell.

dam Petri Cardinalis Barbi, media inter eunses, & redeuntes, adeoque pressa; quod nec regredi, nec progredi posses, calcitrando multos oppressit, alios Tyberis undis se miserando casu concedere coegis, ipsaque Mula cum tribus Equis suffocata remansis; quare ad ducentos homines periisse ferunt, partim in Ecclesia S. Celsi, ut Sabellicus numerat ad centum sriginsa, ceteros vero in Campo Sancto sepultos fuisse eadem die. Parla di questo medesimo funesto accidente occorso nella festa del Giubileo, sotto Niccolò V. l'Arcivescovo di Firenze S. Antonino alla parte 3. tit. 22. cap. 12. §. 3., ed attesta essere stato maggiore il numero de' morti, ampliandoli a quattrocento: *Contigit autem Romæ in ipso Jubilæo casus lacrymabilis, nam cum una dierum mane, Urbe Peregrinis plena, plurima multisudo recedens ab Ecclesia S. Petri, viso Sudario Domini, obviaret surbis innumeris euntibus ad ipsam Ecclesiam S. Petri pro videndo Sudario, in Ponte S. Angeli, seu juxta Castrum S. Angeli, ita se invicem compresseruns, & oppresserunt, ut quatuor centum & multo plures suffocarentur in dicto Ponte, aliqui esiam in Tyberim lapsi necarentur, quorum Corpora collecta, & visa ab omnibus simul sepulta sunt.*

46. Potrebbesi fare facilmente una lunga narrativa dell'altre disgrazie seguite negli altri anni Santi; ma lasciandole da parte, e contentandoci di quelle, che sono state poc' anzi espresse, siccome dalle medesime nissuno ha mai pensato d' inserire, che dovesse levarsi la celebre funzione dell' Anno Santo, non per altra ragione, se non perchè erano procedute da casi accidentali, che non si possono prevedere, ed a i quali non è possibile il preparare un sicuro rimedio: così da qualche funesto accidente non paragonabile certamente a quelli, de' quali or' ora si è ragionato, non vi sarà chi possa con giustizia dedurre la conseguenza, che sia luogo a levare la Processione; prendendo l' argomento da quel, che è più a quel, che è meno; o come si dice nelle Scuole *a majori ad minus*, quale sorta di argomento conclude ancora nelle materie morali, e praticabili.

47. Nel Memoriale pure del Padre Guardiano si espone portarsi tal volta da quelli, che concorrono alla gran Festa dell' Indulgenza, i bastoni nelle mani per allargarsi la strada, e che lasciandoli cadere in terra, altri v' inciampano, ed inciampando sono in evidente pericolo di perdere la vita, aggiungendo esser grande l' irriverenza, che si usa verso la Chiesa; mentre quelle Persone, che sono entrate, sul timore di non restar affogate dalla gran folla, vanno correndo a guisa di sfrenati cavalli verso la santa Cappella. Due sono le parti di questa opposizione, la prima, che risguarda il portare i bastoni è ingiuriosa a' Prelati *pro tempore* Governatori di Perugia, che hanno nell' occasione dell' Indulgenza della Porziuncola un' autorità straordinaria, ed un campo aperto, ed un modo facilissimo da farsi obbedire, e però basterebbe il rispondere, che non sono i Padri Minori Conventuali, ma i Prelati predetti debitori di questo fatto, del quale però di nuovo altrove ragioneremo; la seconda parte poi dell' opposizione non merita di esser molto considerata, dimostrando l' esperienza, non potersi in un grandissimo concorso del Popolo regolare il tutto, in tal maniera, che non vi si veda qualche sorta d' irriverenza, che però è tollerata da' Superiori: o perchè alla necessità non vi è legge, o perchè ciò, che senza la gran folla delle Genti, potrebbe riferirsi a positiva irriverenza, diventa pia, e divota confusione; allorchè la gran folla della Gente non permette, che si possa mettere in pratica un ben ordinato, e regolato sistema; ed

tum ordinem constitui. Et revera celebris Franciscanorum Annalium Scriptor Wadingus ad an. Christi 1223. n. 8. magnam recensens Advenarum frequentiam, qui in Assisiensibus agris reperiuntur, & mala quæ paulo ante enumeravimus, omnia pietati, & tam sanctæ Festivitatis laudi tribuit: *Id porro ad rei miraculum, & commendationem spectat, quod die pro lucranda Indulgentia statuta, frequentissimus ibi fiat Populorum concursus, undique ad tantum numerum confluentium, ut sæpissime ad sexaginta millia, & amplius ascendat; nec sufficiat eis pro duorum dierum hospitio civitas, sed sub tentoriis vivant in campo, nec edulia illuc a vicinis Pagis, & oppidis magna cura asportata, quidquam sint inter tantos, nec sufficienter pateant ipsius Ecclesiæ Portæ conglomeratim, & stipatim ingredientibus sacrum delubrum, brachiis in altum erectis, ne a comprimentibus offendantur; adeo enim inter se stringuntur, certantibus omnibus intrare, ut quotannis aliqui sint, qui inter comprimentes expirent, alii in aera ferantur, nec pedibus terram pertingant, donec iterum in apertum campum regrediantur. Juvat hanc pressuram, quod multi secundo, & tertio hanc Indulgentiam velint lucrari tam pro se, quam pro Amicis, & Parentibus absentibus, & pro iis etiam, qui ex hac vita abierunt, quorum animabus a pœnis liberandis, hac ratione consultum iri, crebra miracula, & mysteriosæ visiones certius comprobarunt. Adsunt semper Prætorii Civitatum Assisii, & Perusii Lictores, qui in ordinem cogant, & insolentias, vel turbas in tanta multitudine præmeditentur, & compescant.*

48. Tandem P. Guardianus existimat magnam perturbationis causam esse, quod Ecclesiæ Angelorum fores occlusæ maneant usque ad Supplicationis adventum; hinc enim fit, ut populus, qui in aperto agro sub dio, ac ardentissimi solis radiis expositus consistere diu cogitur, simul ac fores aperiri videt, catervatim prosiliat, atque Ecclesiam versus magno impetu feratur. Verumtamen hac etiam in re a P. Guardiani Cœnobii Angelorum sententia discrepat clarissimus ejusdem Ordinis Scriptor Wadingus, qui in eo, quem supra attulimus, loco Supplicationem describens, testatur, etiam quo ipse scribebat tempore morem jam invaluisse, quo fores Ecclesiæ ad Supplicationis usque adventum occlusæ tenebantur. Neque hac in re ea mala ipse animadvertit, quæ P. Guardianus tam longa oratione prosequitur, immo vero id laudi vertit, rectoque ordini, & pietati consentaneum ducit; post verba enim, quæ superiori paragrapho attulimus, ita pergit: *Sub vesperarum horu, omnes Francisci sectatores, tam Observantes, quam Cappuccini, quam Tertiarii, & si qui alii, congregantur in æde superiori Patrum Conventualium, cum quibus adorant reverenter Sancti Patriarchæ Corpus, & inde omnes descendunt religioso de more processionaliter universo hominum cœtu per campos, & compita gravissimum, & devotissimum conspiciente spectaculum ad ædem Portiunculæ, Indulgentiæ locum; Fratrum autem numerus frequenter excedit mille sexcentos. Primis his accedentibus aperiuntur Portæ, deinde subsequitur Populus universus.* At si P. Guardianus celeberrimi P. Wadingi auctoritati non acquiescat, saltem Romanæ Urbis exemplo, ac ratione ipsa validissima moveatur.

49. Ut igitur a Romanæ Urbis exemplo orationem nostram exordiamur, exploratum est, quam frequens sit nobilium, plebejorumque hominum multitudo ad magnam hanc Urbem accedentium, ut

ed in fatto il celebre Annalista de' Francescani, il Wadingo all'anno di Cristo 1223. n. 8. descrivendo la gran folla de' Forestieri, che si ritrovano nelle Campagne di Assisi, e gli accidenti poc'anzi divisati, attribuisce il tutto a pietà, ed a lode di una così santa Funzione. *Id porro ad rei miraculum, & commendationem spectat, quod die pro lucranda Indulgentia statuta, frequentissimus ibi fiat Populorum concursus, undique ad tantum numerum confluentium, ut sæpissime ad sexaginta millia, & amplius ascendat; nec sufficiat eis pro duorum dierum hospitio Civitas, sed sub tentoriis vivant in campo, nec edulia illuc a vicinis Pagis, & Opidis magna cura asportata, quidquam sint inter tantos, nec sufficienter pateant ipsius Ecclesiæ Portæ, conglomeratim, & stipatim ingredientibus sacrum delubrum, brachiis in altum erectis, ne a comprimentibus offendantur; Adeo enim inter se stringuntur, certantibus omnibus intrare, ut quotannis aliqui sint, qui inter comprimentes expirent, alii in aera ferantur, nec pedibus terram pertingant, donec iterum in apertum campum regrediantur. Juvat hanc pressuram, quod multi secundo, & tertio hanc Indulgentiam velint lucrari, tam pro se, quam pro Amicis, & Parentibus absentibus, & pro iis etiam, qui ex hac Vita abierunt, quorum animabus a pœnis liberandis, hoc ratione consultum iri, crebra miracula, & mysteriosæ visiones certius comprobarunt. Adsunt semper Prætorii Civitatum Assisii, & Perusii Lictores, qui in ordinem cogant, & insolentias, vel turbas in tanta multitudine præmeditentur, & compescant.*

48. Finalmente il Padre Guardiano qualifica per un gran disordine il tenere le Porte della Chiesa degli Angeli serrate fino all'arrivo della Processione, sforzando in questa maniera il Popolo a stare alla Campagna aperta, esposto a' raggi di un ardentissimo Sole, e dando in questo modo occasione alle Genti di affollarsi, subito che si vedono aprire le Porte. Differente però è ancora in questo dal sentimento del Padre Guardiano del Convento degli Angeli, quello del celebre Scrittore della sua stessa Religione, il sopracitato Wadingo, che nel luogo allegato, descrivendo la Processione, attesta, che fino in quel tempo, in cui scriveva era introdotto l'uso di tenere le Porte della Chiesa serrate fino all'arrivo della medesima; nè in questo fatto considera quegl'inconvenienti, che sono esagerati dal Padre Guardiano, anzi più tosto ascrive a lode, a buon ordine, ed a divozione, continuando il Paragrafo sopracitato, e che incomincia *id porro ad rei miraculum, & commendationem spectat*, colle seguenti parole: *Sub Vesperarum hora, omnes Francisci sectatores, tam Observantes, quam Cappuccini, quam Tertiarii, et si qui alii, congregantur in æde superiori Patrum Conventualium, cum quibus adorant reverenter Sancti Patriarchæ Corpus, & inde omnes descendunt religiose de more processionaliter universo hominum cœtu per campos, & compita gravissimum, & devotissimum conspiciente spectaculum ad ædem Portiunculæ, Indulgentiæ locum; Fratrum autem numerus frequenter excedit mille sexcentos. Primis his accedentibus aperiuntur Portæ, deinde subsequitur Populus universus*; e quando poi non restasse il Padre Guardiano soddisfatto dell'autorità del celebre Padre Wadingo, dovrà almeno restar soddisfatto dell'esempio di Roma, e della ragione intrinseca di tutto l'affare.

49. Parlando dunque in primo luogo dell'esempio di Roma, si sa quanto grande sia il concorso de' Nobili e Plebej, che vengono in questa gran Città, per assistere alla Canonizazione di qualche San-

ut solemnitati adsint; qua quis in Sanctorum numerum magnifice refertur: exploratum est, plerosque consistere in ampla Vaticaoi templi Platea, solis radiis exposita, qui vehemeotem ardorem excitare solet, si quando Majo, Junio, vel Septembri mensibus, ut plerumque accidit, ea solemnitas celebretur. Compertum est, magnam illam Festivitatem a solemni Supplicatione initium sumere, atque interea usque ad ejusdem ingressum, amplæ Vaticanæ Basilicæ fores occlusas permanere. Adest illic ingens hominum frequentia, adest temporis æstus, adest Supplicatio, tandem ordo adest, & consuetudo, qua Vaticani Templi januæ usque ad Supplicationis adventum clausæ perseverent; attamen nemo est, cui hæc agendi ratio non probetur. Quare cum in otraque Festivitate eædem concurrant rerum circumstantiæ, ex illius ordinis approbatione, necessario ejus etiam, qui in Portiunculæ Indulgentia servatur, approbatio consequitur.

50. Rationem modo ex re ipsa petitam expendentes pooamus, Ecclesiæ Angelorum januas non quidem occlusas ad Supplicationis usque adventum, sed semper patentes permanere. In hoc rerum statu sibi quisque facile persuadeat fore ut illa hominum multitudo, quæ nunc soli exposita in agris consistit, non solum religionis ergo, sed etiam ut se ab æstu defendat, io Ecclesiam se recipiat. Antequam adveniat Supplicatio qui se in Ecclesiam receperunt, Portiunculæ Indulgentiam consequi non poteruot; ea enim incipit a vesperis calendarum Augusti, & desinit in Vesperis diei sequentis, Supplicationis autem ingressus in Ecclesiam initium constituit Indulgentiæ, quemadmodum legitur in citato Brevi Clementis VII. *Et ingrediente ipsam Ecclesiam Crucifini Imagine, tum primum Indulgentiam ipsam incipere, & ad secundas Vesperas diei sequentis durare censeretur.* Ingrediente igitur hoc pacto in Ecclesiam Supplicatione, vel credere par est, velle Populum una cum Religiosis viris ordinatim incedentibus Supplicationem subseqoi, quod quomodo fieri possit, ignoramus; vel concedere oportet, quod hominum multitudo catervatim currens in sacram Ædiculam Portiunculæ ingredi conabitur; & quoniam in hisce circumstaotiis inter ingredientes vel ingredi tentantes, & portæ Sacelli angustiam non potest æqua proportio servari, nollo pacto cædes atque exitia poterunt evitari, & tunc plane ea mala semper evenient, quæ nunc raro admodum contingunt, quæque a P. Guardiano in supplici libello exaggerantur. Hisce autem malis nulla alia ratione consuli potest, nisi fores usque ad Supplicationis adventum occlusæ teneantur, aperianturque, sicuti nunc fieri consuevit, ea proportione, ut magnæ Angelorum Ecclesiæ janua tot hominibus aditum præbeat, quot altera multo minor sacræ Ædiculæ janua admittere potest.

51. Neque huc facit animadversio, quæ legitur in citato libello, nempe mane calendarum Augusti, quamvis in Ecclesia B. Mariæ Angelorum maxima sit populi frequentia, tranquille tamen religioseque in sacram Portiunculæ Ædiculam transitus fieri, quasi hinc colligi possit, quod si ecclesiæ fores apertæ relinquerentur, & liber omnibus aditus pateret, idem fieret post meridiem ejusdem diei, & cum advenit Supplicatio; nam inter utramqoe rem evidentissimum discrimen intercedit. Mane calendarum Augusti major pars populi non in Ecclesia Angelorum, sed in Assiensi versatur, ut ex Parochorum illius urbis testimoniis perspicitur, quæ Secretario tradita sunt; ii vero pauci homines

Santo; si sa, che la maggior parte sta nella gran Piazza di San Pietro esposta a' raggi del Sole, che suol molto riscaldare, quando si fa come il più delle volte si è fatta la Canonizazione, o nel mese di Maggio, o di Giugno, o di Settembre. Si sa, che la gran Festa incomincia con una solenne Processione, e che le Porte della gran Basilica di S. Pietro staooo chiuse sioo all' iogresso della medesima. Concorre io questo caso la folla della Gente, concorre il caldo della stagione, concorre la Processione, concorre fioalmente il tenere le Porte di S. Pietro serrate fino al di lei arrivo, e non vi è, chi non approvi questo sistema, e l' approvazione di questo sistema porta seco l' approvazione dell'altro, che si pratica nell' Indulgenza della Porziuncola, verificandosi nell' una e nell' altra funzione le medesime circostanze.

50. Parlando dappoi della ragione intrinseca dell' affare, figuriamoci, che le Porte della Chiesa degli Angeli non stiano serrate fino all' arrivo della Processione, ma stiaoo sempre aperte: in tale stato di cose sarà beo facile il persuadere, che quella Gente, che ora sta nella Campagna esposta a' raggi del Sole, vorrà ricoverarsi nella Chiesa, non meno per divozione, che per liberarsi dal caldo. Avanti che arrivi la Processione, quelli che saranno ricoverati in Chiesa non potranno prendere l' Indulgenza della Porziuncola, incominciando ella da' Vesperi del primo giorno di Agosto, e terminando ne i Vesperi del giorno seguente, ed essendo l' ingresso della Processiooe nella Chiesa il segno del principio dell' Iodulgenza, giusta ciò che si legge nel citato Breve di Clemente VII. .. *Et ingrediente ipsam Ecclesiam Crucifixi Imagine, tum primum Indulgentiam ipsam incipere, & ad secundas Vesperas diei sequentis durare censeretur.* Entrando dunque in questo caso la Processione nella Chiesa, o bisognerà credere, che il Popolo voglia ancor esso processionalmente, e coll' ordine de' Religiosi tener dietro alla loro Processione, il che è impercettibile, o bisogoerà concedere, che correndo le Genti a truppe, si tenterà l' ingresso nella sagra Cappella della Porziuncola, & avvengachè in queste circostanze non possa mantenersi la proporzione fra quelli, che entrano, o che tentano di entrare, e l' angustia della Porta della predetta Cappella, saranno senza dubbio irreparabili le stragi, e le morti, e succederanno per appunto ogni volta quegl' inconvenienti, che ora di rado succedono, e che sono esagerati nel Memoriale del Padre Guardiano; per riparare a' quali non vi è altro modo, che tenere le Porte chiuse fino all' arrivo della Processione, ed aprirle, come ora si fa, con una tal proporzione, che la Porta della gran Chiesa degli Angeli dia l' adito a tante Persone, a quante può dar adito l' altra assai più piccola Porta della santa Cappella.

51. Nè quì ha che fare la riflessione, che si legge nel citato Memoriale, cioè che nella mattina del primo di Agosto, quantunque nella Chiesa della Madonna degli Angeli vi sia tutto il maggior concorso del Popolo, si fanno le passate nella santa Cappella della Porziuncola con quiete, e divozione; quasi che da questo fatto si possa inferire, che lasciandosi le Porte aperte della Chiesa, e lasciando libero l' adito alle Genti, si sarebbe lo stesso nel doppo pranzo del medesimo giorno, e quando arriva la Processione; imperocchè fra un caso, e l' altro corre una evidentissima disparità. Nella mattina del primo giorno di Agosto la maggior parte del Popolo non sta nella Chiesa degli

Aoge-

nes qui in Ecclesia Angelorum existunt, variis pietatis exercitationibus occupantur, Pœnitentiæ, atque Eucharistiæ Sacramentis ad Indulgentiam consequendam se parantes; ac propterea eo mane sine ulla perturbatione pacate transitus fiunt. At ex eo, quod mane contingit, non recte argumentum ducitur ad id, quod post meridiem usuveniret, si Ecclesiæ foribus apertis, cuilibet ingrediendi, ibique permanendi ante Supplicationis adventum facultas tribueretur; etenim excepta exigua illa populi parte, quæ Assisii reperitur, cum Supplicationi initium datur, reliqua turba in finitimis locis non longe ab Ecclesia Angelorum versatur. Si igitur omnis illa immanis hominum multitudo, quæ circum Ecclesiam moratur, intra eamdem Ecclesiam versaretur, vix ingressa Supplicatione, quisque vellet nulla mora interposita Indulgentiam illico captare, ac propterea nullo pacto confusio vitari posset, ex qua plurima mala, atque hominum strages proculdubio exorirentur. Neque vero quis reponat, quod, cum plerique Indulgentiam mane sumpserint, id minime contingeret; nam Indulgentia, quæ mane sumitur, quotidiana est, neque, ut supra a nobis dictum est, vita functis applicari potest; contra vero quæ post meridiem incipit, idest Portiunculæ Indulgentia cum mortuis etiam attribui possit, aperte consequitur, numquam mala, & cædes vitari posse, nisi fores Ecclesiæ usque ad Supplicationis adventum clausæ relinquantur, ut modo fieri consuevit.

52. Ex his quæ hactenus allata sunt, magis magisque comprobatur, nullum mutationi locum esse, nullumque aliud rescriptum dari posse quam illud, quod a Sacra Congregatione Concilii an. 1700. editum fuit: *Nihil esse innovandum*. At si quid aliud addere opportunum & necessarium alicui fortasse videatur, id quidem facili negotio fieri potest. Non abs re erit litteras inspicere, quas anno *1696.* ad Sacram Consultam dedit cl. mem. Carolus Firmianus Bichi tunc temporis Perusiæ moderator; in iis enim turbarum, malorumque auctores indicantur, quæ in Portiunculæ celebritate fiunt. Secretario quædam documenta traduntur, quibus comprobatur, nunc quoque aliquos adesse, qui populo persuadere non dubitant, etiam ante primum diem Augusti Portiunculæ Indulgentiam captari posse, quamvis tamen schedulæ, quæ in vulgus emittuntur, diem primum Augusti adscriptum habeant: non deesse, qui, adventante Supplicatione, populum dato signo ad sese magna turba urgendum excitat; hoc autem si abesset incitamentum, quod sane ab iis, qui in primis Supplicationis ordinibus consistunt, fieri solet, non tanta ad Ecclesiæ fores sese effunderet multitudo simul ac Crucifixi imago conspicitur, sed perquam ordinatim Supplicatio in Templum ingrederetur, eo magis, quod, ut supra dictum est, consistentibus hominibus non in Platea, sed in viis, atque in agro *delle Stuore* nuncupato, hæc intercapedo ad pacatum Crucis, & totius Supplicationis ingressum mirifice conducit: alios præterea esse, qui tamen non sunt allenigenæ ad magnam celebritatem accedentes, qui in templi pavimentum baculos excidere sinunt, atque ita efficiunt, ut homines ad illos offendant, & cum manifesto vitæ periculo in terram prolabantur: interdum accidisse, ut in eadem solemni Supplicatione Sacras Divi Francisci Reliquias e P. Minoris Conventualis manibus

nibus

Angeli, ma in quella di Assisi, come si giustifica dall'attestazione de' Parochi di quella Città, che si sono consegnate a Monsignor Segretario; e quella poca Gente, ch'è nella Chiesa degli Angeli è distratta in varie sante applicazioni, preparandosi a prendere la santa Indulgenza co' Sacramenti della Penitenza, e della Comunione; e di qui deriva, che in quella mattina si fanno le passate senza confusione, e senza gran folla delle Genti: Ma da quello, che siegue nella mattina, non vale l'argomento a ciò, che seguirebbe nel dopo pranzo, se lasciandosi le Porte della Chiesa aperte, si dasse a ciascheduno la libertà di entrare, e di stare in essa prima della Processione; mentre eccettuando quella piccola parte del Popolo, che si trova in Assisi, allorche si dà principio alla Processione, tutto il restante delle Genti sta nelle vicinanze, ed attorno alla gran Chiesa degli Angeli; ed entrata la Processione, se tutta quella gran Gente, che sta attorno alla Chiesa, stasse nella medesima Chiesa, siccome vorrebbe ciascheduno prendere immediatamente l'Indulgenza, e far le passate per la santa Cappella; così sarebbe inevitabile la confusione, e sarebbero inevitabili i disordini, e le stragi: Non occorrendo il replicare, che ciò non seguirebbe, avendo una gran parte della Gente presa la mattina l'Indulgenza, posciachè l'Indulgenza della mattina è Indulgenza quotidiana non applicabile, conforme di sopra si è detto, a' Defunti, ed essendo per lo contrario applicabile per i Defunti l'Indulgenza, che incomincia il dopo pranzo, cioè quella della Porziuncola, chiara è la conseguenza, che sarebbero sempre inevitabili i disordini, e le stragi, quando non si tenessero, conforme si tengono, chiuse le Porte della Chiesa fino all' arrivo della Processione.

52. Il dedotto fin ora sempre più comprova non esser luogo a veruna innovazione, e non potersi fare altro rescritto, che quello, che fu fatto dalla sagra Congregazione del Concilio nel 1700. .. *Nihil esse innovandum* .., ma quando si stimasse opportuno, e necessario l'aggiungere qualche altra cosa, evvi il modo di farlo. Si può osservare la lettera scritta l'anno *1696.* alla sagra Consulta dalla chiar. me. di Monsignor Carlo Firmiano Bichi allora Governatore di Perugia, additandosi in essa gli Autori degl'imbrogli, e de' disordini nella festa della Porziuncola. Si danno in mano di Monsignor Segretario alcuni documenti, co i quali si comprova persuadersi ancor oggi al Popolo, che anche prima del primo giorno di Agosto si può prendere il Perdono, o sia l'Indulgenza della Porziuncola, benchè poi i Bollettini, che si danno fuora, abbiano la data del primo giorno di Agosto; esservi tal'uno, che arrivando la Processione, va coi segni incitando il Popolo ad affollarsi, senza il quale eccitamento, che suol farsi da quelli che sono nelle prime file della Processione, non si farebbe la folla alla Porta della Chiesa, subito che arriva la Croce, ma entrerebbe la Processione nella Chiesa con tutto il miglior ordine, tanto maggiormente che stando le Persone, conforme di sopra si è detto, non nella Piazza, ma nel Campo delle Stuore, e nelle strade, contribuisce questa distanza al pacifico ingresso della Croce, e di tutta la Processione; esservi altri, che non sono Forestieri venuti alla gran Festa, che lasciano cadere nel pavimento della Chiesa i bastoni, esponendo le povere Genti ad inciamparvi, ed a cadere con pericolo della loro Vita; essersi dato il caso, che con soverchio ardire si è tentato di rapire dalle mani del Padre Minore Conventuale nella stessa solenne Processione la Reliquia di San Francesco. Sono questi fatti degni, se non di gastigo in ciò, che

rif-

nibus abripere intoleranda audacia tentatum sit. Sunt hæc facinora digna sin minus castigatione quod spectat ad tempus elapsum, cum Patres Minores Conventuales qui talia passi sunt, profiteantur, se minime postulare ut noxii puniantur, sed saltem remedio, ne amplius in posterum perpetrentur: hoc autem unum est, quod ab hac Sacra Congregatione addi potest Decreto edito a Sacra Congregatione Concilii anno 1700. Si iis malis, quæ enumeravimus, remedium adhibeatur, sperandi locus erit, fore ut in Festivitate atque Indulgentia Portiunculæ id eveniat, quod eveniebat tempore B. Margaritæ Cortonensis, quæ obiit an. 1297. Legitur enim in ejus vita edita a P. Francisco Marchesi lib. 1. cap. 26. cum quidam molitus esset, ut Bulla vulgaretur, quæ tacite Portiunculæ Indulgentiæ derogabat, Christum Jesum magnæ illi Pœnitenti videndum se præbuisse, eique dixisso: *acriter iste punietur, nam peccatores majori copia mea vulnera eo loci, quam in pluribus aliis Christianorum Ecclesiis, perungebant.*

§. VI.

De Benedictione manu Sancti Francisci exarata, quæ in Supplicatione a Patribus Minoribus Conventualibus defertur.

ELUCUBRATIONEM hanc Superiori paragrapho quinta absolvendam esse putabam, cum in ea satis omnibus objectis factum sit, quæ adversus sæpius nominatam Supplicationem, & contra morem relinquendi Ecclesiæ fores usque ad illius adventum occlusas P. Guardianus proposuit; sed quoniam in aliis scriptis, quæ sine nomine sunt exhibita, religiosa oppugnatur consuetudo deferendi in laudata Supplicatione Benedictionem S. Francisci manu exaratam, necesse est hoc quoque objectum diluere, & sextam hanc, immo etiam septimam paragraphum superaddere. Ut autem recto ordine procedamus, hac sexta paragrapho investigabimus, num revera S. Franciscus aliquam manu sua Benedictionem exaraverit, & ad quemnam eam miserit; posito autem, illam revera exarasse, num ea, quam ipse scripsit, eadem sit, quæ in Asisiensis Templi Sacrario servatur, quæque in Supplicatione defertur; præterea si eadem sit, num deceat pergere, ut hactenus factum est, eam in dicta Supplicatione deferre; tandem paragrapho septima objecta proposita diluentur.

Quod ad quæstionem attinet, num ullam Seraphicus Pater S. Franciscus Benedictionem exaraverit, non est cur ea de re dubitemus, cum ita legatur capite undecimo Legendæ ejus inter opuscula S. Bonaventuræ: *Cum autem in monte maneret Alvernæ cella reclusus, unus e sociis magno desiderio cupiebat habere de verbis Domini aliquod Scriptum manu ipsius breviter annotatum; gravem enim, qua vexabatur tentationem non carnis, sed spiritus ex hoc credebat evadere, vel certe levius ferre. Tali desiderio languens anxiabatur interius, quia verecundia victus reverendo Patri rem pandere non audebat, sed cui homo non dixit, Spiritus revelavit; portari namque sibi jussit a Fratre prædicto atramentum, & cartam, laudesque Domini juxta Fratris desiderium propria manu scripsit, & ultimo Benedictionem ipsius dicens: accipe tibi cartulam istam, & usque ad diem mortis tuæ custodias diligenter. Accepit Frater donum illud optatum, & statim omnis illa tentatio effugatur. Servatur littera, & cum in posterum miranda effecerit, virtutum Francisci testimonium fuit.*

Quod vero ad virum spectat, cui a S. Francisco

risguarda il passato, protestandosi i Padri Minori Conventuali, che hanno patito gli aggravj, di non chiedere che siano gastigati i delinquenti, almeno di riparo, acciò non sieguano in avvenire; e questo è quello, che potrebbe aggiungersi da questa sagra Congregazione *ad nihil innovandum*, che fu fatto dalla sagra Congregazione del Concilio nell'anno 1700. e posto il riparo a i detti inconvenienti potremo giustamente sperare, che nella Festa, e nell'Indulgenza della Porziuncola, siegua per misericordia di Dio, ciò che seguiva ne' tempi della Beata Margarita di Cortona, che morì l'anno 1297. leggendosi nella di lei Vita stampata dal Padre Francesco Marchesi lib. 1. cap. 26., che essendosi procurato da tal'uno, che si pubblicasse una Bolla, che tacitamente derogava all'Indulgenza della Porziuncola, apparve Gesù Cristo a quella gran Penitente, dicendole: *sarà costui punito severamente, imperocchè i peccatori in maggior copia ungevano colla loro penitenza le mie Piaghe in quel luogo, che in molte altre Chiese della Cristianità.*

§. VI.

Della Benedizione scritta di carattere del Padre S. Francesco, che si porta nella Processione dai Padri Minori Conventuali.

PENSAVO, che il discorso dovesse essere terminato nel precedente §. Quinto, essendosi in esso soddisfatto a tutte le opposizioni promosse dal Padre Guardiano, contro la più volte nominata Processione, e contro lo stile di ritenere le porte chiuse della Chiesa fino al di lei arrivo; ma perchè in altre scritture esibite senza nome s'impugna la pia costumanza di portare in detta Processione la Benedizione scritta di carattere di S. Francesco, è necessario il soddisfare ancora in questa parte, ed il fare l'aggiunta di questo sesto §., ed ancora del Settimo, e per camminare con ordine nel presente §. *6.*, ricercheremo, se il Padre San Francesco scrivesse veruna Benedizione, ed a chi l'inviasse; se supposto, che la scrivesse, quella, che egli scrisse, sia la medesima, che si conserva nella Sacristia della Chiesa di Assisi, e che si porta in Processione; e se supposto che sia la medesima, convenga il proseguire, come si è fatto per lo passato, portandola nella detta Processione, e nel §. 7. si leveranno le opposizioni promosse.

Quanto al punto, se il Serafico Padre San Francesco scrivesse veruna Benedizione, non occorre dubitarne, leggendosi questo fatto al capo undecimo della di lui leggenda fra gl' Opuscoli di S. Bonaventura: *Cum autem in Monte maneret Alvernæ cella reclusus, unus e sociis magno desiderio cupiebat habere de verbis Domini aliquod scriptum manu ipsius breviter annotatum; gravem enim, qua vexabatur tentationem, non carnis, sed spiritus ex hoc credebat evadere, vel certe levius ferre. Tali desiderio languens anxiabatur interius, quia verecundia victus reverendo Patri rem pandere non audebat, sed cui homo non dixit, spiritus revelavit; portari namque sibi jussit a Fratre prædicto atramentum, & cartam, laudesque Domini juxta Fratris desiderium propria manu scripsit, & ultimo Benedictionem ipsius dicens: accipe tibi cartulam istam, & usque ad diem mortis tuæ custodias diligenter. Accepit Frater donum illud optatum, & statim omnis illa tentatio effugatur. Servatur littera, & cum in posterum miranda effecerit, virtutum Francisci testimonium fuit.*

Quanto alla persona, a cui dal Santo fu invia-

sco missa est Benedictio, quam manu sua exaravit, certum est, venerabilem ejus Socium Fratrem Leonem extitisse. Id testantur Pisanus in suo libro Conformitatum, Tossignanus in vita ejusdem venerabilis Leonis, Chronica Ordinis *part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 64. *litt. B. & C. pag.* 101. & vetus magnæ auctoritatis liber, cui titulus: *Fioretti di S. Francesco*, quem nuper, idest an. 1718. Florentiæ in lucem edidit eruditus Senator Philippus Bonaroti. Sed quoniam Minoribus Observantibus haud ingratum erit celebrem suorum Annalium Scriptorem Wadingum audire, en ejus verba ad an. Christi 1224. num. 7. pag. 314. ubi, postquam sedulam curam enarravit, qua venerabilis Leo S. Francisco ministrabat, atque obedientiam præbebat, ita subjungit: *Studiosum hoc Socii obsequium solvit Vir Sanctus, cum liberando a gravissima tentatione non carnis, sed spiritus, quam verecundia victus pio Patri non audebat expandere. Dum vero desideravit scriptum aliquod habere S. Viri manu exaratum, per quod tribulationem illam credebat evadere, vel saltem facilius ferre, Sanctus Magister cælitus Discipuli malum, & desiderium edoctus, præcepit cum atramento chartam afferri, & scripsit Benedictionem, quæ sequitur, præposito magno, & mysterioso Thau charactere T. Benedicat tibi Dominus, & custodiat te, ostendat faciem suam tibi, & misereatur tui, convertat vultum suum ad te & det tibi pacem. Dominus benedicat Fratrem Leonem. Porrigens scripturam Leoni inquit: Accipe chartulam istam, & dum vixeris, eam custodi diligenter. Non prius munusculum accepit, quam omnis tentatio evanuerit, cujus tam manifestam virtutem expertus magno semper habuit in pretio, & numquam a se separari permisit.* Id autem etiam a P. Tiburtio Navarro Minori Recollecto confirmatur in vita S. Francisci lib. 4. cap. 2. pag. 261.

Hinc ad tertiam, quæ expendi debet, quæstionem progrediamur, scilicet num ea Benedictio, quam S. Franciscus Venerabili Leoni tradidit, eadem sit ac illa, quæ in Asisiensi Sacrario custoditur, quæque in Supplicatione defertur. Benedictio, quæ in Sacrario Asisiensi servatur, quæque in Supplicatione defertur, iisdem plane verbis concepta, & expressa est, quibus ea concipitur, exprimiturque, quam Tossignanus, Chronica, Liber inscriptus *Fioretti di S. Francesco*, Wadinghus, & Navarrus Venerabili Leoni a S. Francisco traditam fuisse testantur: *Benedicat tibi Dominus, & custodiat te. Ostendat faciem suam tibi, & misereatur tui, convertat vultum suum ad te, & det tibi pacem Dominus bene T. dicat te Frater Leo.* Si quis vero conjecturæ, ac verisimilitudini argumenta quoque superaddere velit, ea certe non desunt. Refert S. Bonaventura in laudata Legenda, quod Benedictio Venerabili Leoni a S. Francisco data extabat, & quod Deus per eam miracula edebat: *Servatur littera*, ejus verba repetere opus est, *& cum in posterum miranda effecerit, virtutum Francisci testimonium fuit.* Præterea in vetustissimis Indicibus pluribus ab hinc seculis conscriptis sacrarum Reliquiarum, quæ extant in Ecclesia, atque in Sacrario Asisiensi, Benedictio describitur Venerabili Leoni tradita a S. Francisco. Insuper ejusdem Cœnobii Religiosi viri, & nobilissimi quique cives Asisienses haud aliam esse communem omnium fidem, & semper a Majoribus suis accepisse testantur, Benedictionem, quæ in Asisiensi Sacrario inter Reliquias asservatur, & quæ in Supplicatione gestatur, eamdem esse cum illa, quæ a S. Francisco Venerabili Leoni tradita fuit; necnon plura identidem contigisse prodigia, ac mirificas sanationes, cum ea super ægros apposita est. Denique is, quem sæ-

ta la Benedizione, che egli scrisse di proprio carattere, è cosa certa, che fu il di lui venerabile compagno Fra Leone. Così attestano il Pisano nel suo libro delle conformità, il Tossignano nella Vita del detto venerabile Leona, le Croniche dell'Ordine alla parte prima libr. 1. cap. 64. lett. B., e C. pag. 101., e l'antico autorevole libro intitolato *Fioretti di S. Francesco* fatti stampare ultimamente in Firenze dall'erudito Senatore Filippo Bonaroti l'anno 1718., ma perchè ai Padri Minori Osservanti non sarà discaro il sentire il loro celebre Annalista il Wadingo, ecco le di lui parole all'anno di Cristo 1224. num. 7. pag. 314., ove dopo aver raccontata la cura diligente, colla quale il venerabile Leone serviva, & ubbidiva al Serafico Padre S. Francesco, così soggiunge: *Studiosum hoc Socii obsequium solvit Vir Sanctus, cum liberando a gravissima tentatione non carnis, sed spiritus, quam verecundia victus pio Patri non audebat expandere. Dum vero desideravit scriptum aliquod habere S. Viri manu exaratum, per quod tribulationem illam credebat evadere, vel saltem facilius ferre, Sanctus Magister cælitus Discipuli malum, & desiderium edoctus, præcepit cum atramento chartam afferri, & scripsit Benedictionem, quæ sequitur, præposito magno, & mysterioso Thau charactere T. Benedicat tibi Dominus, & custodiat te, ostendat faciem suam tibi, & misereatur tui, convertat vultum suum ad te, & det tibi pacem. Dominus benedicat Fratrem Leonem. Porrigens Scripturam Leoni inquit: Accipe chartulam istam, & dum vixeris, eam custodi diligenter. Non prius munusculum accepit, quam omnis tentatio evanuerit, cujus tam manifestam virtutem expertus magno semper habuit in pretio, & nunquam a se separari permisit.* Il che pure è confermato dal Padre Tiburzio Navarro Minore Recolletto nella Vita di S. Francesco libr. 4. cap. 2. pag. 261.

E di quì passando al terzo punto, che deve esaminarsi, cioè se quella Benedizione, che diede il Padre San Francesco al Venerabile Leone sia quella stessa, che si conserva nella Sacristia di Assisi, e che si porta in Processione; la Benedizione, che si conserva nella Sacristia di Assisi, e che si porta in Processione è concepita, ed espressa con quelle stesse parole, con cui è concepita, ed espressa quella, che il Tossignano, le Croniche, il Libro intitolato *Fioretti di S. Francesco*, il Wadingo, ed il Navarro attestano essere stata data da S. Francesco al Venerabile Leone, *benedicat tibi Dominus, & custodiat te. Ostendat faciem suam tibi, & misereatur tui, convertat vultum suum ad te, & det tibi pacem Dominus bene T. dicat te Frater Leo*, e quando alla conghiettura, ed alla presunzione si vogliano aggiungere le prove, elle certamente non mancano. San Bonaventura nella citata leggenda racconta, che la Benedizione data da S. Francesco al venerabile Leone si conservava, e che Iddio per essa operava miracoli, *servatur littera*, fa di mestieri il ripetere le di lui parole, *& cum inposterum miranda effecerit, virtutum Francisci testimonium fuit.* Di vantaggio negli antichissimi Inventarj fatti molte centinaja di anni addietro delle Reliquie, che sono nella Chiesa, e nella Sacristia di Assisi, si descrive la Benedizione data da S. Francesco al Venerabile Leone. In oltre i Religiosi del detto Convento, ed i più qualificati Cittadini di Assisi attestano esser tale la credenza universale, ed avere sempre inteso dire dai suoi Maggiori, che la Benedizione, che si conserva fra le Reliquie nella Sacristia di Assisi, e che si porta nella Processione, è quella, che fu data da S. Francesco al Venerabile Leone, e che varie Grazie, e varj Miracoli sono a tratto

a trat-

sepius nominavimus, elarus Annalium Scriptor Wadingus, posteaquam narravit, quemadmodum supra vidimus, Benedictionem Venerabili Leoni a S. Francisco scripto traditam fuisse, hanc eamdem in Asisiensi Sacrario servari, & plura miracula patrare testatur: *Post mortem ejus*, idest Veuerabilis Leonis, *diligenter in hunc usque diem inter Reliquias asservatur in Sacrario S. Francisci Asisii, miraculose multis perfectam reddidit sanitatem:* atque hæc eadem verba repetit P. Tiburtius Navarrus in Vita S. Francisci lib. 4. cap. 2. Quæ cum ita sint, nemo profecto erit, qui jure contendere possit, Benedictionem, quæ extat in Asisiensi Sacrario, non unam eamdemque esse, ac quæ a S. Francisco Venerabili Leoni tradita fuit, cum exploratum sit, quando agitur de Reliquiarum identitate, verisimilitudinem, & moralem quamdam certitudinem sufficere, quemadmodum colligitur ex Sacro Tridentino Concilio, *Sess.* 25. *Decret. de Invocatione, Veneratione, & Reliquiis Sanctorum* in illis verbis: *Ea faciat, quæ veritati, & pietati consentanea judieaverit*. Ita quoque communi consensione docent Auctores, Matta *de Canoniz. Sanctor. part.* 4. *cap.* 29. *num.* 15. Ambrosius Morales *in* 3. *part. Historiar. gener. Hispan. lib.* 17. *cap.* 5. *in fin. & cap.* 37. *de Cruce*, Pignatellus *consult.* 61. *n.* 2. *tom.* 6. Diana *in edit. coordinata tom.* 3. *tract.* 3. *resolut.* 91. ubi sic ratiocinatur. *Quæritur primo, quænam certitudo requiratur in approbandis supradictis Reliquiis? Respondeo esse necessariam certitudinem moralem deductam ex probabilibus argumentis, non autem evidentiam, & argumenta infallibiliter concludentia*. Ad Reliquiarum autem veritatem comprobandam non parum miraculorum fama conducit, ut, argumentis ex sacra antiquitate petitis, concludit Joannes Fernandus S. J. Theologus in suis disputationibus de Reliquiis lib. 2. part. 1. cap. 2. *En quibus intelligas merito eas Divorum, Christique Reliquias censeri debere veras, atque germanas, quibus præpotens Deus pro sua in suos pietate, velut divinæ suæ potentiæ instrumentis, uti dignatus fuerit ad omnis generis miracula patranda*. Et cap. 3. art. 4. *Quando igitur certissime constiterit, vel Historicorum testificatione, vel veterum tabularum, vel traditione majorum aliquot sæculis, diuve ante, uno in loco, quam in alio, ubi eædem in individuo Reliquiæ custoditæ monstrantur, fideles ad illas seu excipiendas, seu adorandas accitos, Miraculorum aut Beneficiorum acceptorum fama, supplicabundos processisse, vero simillimum erit eas veras illius Cælitis, cui vulgo tribuuntur, exuvias, lipsanave esse ipsissima.*

Nihil aliud ad hujus paragraphi complementum superest, nisi ut quæramus, utrum, posita Reliquiæ identitate, consentaneum sit pergere, ut antea factum est, eam in Supplicatione deferre; sed hac in re non mihi consilium est diutius immorari; argumenta enim afferre supervacaneum est, cum id, de quo agitur, evidentius est, quam ut probationibus indigeat. In Ecclesiæ quoque primordiis pius ille mos erat, ut in Supplicatione Sanctorum Reliquiæ gestarentur; narrat enim S. Augustinus *lib.* 22. *de Civitate Dei cap.* 8. duas cum S. Stephani Reliquiis Supplicationes a Projecto factas fuisse, ad quas veniebat *magnæ multitudinis concursus, & occursus*, atque unam a Lucillo Episcopo, *Populo procedente, atque sequente*. Cum vero nullum aliud de Reliquiis in Supplicatione gestandis Decretum extet, quam Romani

a tratto seguiti, quand'essa è stata applicata agli Ammalati. Finalmente il più volte citato celebre Annalista Wadingo, dopo aver raccontato, conforme di sopra si è veduto, che fu data in iscritto la Benedizione da S. Francesco al Venerabile Leone, attesta, che questa medesima Benedizione si conserva nella Sacristia di Assisi, e che se ne vedono miracoli: *Post mortem ejus*, cioè del Venerabile Leone, *diligenter in hunc usque diem inter Reliquias asservatur in Sacrario S. Francisci Asisii, miraculose multis perfectam reddidit sanitatem*: quali stesse parole sono ripetute dal Padre Tiburzio Navarro nella Vita di S. Francesco al libro 4. cap. 2. nel quale stato di cose, non vi sarà certamente chi ragionevolmente discorrendo voglia impugnare, che la Benedizione, che si conserva nella Sacristia di Assisi, non sia quella stessa, che fu data da S. Francesco al Venerabile Leone, sapendosi, che in questa materia dell' identità delle Reliquie basta la verisimilitudine, e basta la certezza morale, come si raccoglie dal sacro Concilio di Trento nella Sessione 25. del Decreto *de Invocatione, Veneratione, & Reliquiis Sanctorum* in quelle parole: *Ea faciat, quæ veritati, & pietati consentanea judicaverit*; e come insegnano comunemente gli Autori, *Matta de Canoniz. Sanctor. part.* 4. *cap.* 29. *num.* 15., *Ambrosius Morales in* 3. *par. Historiar. general. Hispan. lib.* 17. *cap.* 5. *in fin. & cap.* 37. *de Cruce, Pignatell. consult.* 61. *n.* 2. *tom.* 6., *Dian. in edit. coordinat. tom.* 3. *tract.* 3. *resolut.* 91., ove così ragiona — *Quæritur primo, quænam certitudo requiratur in approbandis supradictis Reliquiis? Respondeo esse necessariam certitudinem moralem deductam ex probabilibus argumentis, non autem evidentiam, & argumenta infallibiliter concludentia*; e contribuendo molto al giudizio dell' identità delle Reliquie la fama de' Miracoli, giusta ciò, che dopo averne portate le prove dalla sagra antichità, conchiude Giovanni Fernando Teologo della Compagnia di Gesù nelle sue dispute sopra le Reliquie al libro 2. della prima parte cap. 2. *En quibus intelligas merito eas Divorum, Christive Reliquias censeri debere veras, atque germanas, quibus præpotens Deus pro sua in suos pietate, velut Divinæ suæ Potentiæ instrumentis, uti dignatus fuerit ad omnis generis miracula patranda*, e nel cap. 3. all' articolo 7. *Quando igitur certissime constiterit, vel Historicorum testificatione, vel veterum tabularum, vel traditione majorum aliquot sæculis, diuve ante, uno in loco, quam in alio, ubi eædem in individuo Reliquiæ custoditæ monstrantur, fideles ad illas, seu excipiendas, seu adorandas accitos, Miraculorum aut Beneficiorum acceptorum fama, supplicabundos processisse, vero simillimum erit eas veras illius Cælitis, cui vulgo tribuuntur, exuvias, lipsanave esse ipsissima.*

Altro non resta per compimento di questo §. che ricercare, se supposta l'identità della Reliquia convenga il proseguire, come si è fatto per lo passato nel portarla in Processione; ma sopra questo punto io non intendo di dilungarmi, non essendo necessario il portare le pruove, quando l'assunto è tanto chiaro, che non le ammette. Sino nei primi Secoli della Chiesa era in piedi la pia costumanza di portare le Reliquie de' Santi in Processione, raccontando Sant' Agostino nel libro 22. *de Civitate Dei* al capo 8. che due Processioni furono fatte colle Reliquie di San Stefano da Projetto, a cui veniva *magnæ multitudinis concursus, & occursus*, l'altra da Lucillo Vescovo, *Populo præcedente, atque sequente*; e non ritrovandosi altro Decreto circa le Reliquie da portarsi in Processione, che quello del Sommo Pontifice Alessan-

Pontificis Alexandri VII. editum die 27. Septembr. an. 1659. quo cavetur, ne simplicium Beatorum Reliquiæ in Supplicatione gerantur, *eorumdemque Reliquiæ in Processionibus minime circumferantur*, nemo non videt, nulla ratione prohiberi posse, quominus in Sopplicatione deferatur Benedictio, seu Reliqoia Seraphici Patris, qui non inter Beatos, sed inter Sanctos recensetur, utpote qui a Gregorio IX. solemni ritu In Sanctorum canonem relatus fuit. Immo vero si, quamvis vetitum sit Beatorum Reliquias in Supplicatione deferre, Illorum tamen Beatorum circumferri possunt Reliquiæ, qoæ centum annorum spatio delatæ sunt, ut legitur in citato Decreto edito ab Alexandro VII. in Sacra Rituum Congregatione: *Sacra tamen Congregatio præsentibus declaratione, & jussione removere non intendit cultum Beatis per communem Ecclesiæ consensum, vel per immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, Virorumque Sanctorum scripta, vel temporis centum annorum metam excedentis scientiam, ac tolerantiam Sedis Apostolicæ, aut Ordinariorum hactenus præstitum, ac certis modo, & forma ab eo tempore eis exhibitum*; Si, inquam, res ita se habeat, quid de præsenti negotio dicendum erit, in quo jam a pluribus sæculis, uti Asisienses Cives testantur, S. Francisci Benedictio in Supplicatione semper gestata fuit coram Ministris Apostolicis, Episcopis Asisiensibus, ac tot aliis Præsulibus, qui ad Portiunculæ celebritatem profecti sunt, & nunc etiam proficiscuntur, & tot hominum millibus, qui plurium sæculorum cursu Supplicationi interfuerunt?

§. VII. & postrema

In qua objecta diluuntur.

AD duo capita omnino objecta revocantur. Primo quidem ajunt, Seraphicum Patrem S. Franciscum B. Bernardn a Quintavalle Benedictionem tradidisse; verum illam non ab ipso, sed ab uno eorum qui aderant, fuisse exaratam, propterea quod ob plures, quas profuderat lacrymas, non parum oculis tunc temporis laborabat. Addunt, eumdem Sanctum Virum in postremo suo ad Portiunculam reditu Benedictionem Asisiensi Urbi tribuisse; sed hanc non scriptam, verum ore a Sancto Patre prolaram fuisse asseverant; hæc autem omnia colligontur ex Tossignano in ejus latinis historiis *pag. 60.* atque ex Pisano *in Capit. de Transitu Gloriosi Patriarchæ*. Nunc vero ut hoc objectum diluatur, nollum ex his factis inficiamur, sed subjungimus, non hic de Benedictione sermonem esse, quam B. Bernardo a Quintavalle S. Franciscus impertivit, neque de ea, quæ Asisiensi Civitati tradita fuit; verum de illa, quam S. Patriarcha Venerabili Leoni largitus est; quæ propria ipsios manu exarata fuit; quæ in Venerabili Leone, aliisque pluribus miracula, & prodigiosa beneficia effecit; quæ in Sacrario celebris Cœnobii Minorum Conventualium Asisii servata fuit, atque hoc etiam tempore servatur.

Secundo loco asserunt, Benedictionem aliquam, licet alicujus Sancti Viri manu exaratam, cum revera nihil aliud sit quam pagella ejus manu scripta, cultum, aut venerationem minime promereri. Sed Anonymi Scripturæ Auctoris venia dictum sit, hæc assertio Theologicæ rationi, veteris Ecclesiæ praxi, recentioris consuetudini, & communi sensui Christifidelium adversatur.

Adversatur primo rationi Theologicæ; nam Deus, uti in Actis Apostolicis cap. 19. legitur, miracula edebat, cum super ægros S. Pauli vestes impone-

sandro Settimo, fatto nel giorno 27. di Settembre del 1659., nel quale proibisce il portare in Processione le Reliquie de' semplici Beati, *eorumdemque Reliquiæ in Processionibus minime circumferantur*, non vi è, chi non veda non potersi in veruna maniera pretendere, che non si porti in Processione la Benedizione, o sia la Reliquia del Serafico Padre, che non è fra il numero de' Beati, ma de' Santi, essendo stato solennemente canonizzato da Gregorio IX. Anzi, se non ostante la proibizione di portare in Processione le Reliquie de' Beati, si possono portare quelle di quei Beati, che si sono portate lo spazio di cent' anni, come si legge nel citato Decreto fatto da Alessandro Settimo nella sagra Congregazione de' Riti, *Sacra tamen Congregatio præsentibus declaratione, & jussione removere non intendit cultum Beatis per communem Ecclesiæ consensum, vel per immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, Virorumque Sanctorum scripta, vel temporis centum annorum metam excedentis scientiam, ac tolerantiam Sedis Apostolicæ, aut Ordinariorum hactenus præstitum, ac certis modo, & forma ab eo tempore eis exhibitum*, che dovrà dirsi nel caso presente, nel quale da più centinaja d'anni, conforme attestano i Cittadini di Assisi, si è mai sempre portata in Processione la Reliquia di S. Francesco, alla presenza de' Ministri Apostolici, de' Vescovi di Assisi, e di tanti altri Prelati, che sono andati, e che vanno alla funzione della Porziuncola, e di tante migliaja di Persone, che nel decorso di più Secoli sono intervenute alla Processione?

§. VII., ed Ultimo,

Nel quale si risponde alle Opposizioni.

A Due capi si riducono l'opposizioni. Consiste il primo nel dire, che il Serafico Padre S. Francesco diede la Benedizione al Beato Bernardo da Qointavalle; ma che la Benedizione fu scritta non da esso, ma da uno de' Circostanti, per avere il Santo Padre la vista in quel tempo assai indebolita, e ciò per le molte lagrime, che aveva sparse, e che il medesimo S. Francesco diede nell'ultimo suo ritorno alla Porzioncola la Benedizione alla Città di Assisi; ma che questa non fu scritta, essendo stata dal Santo proferita in voce, come tutto ciò si raccoglie dal Tossignano nelle sue Storie latine alla pagina 60., e dal Pisano nel cap. del Transito del Glorioso Patriarca. Ora per rispondere a questa opposizione, non si nega veruno di questi fatti, ma si soggiunge, che quì non si parla della Benedizione data da S. Francesco al Beato Bernardo da Quintavalle, nè di quella data alla Città di Assisi, ma dell'altra data dal Santo Patriarca al Venerabile Leone, che fu scritta col proprio di lui carattere, che operò nel Venerabile Leone, ed in molti altri grazie, e miracoli, e che si è conservata, e si conserva nella Sacristia del celebre Convento de' Padri Minori Conventuali in Assisi.

Consiste il secondo punto nell' asserire, che una Benedizione, benche scritta di proprio carattere di un Santo, non essendo in sostanza, che un di lui Manoscritto, non merita culto, o venerazione. Ma sia detto con pace dell' Autore Anonimo della Scrittura, quest' asserzione è contraria alla ragione Teologica, alla pratica dell'antica Chiesa, alla consuetudine della moderna, ed al comune senso de' Fedeli.

E' contraria alla ragione Teologica, leggendosi negli atti degli Apostoli al capo 19. che Iddio operava miracoli, quando si mettevano sopra gli amma-

diebantur: *Virtutesque non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli: ita ut etiam super languidos deferrentur a corpore ejus sudaria, & semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur*. Ex hoc textu inferunt SS. Patres, veneratione colenda esse non solum Sanctorum corpora, verum etiam eorum vestes, atque alia, quæ eorum corporis partes minime sunt, sed quæ ab ipsis adhibita fuerunt: ita S. Cyrillus Hierosolymitanus argumentatur *Catechesi* 18. de Elisæi corpore, ac de S. Pauli vestibus verba faciens: *Neque vero diffidamus, ut rerum ignari, fieri istud. Si enim sudaria, & semicinctia extra corpus existentia contacta ab ægrotis liberabant illos ab infirmitate, quanto magis Corpus ipsum Prophetæ mortuum excitavit?* Sic etiam ratiocinatur S. Joannes Chrysostomus *Serm. de virtutibus* circa medium: *Vidisti quanta Sanctorum sit virtus? Non enim ipsorum verba tantum, sed & vestimenta universæ creaturæ sunt veneranda, &c. Pauli vestes Dæmones ejecerunt*. Si igitur veneratio, quæ Sanctis tribuitur, non in eorum tantum corporibus sistit, sed illa etiam complectitur, quæ extra ipsorum corpora versantur, quemadmodum de vestibus, aliisque hujusmodi rebus jam vidimus, nescio cur schedis eorum manu exaratis, eorumque litteris cultus ac veneratio denegari debeat, cum in utraque re eadem omnino ratio sit.

Reluctatur deinde assertio veteri Ecclesiæ praxi. Cum rumor per Syriam de miraculis a Jesu Christo patratis disseminatus esset, plures non infimæ notæ Scriptores atque Historiei opinantur, Abgarum Edessæ Regem ad Servatorem nostrum epistolam misisse, atque hunc eidem Regi conscripta item epistola respondisse. Binas hasce litteras Cardinalis Baronius in Annalibus integras refert ad An. 31. num. 58. & 59. ubi etiam animadvertit, earum mentionem fieri a Dario Comite in epistola ad S. Augustinum scripta, a S. Ephrem Diacono in suo testamento, atque a Theodoro Studita in litteris ad Paschalem Romanum Pontificem datis: quamvis autem Gelasius Papa hanc Jesu Christi ad Abgarum epistolam inter apocrypha recensuerit, ut in ejus Decreto videre licet, quod convenientibus emendationibus illustratum rursus edidit eruditissimus Præsul Fontaninus post suum tractatum de Antiquitatibus Hortæ, observat tamen is, quem supra nominavimus, Cardinalis Baronius, ea quæ de hac Epistola narrantur haud esse penitus contemnenda. *Hæc vero non sic a nobis sunt recitata, ut apocrypha in hagiographa transferri velimus, sed tum ne quid Lectores prætereat, tum etiam ne ea quis omnino contemnenda existimet, quæ majores complures venerati esse noscuntur*. Sed quidquid sit de hujus Epistolæ veritate, ad propositum nobis finem sufficit demonstrare, eos omnes, qui Epistolam illam a Christo Domino conscriptam fuisse existimarunt, debitum ei cultum tribuisse. Apud eumdem Cardinalem Baronium ad an. Chr. 944. exhibetur Historia a Constantino Porphyrogenito Imperatore confecta de translatione, quæ Edessa Constantinopolim facta est, cum Imaginis Jesu Christi, quæ picta fuisse fertur, dum ille adhuc in vivis ageret, atque ad Abgarum transmissa, tum etiam Epistolæ; in hac autem historia cultus, quo utraque excepta fuit, ita describitur: *Decimo quinto mensis Augusti, Imperatoribus de more festum celebrantibus semper Virginis, & Dei Matris Mariæ in Venerabili Templo, quod est in Blanchernis, circa crepusculum illuc pervenerunt Ministri harum rerum pretiosarum* (Imaginis nempe, & Epistolæ) *& reposita est in superiori Oratorio hujus Templi*

malati le Vesti di San Paolo, *Virtutesque non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli. Itaut etiam super languidos deferrentur a Corpore ejus sudaria, & semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur*. Da questo passo inferiscono i santi Padri, che non solo dobbiamo prestar veneraziona a i Corpi de' Santi, ma ancora a i loro Vestimenti, ed all'altre cose, che non sono parte del loro Corpo, ma che sono state adoperate da essi; così argomenta San Cirillo Gerosolimitano nella Catechesi 18. parlando del Corpo di Eliseo, e de i Vestimenti di S. Paolo: *Neque vero diffidamus, ut rerum ignari, fieri istud. Si enim sudaria, & semicinctia extra Corpus existentia contacta ab ægrotis liberabant illos ab infirmitate, quanto magis Corpus ipsum Prophetæ mortuum excitavit?* Così argomenta S. Giovanni Crisostomo nel Sermone *de Virtutibus*, verso la metà: *Vidisti quanta Sanctorum sit virtus? Non enim ipsorum verba tantum, sed & vestimenta universæ Creaturæ sunt veneranda &c. Pauli Vestes dæmones ejecerunt*. Se dunque non è ristretta la venerazione ai soli corpi de' Santi, ma ancora alle cose, che sono fuori de' loro Corpi, come si vede ne i Vestimenti, ed in altre cose somiglianti, non si fa vedere perchè i loro Manoscritti, e le loro lettere debbano restar prive di culto, e di venerazione, camminando nell'uno, e nell' altro caso la stessa ragione.

E' contraria l'afferzione alla pratica antica della Chiesa, in ordine alla quale fa di mestieri di supporre, che essendosi sparsa nella Siria la fama de' Miracoli operati da Gesù Cristo, è stata opinione di non volgari Autori, ed Istorici, che Abgaro Principe d'Edessa scrivesse una lettera al Nostro Redentore, e che il Redentore glie ne scrivesse un' altra in risposta. Il tenore d'ambedue è intieramente riferito dal Cardinale Baronio ne i suoi Annali all'anno di Cristo 31. num. 58., & 59. ove anche osserva essersi fatta menzione di queste lettere dal Conte Dario in un'altra sua lettera a S. Agostino, da S. Efrem Diacono nel suo Testamento, e da Teodoro Studita nella lettera al Pontefice Pascale, e benchè il Pontefice Gelasio nel catalogo delle cose non sicure, mettesse la lettera di Gesù Cristo ad Abgaro, come si può vedere nel di lui Decreto ristampato colle dovute correzioni dall' Erudito Monsig. Fontanino dopo il suo trattato delle antichità della Città d'Orta, avverte però il sopracitato Cardinale Baronio non dovere il fatto di questa lettera in tutto, e per tutto disprezzarsi. *Hæc vero non sic a nobis sunt recitata, ut apocrypha in hagiographa transferri velimus, sed tum ne quid Lectores prætereat, tum etiam ne ea quis omnino contemnenda existimet, quæ majores complures venerati esse noscuntur*. Ma ciò che siasi della verità della lettera, basta per il nostro intento il dimostrare, che quelli, che giudicarono essere stata la lettera scritta da Gesù Cristo, diedero alla medesima il culto dovuto. Appresso il medesimo Cardinale Baronio all'anno di Cristo 944., è registrata la Storia scritta da Costantino Porfirogenito Imperadore, del trasporto fatto dalla Città di Edessa a quella di Costantinopoli, tanto dell' Imagine di Gesù Cristo, che si disse essere stata fatta, mentre viveva, e mandata ad Abgaro, quanto ancora della lettera, e del culto, con cui l'una e l' altra fu ricevuta: *Decimo quinto mensis Augusti, Imperatoribus de more festum celebrantibus semper Virginis, & Dei Matris Mariæ in venerabili Templo, quod est in Blanchernis, circa crepusculum illuc pervenerunt Ministri harum rerum pretiosarum*, cioè dell'Imagine, e della lettera, *& reposita est in superiori Oratorio hujus Templi arca, quæ intus*

arca, quæ intus habebat imaginem, & epistolam. Quo venientes Imperatores eam extra reverenter adoraverunt, &c. Deinde prosequitur venerationem recensens, quæ ab Episcopo una eum universo clero, atque a Senatu, Populoque Imagini, & Epistolæ exhibita fuit.

Neque minus contraria est assertio illa praxi novæ & recentis Ecclesiæ; nam in toto fere terrarum Orbe catholico mos inolevit, ut Sanctorum Virorum Epistolæ in Sacrarum Reliquiarum thecis asserventur, & publicæ Christianorum venerationi proponantur. Cracoviæ B. Aloysii Gonzagæ Sermo sacra theca conclusus custoditur. Conimbriæ in templo Jesuitarum duæ S. Francisci Xaverii Epistolæ servantur, Mediolani in Ambrosiano Templo alia ejusdem Sancti viri, Senis S. Bernardini epistola, atque alia item B. Aloysii Gonzagæ in civitate Castellana. Romæ quoque litteræ a Sanctis viris exaratæ Reliquiariis Inclusæ servantur, atque inter cæteras sacras Reliquias venerandæ proponuntur; ut fit in Templo Patrum Societatis Jesu vulgo *del Gesu* nuncupato, in quo singulæ SS. Ignatii, Caroli, Francisci Xaverii, ac Francisci Salesii Epistolæ, & pagina B. Stanislai Costkæ manu exarata servantur, non secus ac in Collegio Germanico epistola S. Ignatii, in Templo Collegii Romani alia item ejusdem S. Ignatii Epistola, atque in Domo Tyrocinii Patrum Societatis Jesu præter aliam S. Ignatii epistolam duæ etiam subscriptiones, S. Ignatii una, altera S. Francisci Xaverii manibus exaratæ. In altari Sacelli, quod Romæ in S. Officii Palatio extat, fere assidue prostant duæ epistolæ S. Caroli Borromæi, atque inter cæteras Ecclesiæ S. Mariæ in Vallicella PP. Philippinorum Reliquias, aliquot S. Philippi Nerii litteræ custodiuntur, quæ die eidem S. Philippo sacra publico cultu venerandæ proferuntur.

Denique pugnat assertio illa cum communi Christifidelium sensu, qui litteras a sanctis viris exaratas penes se habere cupiunt, easque non secus ac sacras Reliquias accurate custodiunt, venerанturque. Horatius Tursellinus in Vita S. Francisci Xaverii lib. 6. cap. 8. narrat, eum inter cæteras Reliquias, S. Ignatii quoque nomen reposuisse, quod ex epistola ab ipso exarata, & subscripta exciderat: *In Reliquiaria quoque theca, quam suspensam gestabat e collo, Ignatii nomen, ipsius manu scriptum una cum sacris Reliquiis incluserat.* Compertum est, aliquot nobilissimos inter christianos Optimates sibi invicem tamquam sacras Reliquias dono misisse plures S. Teresiæ epistolas. S. Ignatii literas Romæ Crescenni, atque Astalli, S. Caroli vero Zagarelli Fani conservant. Quapropter cum nihil sit quod prohibeat, quominus S. Francisci Benedictio in Supplicatione circumferatur, quin immo cum exploratum sit, quod si quando sacra hæc Benedictio gestari omitteretur, quæ ab immemorabili tempore gestata fuit, sicuti Nobiles Assisienses Cives testantur, & ob quam Deus Optimus Maximus assidue miracula edere dignatus est, inevitabilis profecto esset proborum virorum offensio, & tot hominum millium, qui elapsis annis venerunt, & qui in posterum venient ad Portiunculæ Festivitatem, magis magisque innotescit, omnino necessarium esse, ut nihil innovetur, & perpetuum huic controversiæ silentium imponatur.

Hæc autem omnia dicta sint, salvo semper &c.

habebat imaginem, & epistolam. Quo venientes Imperatores eam extra reverenter adoraverunt, con quel molto, che siegue, proseguendo la Storia a raccontare la venerazione, che fu all' Imagine, ed alla lettera prestata dal Vescovo con tutto il Clero, dal Senato, e dal Popolo.

E' contraria l' afferzione alla pratica della Chiesa moderna, conservandosi in quasi tutto il Mondo Cattolico le lettere de' Santi ne i Reliquiarj, ed esponendosi fra l' altre Reliquie alla pubblica venerazione. In Cracovia si conserva una Predica del Beato Luigi Gonzaga ristretta in un Reliquiario. In Conimbria nella Chiesa de' Padri Gesuiti si conservano due lettere di S. Francesco Saverio, in Milano nella Chiesa di S. Ambrogio una lettera del detto Santo, in Siena una lettera di S. Bernardino; in Città di Castello un altra lettera del Beato Luigi Gonzaga, ed in Roma medesima sono ristrette ne i Reliquiarj le lettere scritte da i Santi, e sono venerate come Reliquie. Ciò succede nella Chiesa del Gesù de' Padri Gesuiti, conservandosi in essa una lettera di S. Ignazio, una di S. Carlo, una di S. Francesco Saverio, una di S. Francesco di Sales, ed una carta scritta di carattere del Beato Stanislao Kostka, nel Collegio Germanico una lettera di S. Ignazio, nella Chiesa del Collegio Romano una lettera pure di S. Ignazio, nella Casa del Noviziato de' Padri Gesuiti oltre un altra lettera di S. Ignazio, due sottoscrizioni di carattere pure di S. Ignazio, e di S. Francesco Saverio. Nell' Altare della Cappella, che è nel Palazzo qui in Roma del Sant' Offizio, stanno quasi continuamente esposte due lettere di S. Carlo Borromeo, e fra l' altre Reliquie della Chiesa di Santa Maria in Vallicella de' Padri Filippini, si conservano alcune lettere di San Filippo Neri, che nel giorno della di lui festa si espongono al pubblico culto.

E' contraria finalmente l' afferzione al comune senso de' Fedeli, che bramano avere appresso di se le lettere scritte da i Santi, ritenendole, e venerandole come Reliquie. Orazio Tursellino nella Vita di San Francesco Saverio al libro 6. cap. 8. racconta, che egli aveva messo fra l' altre Reliquie il Nome di Sant' Ignazio, che aveva tagliato da una lettera scritta, e sottoscritta da esso, *in Reliquiaria quoque theca, quam suspensam gestabat e collo, Ignatii nomen, ipsius manu scriptum, una cum sacris Reliquiis incluserat.* Fra i Signori più qualificati del Cristianesimo, si sa essere state mandate in dono dall' uno all' altro, come Reliquie, molte Lettere di Santa Teresa. Conservano i Signori Crescenzi in Roma una Lettera di Sant' Ignazio, i Signori Astalli un' altra Lettera pure di Sant' Ignazio, ed i Signori Zagarelli in Fano una lettera di San Carlo. Laonde non essendovi verun fondamento per impedire, che non si porti in Processione la Benedizione di S. Francesco, anzi essendo cosa certa, che quando si tralasciasse di portare questa Santa Benedizione, che si è portata da tempo immemorabile, conforme attestano i Nobili Cittadini di Assisi, e per cui Iddio Benedetto si è degnato di operare continuamente Miracoli, sarebbe inevitabile lo scandalo degli Uomini da bene, a di tante migliaja di Persone, che sono venute negli anni passati, e che verranno nel tempo in avvenire alla Funzione della Porziuncola, sempre più si vede esser precisa necessità di non innovare cosa veruna, e d' imporre un finale silenzio a questa contesa.

Il che sia detto salvo sempre &c.

CLEMENS PAPA VII.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CCEPIMUS non sine molestia, quod licet alias ab antiquissimo, & immemorabili citra tempore in secunda die Mensis Augusti cujuslibet Anni, Christifidelibus ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Angelis, sive de Portiuncula Ordinis Minorum de Observantia prope, & extra muros Civitatis Assisii existentem pro plenaria Indulgentia ibi a Sede Apostolica concessa confluere solitis, multæ piæ, & solemnes cæremoniæ intervenire, & observari consueverint, inter cæteraque, ut Fratres dictæ Domus in primis Vesperis ejusdem diei Processionaliter ad Ecclesiam Domus S. Francisci intra dictam Civitatem Assisii, existentem Ordinis Minorum Conventualium, in qua Corpus ejusdem S. requiescit venirent; indeque una cum eisdem Fratribus Conventualibus in simul congregatis ad sonum Campanæ cum hymnis, & laudibus, & magna Populorum pie subsequentium devotione ad eamdem Ecclesiam S. Mariæ redirent, & ingrediente ipsam Ecclesiam Crucifixi Imagine, tum primum Indulgentia ipsa incipere, & ad secundas Vesperas diei sequentis durare censeratur: ex quibus omnibus devotio Populorum confovebatur, & divinus maxime augebatur cultus; tamen a paucis citra annis forte ob quamdam rixam, seu altercationem inter Conventuales ex una, & de Observantia Fratres prædictos ex altera, in Ecclesia seu Conventu Domus Sancti Francisci Assisien. dudum commissam, Fratres ipsi de Observantia ex illo tempore non solum in eodem die Indulgentiæ ad dictam Domum Sancti Francisci Assisien. amplius non accesserunt, neque Fratres Conventuales cum Processione & devotione subsequentis, ex Assisio Populi expectarunt; sed ipsi soli etiam tempestivius solito longe ante Vesperas Processionem per Agros, & Campos vicinos facientes, & Ecclesiam suam circumeuntes, hora solita Vesperarum non expectata, Indulgentiam Plenariam publicant, posteaque dum Fratres Conventuales ex dicta Civitate cum Populo hora Vesperarum solita processionaliter venerunt, nullo eos Campanæ, vel alio Ecclesiastico signo recipiunt. Quo fit ut & Corpus ejusdem Sancti Assisii existens, ob cujus merita, & miracula Indulgentia ipsa in Ecclesia S. Mariæ prædicta instituta fertur, solita celebritate, & veneratione careat, & Populus Assisien. ac ex diversis Mundi partibus confluentes in sua devotione destituantur, ac vetus mos, & consuetudo in tanta solemnitate aboleantur, scandalum quoque Christi Fidelibus similia intuentibus generetur. Nos igitur pro pastorali Officio nostro devotionem Populorum augere, piosque mores, & cæremonias præsertim pro animarum salute inductas restituere, & conservare, scandalisque hujusmodi occurrere volentes, de tua prudentia, ac fide confisi mandamus tibi per præsentes, ut illuc te personaliter conferens, si hæc vera compereris, agas cum utriusque Domus Fratribus. Quibus omnibus in virtute S. obedientiæ, & sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, ut tibi in hoc pareant, præcipimus, eisque sub hac, & aliis Ecclesiasticis gravioribus pœnis tuo arbitrio moderandis mandes, prout Nos mandamus, ut omnes antiquas cæremonias in Processione, & solemnitate hujusmodi a dd. Fratribus servari solitas, tam in die hujusmodi Indulgentiæ, quam in præcedentis diei Vesperis, appellatione postposita, effectualiter, & plene observent, & auctoritate nostra ab eisdem observari facias. Quod ut libentius faciant, eos ad mutuam charitatem, & concordiam præsertim in tam pio exequendo opere reducere curabis. Quod si hæc ipsa per te aliis impeditus commode exequi non poteris, volumus, ut ea per alium ad hoc tibi visum idoneum ea nihilominus exequaris. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die decima octava Julii MDXXVI. Pontificatus Nostri Anno tertio.

Be: el Ravenn.

1536. Foris – Dilecto Filio Perusiæ, & Umbriæ Vicelegato.

Series Capitulorum, quæ cl. mem. Præsul Centurioni Archiepiscopus Januensis, Clericus Reverendæ Cameræ Apostolicæ, & Perusiæ Gubernator edidit an. 1597. ad recte instituendam Assisiensis Indulgentiæ Supplicationem, quæ calendis Augusti fieri consuevit; quæ capitula variis temporibus a pluribus Perusinæ Urbis Moderatoribus, & nuper a Præsule Vidmano an. 1709, & 1710. renovata sunt.

ALEXANDER Centurioni Archiepiscopus Januensis, Clericus R. C. Apostolicæ, & Perusiæ atque Umbriæ Gubernator Generalis, cui per litteras Emm. Cardinalium S. Francisci Ordinibus Conventualibus, atque Observantibus patrocinantium provincia demandata fuit prospiciendi, ut Supplicatio, quæ hoc solemnissimo die fieri debet, recto ordine procedat, facultate, ac jurisdictione, quæ iisdem litteris continetur, uti volens

Pri-

Serie de' Capitoli stesi dalla chiar. mem. di Monsig. Centurione Arcivescovo di Genova, e Chierico della Reverenda Camera Apostolica, e Governatore di Perugia l' anno 1597. per ben regolare la Processione del Santo Perdono di Assisi solita farsi il primo d' Agosto, quali sono stati rinovati in diversi tempi da diversi Monsignori Governatori di detta Città di Perugia, & ultimamente da Monsig. Vidman 1709., e 1710.

ALESSANDRO Centurione Arcivescovo di Genova, e Chierico della Reverenda Camera Apostolica, e di Perugia, e dell' Umbria Governatore Generale deputato in vigore delle lettere degl' Illustrissimi, e Reverendissimi Signori Cardinali Protettori delle Religioni di S. Francesco Conventuali, & Osservanti a provedere, che la Processione, che si ha da fare in questo solennissimo giorno proceda ordinatamente con la facoltà, e Giurisdizione contenuta in esse lettere, il tenore delle quali &c. Volendo usare della sua Giurisdizione sopraddetta.

Pri-

Primo omnes utriusque Ordinis Religiosos Viros hortatur, atque orat, ut reverentiam, quæ tantæ solemnitati debetur, atque obligationem suam semper præ oculis habentes, non solum extrinsecus, sed etiam intrinsecus ea, quæ ipsos decent, religione & gravitate procedant, adeo ut non modo nullam præbeant offensionem, verum etiam augeant, uti par est, Laicorum pietatem, qui ex omnibus Mundi partibus ad hanc Indulgentiam consequendam magna frequentia conveniunt. Quamvis autem non ignoret fore ut Præsides utriusque Ordinis omni cura satis provideant, quo Religiosi viri sibi subjecti in tota hac actione eam continentiam, eamque moderationem præseferant, quam ipsis S. Pater Franciscus tradidit, ac præcepit; attamen majoris securitatis causa, atque ut omnis perturbationis, & scandalorum occasio præcidatur, jurisdictione, atque auctoritate ipsi concessa usus, jubet, ac præcipit ut in Supplicatione peragenda ea quæ sequuntur, omnino serventur, scilicet:

CAPITULUM I.

UT Præsides utriusque Ordinis sub pœna indignationis Sanctissimi Domini Nostri ferendis Crucibus & Candelabris præficiant viros pacatos, & æquos, & statim post ipsas Cruces præmittant saltem tria paria Religiosorum senectute, prudentia, & probitate præstantium, qui ad bene seipsos regendos idonei sint, atque ad omnem tumultum compescendum, qui in tanta hominum multitudine fortuito oriri posset. In tribus aliis Supplicationis locis servata proportione distantibus idem faciant, eorum, qui ad id muneris addicti sunt, nomina conscribentes, eaque penes se custodientes, ut si forte requirantur, possint de illis rationem Præfectis suis reddere.

II. Ut ii, quibus prædictum munus demandatum est, sub eadem pœna curent etiam, atque etiam, ut recte ordinatam servent Supplicationem, ita ut qui præcedunt non nimis iter accelerent, & qui retro sunt, subsequantur, se mutuo expectantes, ne ordo abrumpatur. Iidem studeant, ut progredientium alter alterum voce moneat, verum ipsi numquam e suo loco dimoveantur, nisi forte necessitas tulerit.

III. Et quoniam majoris commoditatis, atque ordinis gratia præstantes quosdam viros, & nulli studio partium addictos selegimus, quibus curandi provincia demandata est, ut recto ordine procedat Supplicatio, jubemus ac præcipimus, ut quisque ex eorum mandato progredi, & consistere debeat, si quis vero parere detrectaverit, acriter a nobis pro ratione culpæ pœna mulctabitur.

IV. Ut, posteaquam advenerint Patres Cœnobii Angelorum ad D. Francisci templum, non antea cum Cruce exeant, quam facultatem a Judice acceperint, qui a Nobis eligetur, quique auctoritate præditus erit controversias dirimendi, quæ forte occasione hujusmodi Supplicationis oriri possent.

V. Ut proxime Religiosos Viros Cœnobii Angelorum subsequantur ceteri secundum ordinem consuetum, & numquam subsistant.

VI. Ut nulla Confraternitas, vel Religiosus Ordo quicumque sit, vel alia quælibet Crux præter eas tres, quæ adesse solent, possit sese in Supplicationem intrudere; sed si quæ forte adsit, debeat sub-

Primieramente esorta, e prega tutti i molto R. R. P. P. dell' una, e dell' altra Religione, che tenendo continuamente davanti gl' occhi la riverenza, che si deve ad una Solennità così grande, e l' obbligo loro procedano in quest' azione, e interiormente, e esteriormente con divozione, e gravità dovuta alla persona loro; acciò che non solamente non diano scandalo, ma accrescano, come s' aspetta, il fervore de i Laici, che per la Solennità di quest' Indulgenza concorrono da diverse parti del Mondo a conseguirla, e poi ancorchè sappiasi, che i Superiori dell' una, e dell' altra Religione con la solita vigilanza provederanno sufficientemente con ogni sorte di buoni ordini, ad effetto, che i loro sudditi nell' andare, stare, e conversare diano segno della mortificazione, & umiltà, che ha insegnato, e comandato il loro Padre S. Francesco; Nondimeno per maggior chiarezza, e per levare ogni occasione di confusione, dalla quale poi ne possa seguire turbazione, e scandalo, il che Dio guardi, usando della sua Giurisdizione, & autorità sopraddetta, ordina, e comanda, che nella Processione da farsi si osservino specialmente gli ordini, e cose infrascritte, cioè:

CAPITOLO I.

CHE i Superiori dell' una, e dell' altra Religione sotto pena dell' Indignazione di Nostro Signore deputino a portare le Croci, e Candelieri persone quiete, e ragionevoli, ed immediatamente ad esse Croci mandino almeno tre coppie de' Padri qualificati per antichità nella Religione; per prudenza, e per bontà, i quali sono atti a reggere bene se stessi, & a quietare ancora ogni rumore, o inquietudine, che potesse nascere in tanto numero di gente per qualche caso impensato. E in tre altri luoghi della Processione proporzionatamente distanti facciano lo stesso scrivendo i nomi di essi Deputati, e quelli conservando appresso di se, per poterne poi dar conto a i Superiori sempre, che ne saranno ricercati.

II. Che i Deputati sopraddetti sotto la stessa pena procurino di tenere ordinata la Processione di modo che, chi va innanzi non s' affretti troppo, e chi è in dietro seguiti, aspettandosi l' un l' altro, acciò che non si rompa l' ordine, facendo passar la voce di mano in mano, ma non movendosi però essi Deputati da' luoghi loro, se non fosse in caso di necessità.

III. E perchè per maggior comodità, & ordine è stata fatta da Noi deputazione di persone di qualità, e non parziali, le quali averanno cura, che la Processione cammini regolatamente, ordiniamo, e comandiamo che alle voci di essi Deputati ogn' uno debba andare, e fermarsi sotto pena, che chi contrafarà, sarà da Noi punito severamente, secondo il modo della colpa.

IV. Che arrivati, che saranno i Padri degli Angeli a S. Francesco non escano fuora colla Croce per dar principio alla Processione, se prima non avranno avuta licenza dal Giudice, che sarà da Noi deputato, il quale avrà autorità di decidere le controversie, che potessero nascere casualmente per occasione della detta Processione.

V. Che dopo i Padri degli Angeli immediatamente seguitino gli altri secondo l' ordine solito senza trattenersi, e farsi aspettare.

VI. Che nessuna Confraternità, o Religione sia qualsivoglia conosciuta, o non conosciuta, o altra qualsivoglia Croce fuori delle tre solite, possa intromettersi nella Processione, ma se ve ne sarà alcuna,

subsequi omnes Fratres, qui S. Francisci Ordinem profitentur.

VII. Ut nemo ex Fratribus baculos deferat, ne prætextu quidem moderandi, ducendique Supplicationem, & multo minus arma, cujuscumque generis sint, gestare audeat, ne cultros quidem quacumque causa vel prætextu, sub pœna excommunicationis *ipso facto* incurrendæ, aliisque corporeis & gravissimis ad arbitrium infligendis.

VIII. Ut nullus Frater possit in Supplicationem intrudere quemcumque virum sæcularem, nec Religiosum alterius Ordinis, & multo minus mulieres ne prætextu quidem cognationis aut amicitiæ, ut valeant hoc pacto in Ecclesiam introire, sub pœna carceris uno mense, aliisque gravioribus ad arbitrium infligendis.

IX. Ut nemo ex Patribus sub eadem pœna in Ecclesia Angelorum, vel in Sacello B. Mariæ consistere possit, sed omnes debeant ordinatim subinde ingredi Monasterium non modo Observantes, sed etiam Conventuales.

X. Ut Templi S. Mariæ Angelorum Æditus, & qui pulsandis Campanis addicti sunt, debeant eas pulsare, nec pulsandi finem facere, nisi postquam in eamdem Ecclesiam intraverint omnes Regulares, qui ad Supplicationem conveniunt, sub gravi pœna ad arbitrium nostrum infligenda.

XI. Item præcipimus, ut si forte occasione ejusdem Supplicationis, præter ea, quæ modo a Nobis sancita sunt, aliquod suboriatur dubium, aut dissidium, adiri debeat vel Judex, qui a Nobis ad S. Francisci constituetur, vel Auditor noster, qui equo vectus per vias discurret; ad Nos etiam aditus patebit. Quod si Judices deficiant, debeant qui Supplicationi ducendæ præfecti sunt juxta formam primi Capituli in unum convenire, ut unanimi consensu decernant quid consilii capiendum sit; in antecessum autem constituimus, ut quidquid ab iisdem Patribus decretum fuerit, vel a Nobis, aut Judicibus nostris statutum, nullum neque in petitorio, neque in possessorio detrimentum afferat rationibus utriusque partis.

Patres omnes curent etiam, atque etiam, ut omni cum modestia procedant, eam, quam habitu, ac vestitu profitentur, sanctitatem præseferentes, atque a mutuis aliorumque colloquiis quoad fieri potest abstineant, nisi forte necessitas ferat, sed tunc pacate, & benigne loquantur. Si quis vero ausit vel ordinem turbare, vel jussa detrectare, vel obniti, vel verbis contendere, quod absit, vel contumeliam dicere, vel factis aliquem offendere, præcipimus & mandamus, ut illico comprehendatur, & in vincula abducatur; Nos autem severissimis pœnis in eum acriter animadvertemus pro ratione delicti; multo autem acrius in eos qui primi mandata infringent, & scandalum aliis præbebunt. Unusquisque igitur in hoc opus incumbat quanta maxima fieri potest pietate ac religione, & preces pro Nobis ad Deum fundere non prætermittat. Datum Assisii in nostræ habitationis palatio cal. Augusti an. 1597.

A. Centurionus Gub. & Com.

Loco ✠ Sigilli

Patius de Patiis Secret.

cuna, debba andare doppo tutti i Frati, che militano sotto il B. S. Francesco.

VII. Che nessuno de i Frati porti mazze, o bastoni, etiam sotto pretesto di reggere, e guidare la Processione; e molto meno ardisca di portare arme offensive, o difensive di sorte alcuna, etiam coltelli sotto qualsivoglia pretesto; sotto pena di scomunica da incorrersi Ipso facto, e d'altre pene etiam corporali, e gravissime ad arbitrio.

VIII. Che nessun Frate possa intromettere nella Processione alcuna persona secolare, nè religiosa d'altra Religione, e molto meno donne etiam sotto pretesto di parentela, e d'amicizia, per farle entrare in Chiesa, sotto pena d'un mese di carcere, & altre ad arbitrio, e più gravi.

IX. Che sotto la medesima pena nessuno de' Padri si possa fermare nella Chiesa degli Angeli, o Cappella della Madonna, ma tutti debbano ordinatamente di mano in mano andare entrando nel Monastero tanto i Padri dell'Osservanza, quanto i Conventuali.

X. Che il Sagrista della Madonna degli Angeli, e quelli, che saranno deputati a sonar le Campane, debbano sonarle, e non cessare, finchè non siano entrati in detta Chiesa tutti i Regolari, che intervengono alla Processione, sotto pena d'esser gastigati da Noi severamente ad arbitrio.

XI. Item ordiniamo, che se per occasione della detta Processione, fuora delle cose predette dichiarate da Noi, nascesse qualche dubbio, o differenza, si debba ricorrere o dal Giudice, che sarà deputato da Noi a S. Francesco, o dal nostro Auditore, che sarà a cavallo per la strada, o da Noi medesimo, e in difetto delli Giudici debbano i Deputati a guidare la Processione secondo la forma del Capitolo primo convenire insieme a pigliarvi spedienti concordemente, dichiarando ora per allora, che la risoluzione, che si piglierà da i detti Padri, o qualsivoglia determinazione nostra, o delli nostri Giudici non pregiudichi alle ragioni di alcuna delle parti, nè nel petitorio, nè nel possessorio.

Tutti i Padri procurino quanto potranno di andare con ogni modestia, rappresentando la santità, che professano con l'Abito, che portano, e astenendosi quanto più possono di ragionare tra loro, e con altri, fuori che per le cose necessarie, & allora lo facciano sedatamente, e con carità. E se vi sarà alcuno, che ardisca turbare l'ordine, o disobbedire, o far resistenza, o contendere di parole, che Dio ci guardi, o dire ingiuria, o offendere alcuno di fatti, comandiamo, e ordiniamo, che sia subito preso, e condotto in prigione, per dover esser poi gastigato severissimamente, e senza dimissione secondo il delitto, e molto più aspramente quei, che saranno i primi a trasgredire, e per occasione di scandalo, che daranno agli altri. Ogn'uno attenda dunque ad eseguire quest'azione col maggior fervore di spirito, che potrà, e si ricordi di far commemorazione di Noi nelle sue preghiere. Dato in Assisi nel Palazzo della nostra residenza il dì primo d'Agosto 1597.

A. Centurionus Gub. & Com.

Loco ✠ Sigilli

Patius de Patiis Secret.

DECRETUM.

IN Causa Asisien. inter Patres Minores Observantes ex una, & Patres Minores Conventuales ex altera parte, Congregatio particularis a SS. D. N. deputata, & habita sub die 26. Julii proxime præteriti, auditis rationibus hinc inde deductis super Processione, aliisque functionibus fieri solitis occasione solemnis festivitatis, & Plenariæ Indulgentiæ, ut vulgo dicitur della Porziuncola, *instantibus primis pro aliqua provisione ad effectum evitandi prætensa scandala, & petentibus aliis, ut nihil innovaretur, rescriptum fuit prout infra videlicet* -- servetur solitum, & scribatur Gubernatori Perusiæ juxta mentem, & ad Eminentiss. Protectores pariter juxta mentem.

Eadem die Sanctissimus supradictam resolutionem approbavit.

A. Bancherius Sacræ Consultæ, ejusdemque Sacræ Congregat. deputatæ Secretarius.

In quorum fidem &c. Datum Romæ tertia Augusti 1720.

A. Bancherius Sac. Consultæ, ejusdemque Congregationis deputatæ Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

REGEN-

RECENTIS EDITORIS

MONITUM.

CUM anno 1744. Benedictus XIV. Pontifex Maximus celebrem illam de Canonicorum Lateranensium capacitate ad Beneficia secularia consequenda controversiam, quam Clemens XI. an. 1713. Sacræ Congregationi Concilii discutiendam, ac dirimendam commiserat, ad se ab eadem Congregatione tandem avocasset, antequam eam Apostolica auctoritate definiret, minime dedignatus fuit inter gravissimas Pastoralis officii curas privatis studiis penitus introspicere: quapropter eruditissimam elaboravit Dissertationem, in qua mira ingenii felicitate conquisitis undique Historicis monumentis, Canonici Juris principiis, ac validissimis argumentis aperte ostendit, Canonicos Regulares Lateranenses, & Sanctissimi Salvatoris ad secularia Beneficia obtinenda ineptos esse sine Apostolicæ Sedis auctoritate. Hanc autem Dissertationem nonnullis S. R. E. Cardinalibus, Romanæ Curiæ Præsulibus, ac Theologis Regularibus legendam misit, ut singuli sententiam suam hac de re scripto proferrent, significans, se in illa privati tantum Doctoris personam gerere, & cuique integrum esse aliter opinari, si ita jus, & ratio suaderent. Ex duodecim, qui in consilium adhibiti sunt, doctissimis viris omnes, præter unum, in Sanctissimi Pontificis sententiam descenderunt; quare *septimo idus Julii* an. 1745. Constitutionem edidit, qua Apostolica auctoritate decrevit, Canonicos Regulares quos diximus, absque Apostolico Indulto, cujuscumque Beneficii Ecclesiastici secularis, sive cum adnexo Animarum curæ, & residentiæ onere, sive etiam Beneficii simplicis, & sine cura, ac personalem residentiam non requirentis, & cujuscumque Pensionis Ecclesiasticæ vere incapaces esse, & censeri debere, eisdemque nec jus commune, nec Tridentinæ Synodi Decreta, nec Professionem ab ipsis emitti solitam, aut eorum peculiare Institutum, neque demum ullam contrariam consuetudinem, usum, possessionem, seu quasi, aliumque omnino titulum, pro hujusmodi prætensa capacitate ullatenus suffragari; quodque Canonici præfati provisi Apostolica auctoritate de Beneficiis simplicibus, aut Pensionibus Ecclesiasticis intra claustra manere debeant sub legitima suorum Regularium Præsidum potestate, sub pœnis contra Apostatas præscriptis. Dissertatio hujusmodi Italico sermone conscripta, ab Joanne Baptista Rigantio, annuente Sanctissimo ejus auctore, primum typis excusa fuit, atque inserta Tomo III. suorum Commentariorum in Regulas Cancellariæ. Nos illam ad eorum, qui Italicam linguam ignorant, utilitatem latinitate donavimus, atque hic latine simul ac italice exhibemus una cum ea integra quam supra diximus Constitutione; utraque enim digna profecto est, quæ inter Miscellanea hæc Opuscula locum habeat.

DISSERTATIO

SS. D. N.

BENEDICTI XIV.

Ad diſcutiendam, dirimendamque veterem Controverſiam:

Utrum Canonici Regulares Lateranenſes, & SS. Salvatoris obtinere poſſint Parochias, Canonicatus, & Secularia Beneficia cum ſola licentia ſui Superioris Regularis, & abſque Apoſtolica Diſpenſatione.

MOTIVI PROPOSTI

Dalla Santità di Noſtro Signore

BENEDETTO PAPA XIV.

Per riſolvere, e terminare l' antica Controverſia:

Se i Canonici Regolari Lateranenſi, e del SS. Salvatore poſſano ottenere Parrocchie, Canonicati, e Beneſizj Secolari, colla ſola licenza del loro Superiore Regolare, e ſenza la Diſpenſa Apoſtolica.

Ex Comment. Jo: Baptiſtæ Rigansii in Regulas Cancellariæ Tom. III. in Reg. XLIII. n. 244.

ELEBRIS eſt controverſia, an Canonici Regulares Lateranenſes ad ſeculares Parochias aſciſci valeant, poteſtate tantum ſibi facta ab Abbate ſuo Generali, abſque Romani Pontificis indulgentia. Gregorius XIII. die 8. Julii an. 1581. Decretum edidit, quo ſtatuit, eos minime idoneos eſſe ad curam Animarum, vel in titulum, vel *ad tempus* cum ſola facultate ſui Abbatis Generalis, ſed præterea requiri Apoſtolicam Diſpenſationem: & Fagnanus in *Cap. Quod Dei timorem, num. 16. de ſtatu Monachorum* id ſe legiſſe, atque adnotatum reperiſſe in Libris Congregationis Concilii teſtatur.

II. Anno 1671. cum iterum hæc eadem controverſia inſtaurata eſſet, Congregatio Epiſcoporum, & Regularium, poſteaquam rem penitus expendit, & rationum momenta cognovit a Procuratore Generali Ordinis allata, probante etiam Summo Pontifice Clemente X. generale Decretum evulgavit, quo Canonicos Lateranenſes ad Animarum Curam ineptos pronunciavit, ſi ſolum a Generali Abbate licentiam obtinuerint, decrevitque, neceſſariam inſuper eſſe Apoſtolicam permiſſionem; hoc autem Decretum excuſum extat apud Monacellum in *Formul. legali practico Tom. 1. in Appendice pag. 314. & 315.* & apud Clericatum *in ſua Diſcordia undecima de Regularibus ſub num. 14.*

III. Tempore Pontificatus Innocentii XI. occaſione examinis cujuſdam cauſæ, de qua actum fuit in Concilii Congregatione, nempe in *Placentina Præſentationis*, quæ deciſa fuit die 14. Novembris an. 1693. & in qua Canonico cuidam Lateranenſi facultas facta eſt obtinendi Parochiam ſecularem, adjectum fuit, ut Decreta colligerentur, atque ut, auditis Canonicorum Regularium Procuratoribus Generalibus, certa quædam de hac re conſtitueretur lex univerſalis; hoc autem Decretum deinceps idem Pontifex confirmavit, qui præterea mandavit, ut Confirmatorium Breve conficeretur, quemadmodum videre eſt *Lib. 43. Decretorum pag. 549. a tergo.*

IV. Nihil deinde vi hujus Decreti effectum fuit: ſed an. 1713. Procurator Generalis Canonicorum Lateranenſium ſupplicem Clementi XI. libellum dedit, quo expoſuit ſe omnia parata habere, quibus controverſia decidi poſſet, oravitque ut ejus cognitio ad Concilii Congregationem demandaretur, quæ tamen illius examen ſuſciperet *in mero puncto Juris communis, Concilii Tridentini, Profeſſionis, & Inſtituti dictorum Canonicorum, independenter, & præciſive ab omnibus Reſolutionibus, et Decretis Sacrarum Congregationum, Judicatis quorumcumque Tribunalium, Reſcriptis, et*

Ora-

ELEBRE è la controverſia, ſe i Canonici Regolari Lateranenſi poſſano eſſere aſſunti alle Parrocchie Secolari colla ſola licenza del loro Padre Abbate Generale, ma ſe inoltre richiedaſi l' Indulto del Papa. *Gregorio XIII. nel giorno 8. di Luglio* 1581. fece un Decreto, in cui li qualificò incapaci della Cura delle Anime, o in titolo, o *ad tempus*, colla ſola licenza del loro Padre Abbate Generale, dichiarando, eſſer di più neceſſario l' Indulto Apoſtolico: e Monſignor Fagnano nel *Cap. Quod Dei timorem, al num. 16. de Statu Monachorum* atteſta d'aver ciò letto, e veduto notato ne' Libri della Congregazione del Concilio.

II. Nel 1671. eſſendo ſtata rimeſſa in piedi queſta ſteſſa controverſia, la Congregazione de' Veſcovi, e Regolari, dopo aver ben eſaminata la materia, ed aver inteſe le ragioni dedotte dal Padre Procurator Generale dell' Ordine, e coll' approvazione del Sommo Pontefice *Clemente X.* publicò un generale Decreto, in cui dichiarò i Canonici Lateranenſi incapaci della Cura dell' Anime colla ſola licenza del Padre Generale, qualificando l' Indulto Pontificio come neceſſario pel detto effetto; ed il Decreto è ſtampato appreſſo il Monacello *nel ſuo Formolario legale pratico al Tomo 1. nell' Appendice pagina* 314. e 315. ed appreſſo il Clericato nella ſua Diſcordia undecima *de Regularibus ſotto il num.* 14.

III. Nel tempo del Pontificato d' *Innocenzo XII.* nell' occaſione dell' eſame d' una certa Cauſa trattata nella Congregazione del Concilio, intitolata *Placentina Præſentationis*, riſoluta *nel giorno 14. di Novembre 1693.* nella quale fu accordato l' Indulto ad un Canonico Regolare Lateranenſe per ottenere una Parrocchia Secolare, fu aggiunto, che ſi uniſſero i Decreti, e che, ſentiti i Procuratori Generali de' Canonici Regolari, ſi faceſſe una ſicura Legge univerſale ſopra queſta materia: e queſta riſoluzione fu confermata dal detto Pontefice, che inoltre ordinò, che ſi ſpediſſe il Breve confermatorio, come può vederſi *nel lib. 43. de' Decreti pag.* 549. *a tergo.*

IV. Nulla fu fatto in ſequela di queſto Decreto: ma *nell' anno* 1713. diede il Padre Procurator Generale de' Canonici Lateranenſi un Memoriale a *Clemente XI.* in cui eſpoſe d' aver tutto all' ordine per far decidere la controverſia, pregando, che ne foſſe rimeſſa la cognizione alla Congregazione del Concilio, che però doveſſe aſſumerne l' eſame *in mero puncto Juris communis, Concilii Tridentini, Profeſſionis, & Inſtituti dictorum Canonicorum, independenter, & præciſive ab omnibus Reſolutionibus, & Decretis Sacrarum Congregationum, Judicatis quorumcumque Tribunalium, Reſcriptis, et*

Ora-

Oraculis Summorum Pontificum tam favorabilibus, quam contrariis Ordini Canonicorum Regularium a temporibus Gregorii XIII. usque in præsens emanatis: Pontifex autem sic rescripsit: *Juxta petita*.

V. Hujusmodi supplex libellus, ac Rescriptum extant in Opere P. Cæsaris Benvenuti, qui modo Generalis Lateranensium Abbas existit, inscripto: *De capacitate Canonicorum Regularium ad Beneficia Ecclesiastica secularia*, quod typis Romanis excusum fuit anno 1732. *pag.* 109. *& seqq.* Id etiam testatur Cardinalis Petra Tom. 5. *ad Constitutiones Apostolicas pag.* 523. & Nos ipsi retulimus in nostro Folio, dum in minoribus constituti Secretarii Congregationis Concilii munere fungeremur in Causa *Bononiensi Indulti*, quemadmodum videri potest *Tom.* 2. *Thesauri Resolutionum S. Congregationis Concilii pag.* 370.

VI. Dum eidem Congregationi a Secretis eramus, non destitimus Causæ propositionem urgere: verum Canonici Regulares Lateranenses semper abnuerunt, hanc causam afferentes, nempe sibi compertum esse, Cardinalem Fabronum Protectorem suum petitionibus suis adversari, licet ipse locum haud haberet in Congregatione Concilii. Præterea P. Procurator Generalis prolixum scriptum *pro veritate*, quod justum potius volumen appellari potest, elucubrandum curavit a bon. mem. Advocato, postea Præsule *Pirono*; sed Cardinalis Tolomeus, cui illud considerandum, expendendumque traditum fuit, proposito fini consequendo ineptum, & sexcentis apocryphis rebus refertum, uti revera est, existimavit: quod quidem in causa fortasse fuit, cur P. Abbas Benvenutus Opus quod supra diximus conscriberet.

VII. Hæc omnia recensere necessarium duximus, antequam ad rem propius inspiciendam aggrediamur, quæ opus est, ut tandem aliquando conficiatur, atque ad exitum perducatur. Sic innuit Gonzalez in *Cap. Quod Dei timorem*, *in fine*, *de statu Monachorum*, cujus hæc sunt verba: *Optarem, ejusmodi declarationem peti a Romano Pontifice*; atque ita postulant præsentis temporis circumstantiæ; nam Episcopi quidam, qui Clementis X. Decretum posteriori Clementis XI. Rescripto saltem suspensum arbitrantur, Canonicos Regulares ad Parochias seculares recipiunt, accedente solum Abbatis eorum Generalis facultate, absque Apostolica Dispensatione: ad quod faciendum, non defuit qui Nos etiam inducere, sed frustra, conatus est, dum Bononiensem Ecclesiam moderaremur.

VIII. Hujusmodi controversia, juxta Clementis XI. Rescriptum, a Sacra Congregatione Concilii definienda esset. Sed quoniam ad Nos illam avocavimus, hanc nostram Dissertationem legendam iis omnibus transmittimus, quos ad mentem nostram illuminandam in consilium adhibere volumus, optamusque ut sententiam suam scripto patefaciant, quod fieri minime potuisset, si Causa in Congregatione Concilii agitaretur, peculiari ejusdem more servato. Quamvis autem hac in re a Clementis XI. Rescripto recedimus, ipsi tamen in eo penitus adhæremus, quod uniuscujusque propositæ quæstionis examen quidem aggredimur, sed ab iis omnibus abstinemus, quas Sanctissimus ille Pontifex prætermittendas pronuntiavit. Sermo quoque dumtaxat haberi deberet de Canonicis Regularibus Lateranensibus, & de Parochialibus Ecclesiis: sed Nos Canonicis Lateranensibus Canonicos etiam addemus Sanctissimi Salvatoris, qui easdem rationes se habere contendunt: Parochialibus autem Ecclesiis Præbendas etiam Canonicales cum in Cathedralibus, tum in Collegiatis, Beneficia simplicia, & Pensiones adjungemus; ex his enim omnibus

Oraculis Summorum Pontificum tam favorabilibus, quam contrariis Ordini Canonicorum Regularium a temporibus Gregorii XIII. usque in præsens emanatis: ed il Rescritto del Papa fu il seguente – *Juxta petita*.

V. Il Memoriale, ed il Rescritto si ritrovano nell'Opera del presente Padre Generale de' Lateranensi Cesare Benvenuti, intitolata – *De Capacitate Canonicorum Regularium ad Beneficia Ecclesiastica Secularia* –, stampata in Roma *l' anno* 1732. *alla pag.* 109. *e seguenti*. Ciò pure vien contestato dal Cardinal *Petra nel Tom.* 5. *sopra le Constituzioni Apostoliche alla pag.* 523. e Noi medesimi abbiamo ciò referito nel nostro Foglio, quando eravamo Segretario della Congregazione del Concilio, in una certa Causa *Bononien. Indulti*, come può vedersi nel *tom.* 2. del Tesoro delle Risoluzioni della Sagra Congregazione *alla pag.* 370.

VI. Nel tempo ch'eravamo Segretario, non abbiamo mancato di sollecitare la proposizione della Causa: ma i Canonici Regolari Lateranensi ne stettero sempre lontani, adducendo il motivo, che sapevano esser contrario alle loro instanze il Cardinal Fabroni loro Protettore, benchè esso non fosse della Congregazione del Concilio. In oltre il Padre Procurator Generale fece fare una lunga Scrittura *pro veritate*, che può dirsi un giusto Volume, dalla buona memoria dell' Avvocato, poi Monsignor *Pitoni*, che sottoposta agli occhi del fu Cardinal *Tolomei*, fu creduta insufficiente all' intento, e ripiena, come in fatto è, di mille cose apocrife: il che forse avrà dato motivo al detto Padre Abbate *Benvenuti* di comporre l'Opera sopra detta.

VII. Che è quanto si è creduto necessario di esporre prima di entrare nel merito dell' affare, che è troppo necessario, che una volta sia per sempre terminato, e risoluto. Così accennò il *Gonzalez nel Cap. Quod Dei timorem*, *in fine*, *de Statu Monachor.*; ed ecco le di lui parole: *Optarem*, *ejusmodi declarationem peti a Romano Pontifice*: e così esigono le presenti circostanze, imperocchè alcuni Vescovi, che credono per lo meno sospeso il Decreto di *Clemente* X. pel posteriore Rescritto di *Clemente XI.* ammettono i Canonici Regolari alle Parrocchie Secolari colla sola annuenza del loro Padre Abbate Generale, senza l'Indulto Apostolico, al che pure si tentò d' indurre Noi medesimi, quando eravamo in Bologna, benchè indarno.

VIII. Dovrebbe la presente controversia esser risoluta dalla Sagra Congregazione del Concilio, giusta il Rescritto di *Clemente XI.* Ma dopo averla avocata a Noi, mandiamo in giro questo nostro Ragionamento a tutti quelli, che vogliamo consultare per esser illuminati, desiderando d'avere il loro sentimento in carta, il che non si sarebbe potuto avere, se la Causa fosse stata dibattuta nella Congregazione del Concilio, procedendo colle regole ordinarie della medesima. Ma se in ciò recediamo dal Rescritto di *Clemente XI.* stiamo però attaccati allo stesso, accingendoci all' esame di ciaschedun punto promosso, senza ingolfarci negli altri punti, che quel degnissimo Pontefice disse doversi porre da parte. Dovrebbesi pure unicamente discorrere de' Canonici Regolari Lateranensi, e delle Chiese Parrocchiali: ma Noi ai Canonici Lateranensi aggiungeremo ancora i Canonici del Santissimo Salvatore, che pretendono aver le stesse ragioni de' primi; ed alle Chiese Parrocchiali aggiungeremo le Prebende Canonicali o nelle Cattedrali, o nelle Collegiate, i Benefizj semplici, e le Pensioni, prendendo da tutte queste cose i detti

occaſionem artipiunt iidem Canonici Regulares clauſtris exeundi cum ſola Capituli ſni Generalis facultate.

§. I.

In qua eupenditur quid ſtatuat Jus commune.

IX. UT Clementis XI. Reſcripti ordinem ſequamut, operæ pretium eſt a Jure communi initium ducere, nempe a *Cap. Quod Dei timorem, de ſtatu Monaehorum*; Nobis autem videtur ipſum minime ſufficere ad probandum, Canonicos Regulares ad Beneficia curata idoneos eſſe cum ſola ſuorum Regularium Prælatorum licentia, & abſque Apoſtolica indulgentia; ſed aliquid amplius ad id probandum requiri.

X. Hiſtoria illius Decretalis eſt hujuſmodi. Sexdecim erant Canonicorum Regularium Monaſteria, quæ in Urbe & Diœceſi Bononienſi verſabantur, inter quæ Monaſterium S. Victoris non procul ab Urbe maxime celebrabatur, in eo enim præſtantiſſimi Juriſconſulti *Guido Baiſius* Archidiaconus, *Joannes Andreæ*, *Bartolus* e Saxoferrato, aliique plures commorati ſunt, ut videre eſt in *Maſini Libro pag.* 316.

XI. Monaſterii hujus Templum a *Joanne* Bononienſi Epiſcopo dedicatum fuit an. 1178. ut teſtatur Sigonius in ſuo Opere *de Epiſcopis Bononienſibus*. Narrat Pennottus Canonicorum Regularium Lateranenſium Hiſtoricus, hoc S. Victoris Monaſterium a Martino V. conjunctum fuiſſe Monaſterio S. Joannis in Monte, quod in Urbe eſt, quodque nnnc pertinet ad Canonicos Regulares Lateranenſes. Sed id nullo nititur fundamento, cum Nos viderimus, & penes Nos ipſos habeamus quamdam Clementis IV. Conſtitutionem, qua duo illa Monaſteria jam invicem copulata ponuntur.

XII. Illud autem tuto affirmari poteſt, quod cum Monaſterium S. Victoris relictum eſſet ab iis Canonicis Regularibus, qui degebant in Monaſterio S. Joannis in Monte, Martinus V. an. 1415. conceſſit Canonicis Regularibus Frigimaræ, qui ſunt Canonici Lateranenſes, ut infra videbimus, utrumque Monaſterium S. Victoris, & S. Joannis in Monte jam conjunctum: & Beatus *Nicolaus Albergatus* Cardinalis eos in illotum duorum Monaſteriorum poſſeſſione poſt duos annos collocavit, Martinus autem V. anno 1418. ambo in apoſtolicam tutelam recepit, ut videre eſt apud Pennottum *lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 1.

XIII. Eo tempore, quo Canonicorum Regularium diſciplina in S. Victoris Monaſterio florebat, Sacerdos quidam *Ubaldus* nomine Parochns erat S. Gavini, quæ Eccleſia eſt ſita in Muciallia, vulgo *Mugello*, Tuſciæ provincia, quæ abeſt Florentia qoindecim millia paſſuum boream verſus; quamvis non poſſimus peculiaritet, ac expreſſe definire, utra ſit duarum Parochialium Eccleſiarum, quæ ſub ejuſdem Sancti nomine etiamnum extant in Mnciallia, quarum altera S. Gavini *Adimari*, altera S. Gavini *a Cornocchio* nuncupatur, quemadmodum conſtat ex Florentinæ Diœceſeos deſcriptione, quæ in Metropolitanæ illius tabulario ſervatur. Optavit ille eorum Inſtitutum amplexari: quare parochia ſe abdicavit in manibus ſui Ordinarii, ſcilicet Epiſcopi Florentini, qui tum temporis erat quidam Petrus appellatus, ut colligitur ex Ughellio *in Italia Sacra*, ad quem Petrum binas Dectetales litteras ſcripſit Innocentius II. unam in *Cap. Per tuas*, alteram in *Cap. Inter dilectus de Donationibus*, ut bene animadvertit Gonzalez in Notis ad *Cap. Quod Dei timorem lit. C. de ſtatu Monachorum*:

Canonici Regolari occaſione d' uſcire dal Chioſtro colla ſnla licenza del loro Capitolo Generale.

§. I.

In cui ſi eſamina il punto del Jus comune.

IX. CAMMINANDO coll'ordine del Reſcritto di *Clemente XI.* dee prenderſi principio dal Jus comune, che è lo ſteſſo che dire dal *Cap. Quod Dei timorem, de Statu Monachorum*, ed a Noi ſembra non eſſer eſſo baſtante per provare, che i Canonici Regolari ſiano capaci de' Benefizj Curari colla ſola licenza de' loro Superiori Regolari, e ſenza l' Indulto Apoſtolico, ma richiederſi qualche coſa di più per la prova del detto aſſunto.

X. La Storia della Decretale è la ſeguente. Sedici erano i Monaſterj de' Canonici Regolari, che erano nella Città, e Dioceſi di Bologna, fra i quali il più celebre era il Monaſtero di S. Vittore vicino alla Città, ed in eſso abitarono i celebri Giuriſconſulti *Guidone Baiſio* Archidiacono, *Giovanni d' Andrea*, *Bartolo* da Saſſoferrato, e molti altri, come può vederſi nel Libro del *Maſini* alla pag. 316.

XI. Fu la Chieſa di queſto Monaſtero conſagrata da *Giovanni* Veſcovo di Bologna *l' anno* 1178. come atteſta il *Sigonio* nella ſua Opera *de Epiſcopis Bononienſibus*. Il *Pennotto* Iſtorico de' Canonici Regolari Lateranenſi riferiſce, che queſto Monaſtero di S. Vittore fu unito da *Martino V.* al Monaſtero di S. Giovanni in Monte, che è in Città, e che ora appartiene ai Canonici Regolari Lateranenſi. Ma ciò non ſoſſiſte, avendo Noi veduta, e ritenendo appreſſo di Noi una Bolla di *Clemente IV.* in cui i detti due Monaſterj ſi ſuppongono già nniti.

XII. Quello, che può dirſi di ſicuro, ſi è, che eſſendo ſtato abbandonato da quei Canonici Regolari, che abitavano nel Monaſtero di S. Giovanni in Monte, il Monaſtero di S. Vittore, *Martino V.* nel 1415. conceſſe ai Cannnici Regolari di Frigimara, che ſono Canonici Lateranenſi, come più abbaſſo vedraſſi, l'uno e l'altro Monaſtero di S. Vittore, e di S. Giovanni in Monte già uniti: ed il *Beato Niccolò* Cardinale *Albergati*, Veſcovo di Bologna, fu quello, che due anni dopo li poſe in poſſeſſo dei detti due Monaſterj; e *Martino V. nell' anno* 1418. ricevette tutti due i Monaſterj ſotto l' Apoſtolica Protezione, come può vederſi nel *Pennotto al lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 1.

XIII. Nel tempo che fiotiva la diſciplina de' Canonici Regolari nel Monaſtero di S. Vittore, un certo Sacerdote *Ubaldo* era Parroco di S. Gavino, Chieſa ſituata nel Mugello, Provincia della Toſcana, lontana da Firenze quindici miglia verſo Settentrione, ſenza però poter individuare quale ſia delle due Chieſe Parrocchiali, che ſotto il nome del detto Santo ancnr oggi ſi ritrovano nel Mugello, una delle quali chiamaſi di S. Gavino Adimari, e l'altra di S. Gavino a Cornocchio, come appariſce dalla deſcrizione della Dioceſi Fiorentina, che ſi conſerva nell' Archivio di quella Metropolitana. Deſiderò eſſo d' abbracciare il loro inſtituto; perciochè rinunziò la Parrocchia nelle mani del ſuo Ordinario, cioè del Veſcovo di Firenze, che in quel tempo era un certo Pietro, come ſi raccoglie dall' *Ughelli* nella ſua *Italia Sagra*, al qual Pietro *Innocenzo III.* ſcriſſe pure due altre Decretali, una nel *Cap. Per tuas*, l'altra nel *Cap. Inter dilectos, de Donationibus*, come ben rifletre il *Gonzalez* nelle Note al *Cap. Quod Dei timorem, let. C. de Statu Monachorum*: ed il detto Sacerdote

rum: ipse autem Sacerdos *Ubaldus* quamvis coram Canonicis S. Victoris pollicitus fuerit se eorum Institutum amplexurum, solemnem tamen Professionem non emisit, nec Religionis habitum assumpsit.

XIV. Hujusmodi abdicationem ægre tulit *Albertus* Comes, vir opibus, & potentia valde florens, ut videri potest apud *Joannem Villani lib. 2. cap.* 124. quique Comitatum Mangonæ in Mucialia possidebat, quemadmodum testantur *Borghinus de Origine Florentiæ cap.* 135. & Gamurrinus *de duarum genealogiarum origine pag.* 138. Ea quoque non parum displicuit populis illius curæ subjectis, propterea quod spirituali eorum indigentiæ optime consulere consueverat: quare primum ad eum, quem supra diximus, Florentiæ Episcopum confugerunt, ne Parochus a Parochia discederet, & voti compotes facti sunt. Deinde Cardinalem *Pandulphum* titulo SS. duodecim Apostolorum adiverunt, qui una cum Cardinali *Bernardo* tit. S. Petri *ad vincula* a *Cælestino III. an.* 1197. Legatus Apostolicus in Tusciam missus fuerat: Legatus autem utilitatem animadvertens, quam populus ex *Ubaldi* Parochi administratione percipiebat, libenti animo eorum votis obtemperavit.

XV. Non satis habuerunt *Albertus* Comes, ceterique populi hæc ab Episcopo, & Legato obtinuisse, sed præterea ad *Innocentium III.* Pontificem Maximum confugerunt ab eo postulantes ut quæcumque ab Episcopo & Legato acta fuerant, confirmaret; ut autem quod petebant magis, magisque roborarent, quamdam facti circumstantiam exponebant, nempe Priorem S. Victoris *Ubaldo* Parocho tribuisse facultatem ea omnia peragendi, quæ hactenus fecerat, cum post promissionem in Parochiæ regimine perstitisset. Pontifex igitur memor eorum, quæ in Concilio Lateranensi habito sub *Alexandro III.* sancita fuerant, & referuntur in *Cap. Monachi*, *de statu Monachorum*, idest, ne Monachi per pagos, & castella vagarentur, neve ad ullius Parochiæ regimen assumerentur, sed vel in Cœnobiis suis, vel saltem in aliorum Monachorum societate vitam ducerent, cum minime par esset, ut soli inter sæculares homines morarentur, respondit, Concilium Lateranense de Monachis verba facere, non autem de Canonicis Regularibus, qui licet in pluribus Monachorum similes existant, benigniorem tamen Regulam profitentur.

XVI. Adjecit, quod juxta veteres Canones Monachis fas erat secularium Animarum curam suscipere, quoniam ad eorum Institutum pertinebat conciones ad populum habere, spectans *Canonem in Parochia*, cum sequentibus, *16. quæst.* 1. Tandem rem totam ita conclusit, ut Parocho facultatem concederet in Animarum administratione persistendi, eam tamen conditionem appofuit, ut, si quando commode fieri posset, Canonicum Regularem ad majorem sui cautelam penes se socium retineret in iis, quæ ad Deum, & regularem observantiam pertinerent.

XVII. Hujusmodi est Decretalis *Quod Dei timorem* in Corpore Canonico sub titulo *de Statu Monachorum*. Nos ea, qua par est, diligentia agere volentes inspiciendum curavimus, an illa reperiretur inter Innocentii III. Regesta, quæ in Archivo secreto Vaticano, atque in Bibliotheca Varicana adhuc servantur. Sed forte fortuna Decretalis ad unum ex iis annis spectat, qui in iisdem Regestis desiderantur; integra tamen a Gonzalez in suo Corpore Canonico exhibetur. Edita quoque fuit a Baluzio *Tom.* 1. *Epistolarum Innocentii III. pag.* 596. quam excerpsit ex prima Decretalium ejusdem Pontificis collectione a *Raynerio* Diacono, & Pomposæ Monacho concinnata. Reperitur etiam in anti-

te *Ubaldo* fece bensì la promessa avanti i Canonici di S. Vittore di voler abbracciare il loro Instituto, ma non fece la solenne Professione, nè assunse l'Abito della Religione.

XIV. Dispiacque tal rinunzia al Conte *Alberto* Signore molto possente, come può vedersi appresso *Giovanni Villani al libro* 2. *cap.* 124. e che possedeva la Contea di Mangone, o Mangona nel Mugello, conforme attestano il *Borghino dell'Origine di Firenze cap.* 135. ed il *Gamorini dell' Origine delle due Genealogie pag.* 138. Dispiacque pure a' Parrocchiani pel motivo, ch'erano molto ben assistiti dal detto loro Curato nelle loro spirituali indigenze; e però fecero prima ricorso al sopraddetto Vescovo di Firenze, acciò il Parroco restasse nella Parrocchia, e l'ottennero. Dipoi ricorsero al Cardinale *Pandolfo* del Titolo dei SS. dodici Apostoli, che unitamente col Cardinale *Bernardo* del Titolo di S. Pietro *ad vincula* era stato mandato da *Celestino III.* nel 1197. Legato Apostolico nella Toscana; ed il Legato, considerando l' utilità, che riceveva il Popolo dal governo del Parroco *Ubaldo*, ben volontieri aderì alle loro premure.

XV. Non contenti il Conte *Alberto*, ed i Parrocchiani di quanto avevano ottenuto dal Vescovo, e dal Legato, fecero nuovo ricorso al Pontefice *Innocenzo III.* pregandolo a confermare il fatto dal Vescovo, e dal Legato; esponendo per validare il loro assunto una circonstanza di fatto, che il Priore di S. Vittore aveva data al Parroco *Ubaldo* la licenza di far quanto insino allora avea fatto, essendo restato dopo la promessa al governo della Parrocchia. Ed il Pontefice memore di quanto era stato stabilito dal Concilio Lateranense tenuto sotto *Alessandro III.* che vien riferito nel *Cap. Monachi*, *de Statu Monachorum*, che non dovessero i Monaci andar vagando per le Ville, e Castella, nè che si assumessero al governo d'ogni Parrocchia, ma che o dovessero abitare ne' loro Conventi, o almeno in compagnia d'altri Monaci, non essendo del dovere, che abitassero soli fra Secolari, rispose, che il Concilio Lateranense parlava de' Monaci, e non de' Canonici Regolari, i quali benchè in' molte cose siano simili ai Monaci, professano però una Regola più larga.

XVI. Aggiunse, che secondo gli antichi *Canoni* potevano i Monaci aver la Cura delle Anime de' Secolari, giacchè il loro Instituto era anche di predicare; alludendo al *Canone In Parochia*, coi seguenti, *16. quæst.* 1. E finalmente conchiuse, concedendo al Pievano di proseguire nella Cura delle Anime, ritenendo appresso di se un Canonico Regolare, quando ciò comodamente avesse potuto fare per sua miglior cautela, e per avere un compagno nelle cose, che sono di Dio, e della Regolare osservanza.

XVII. Ecco il tenore della Decretale *Quod Dei timorem* nel Corpo Canonico sotto il titolo *de Statu Monachorum*. Volendo camminare colla dovuta esattezza, abbiamo fatto riconoscere, se si ritrovasse ne' Registri d' *Innocenzo III.* che ancor oggi si conservano nell'Archivio segreto Vaticano, e nella Biblioteca Vaticana. Ma per disgrazia cade la Decretale in uno di quegli anni, che mancano ne' suddetti Registri, è però riferita *per extensum* dal *Gonzalez* nel suo Corpo Canonico. Fu stampata pure dal *Baluzio nel tom.* 1. *delle Lettere d' Innocenzo III. alla pag.* 596. che la ricavò dalla prima Collezione delle Decretali del detto Pontefice fatta da *Riniero* Diacono, e Monaco della Pomposa.

antiqua Decretalium Collectione *Antonii Augustini*, & pro certo affirmare possumus, nullum, quod ad rei substantiam pertineat, discrimen intercedere inter editam a Gonzalez, & alteram quæ a Baluzio, atque ab Antonio Augustino typis excusa est. Illud etiam omni asseveratione confirmare possumus, nihil, quod alicujus momenti sit, desiderari in ea, quæ in Corpore Canonico inserta fuit.

XVIII. *Pitonus* in suo Opere MS. *cap.* 11. posteaquam summa fide ac diligentia retulit quidquid dicitur a Repetentibus super laudato textu Canonico, & postquam fassus est, illos magnopere implicatos fuisse eorum numero, qui eidem negotio se immiscuerunt, eum se in id interposuerint, uti supra vidimus, Episcopus Florentinus, Prior S. Victoris, Legatus Apostolicus, & Romanus Pontifex, profitetur nolle se laudatorum Canonistarum observationibus acquiescere: *Ego autem prorsus recedendum puto ab his ambagibus Canonistarum in eo textu cavillantium*: atque ait

XIX. Primo, Parochianos ad Florentinum Episcopum confugisse, propterea quod, cum Parochus se parœcia abdicasset, non amplius poterat in ejus administratione persistere, nisi Episcopi consensus accessisset, ut animadvertit etiam *Ostiensis* in *Cap. Quod Dei timorem num.* 3. *in fin. de statu Monachorum*, cujus hæc sunt verba: *Aliter non poterat ibi ministrare, nisi de licentia Episcopi, cum jam renuntiasset Parochiæ, quantum in se fuit.*

XX. Secundo, Prioris S. Victoris facultatem accessisse, quoniam jam Parochus tamquam Canonicus Regularis reputabatur; nullus autem Canonicus Regularis sine Prælati sui licentia poterat parœciam administrare.

XXI. Tertio, recursum ad Legatum Apostolicum intercessisse, ut Parochus a voti obligatione eximeretur, quo promiserat se Canonicorum Regularium Ordini nomen daturum; exploratum enim est, quod, si quis voverit se in religiosum aliquem cœtum ingressurum, voti fidem solvere debet, & regularem Professionem emittere, antequam ad Animarum regimen asciscì valeat, juxta textum in *Cap. Porrectum, de Regularibus*, & in *Cap. Per tuas, de Voto, & Voti redemtione.*

XXII. Quarto, rogatum fuisse Romanum Pontificem, ut auctoritatem suam interponeret, quia, cum Legatus voti relaxationem tribuisset, in cujus potestate nequaquam posita erat (ad unum enim Pontificem Maximum pertinet a canonum vinculo immunem reddere) necesse erat, ut quidquid actum fuerat, ab eodem Pontifice confirmaretur.

L. Neque vero hic legali effato locus efse poteft, quod *Exceptio firmat regulam in cafibus non exceptis*; compertum enim eft, effatum illud fuo robore tum carere, cum præter cafum exceptum, qui argumenro materiam fubminiftrat, alii adfint in aliis Juris partibus excepti, ut manifefto colligitur ex Capite *Inter alia, de Immunitate Ecclefiarum*, in quo, cum ab Afyli beneficio excludantur publici latrones, nocturni agrorum populatores, atque ii, qui homines in viis publicis aggrediuntur, id fatis non eft ad ftatuendum, aliorum criminum reos in ceteris omnibus cafibus immunitate gaudere; quoniam in aliis Juris partibus alii, præter enumeratos, fcelefti homines localis immunitatis beneficio privantur, quemadmodum recte animadvertit *Abbas* in idem Caput *Inter alia num.* 15. *de Immunitate Ecclefiarum*, cui accedit etiam *Bartolus in leg. Servi ff. de Ufucapionibus*, ubi docet, *quod fi unum Jus ponit regulam, & excipit aliquem cafum cum dictione taxativa, nihilo minus excipiuntur alii cafus, qui in alia parte Juris repeseriuntur excepti*: & ne a propofito nobis argumento difcedamus, ficuti ex eo quod legitur in Clementina prima *de Regularibus, & tranfeuntibus ad Religionem*, Mendicantes, qui quamvis licite ad non Mendicantes tranfitum faciunt, incapaces efse ad regimen Animarum: *Quodque animarum curam, & regimen, nec pro fe poffint, nec pro aliis exercere*: non recte infertur, Mendicantes non translatos generatim ad animarum regimen afcifci pofse; ita ne ex eo quidem, quod Tri-

L. Nè in quefto ftato di cofe può aver luogo l'affioma legale, che, *Exceptio firmat regulam in cafibus non exceptis*, fapendofi, che il detto affioma non ha il fuo vigore, quando oltre il cafo eccettuato, che fomminiftra materia all'argomento, fe ne ritrovano altri eccettuati in altre parti del jus, come evidentemente fi deduce dal Capitolo *Inter alia, de Immunitate Ecclefiarum*, in cui efcludendofi dal benefizio dell'afilo i publici ladri, i notturni faccheggiarori de'campi, e quelli che aſſaltano gli uomioi nelle publiche ftrade, ciò non bafta per ftabilire, che i malfattori in tutti gli altri cafi debbano godere l'immunità, pel motivo, che in altre parti del jus altri malfattori fono efclufi dal benefizio dell'immunità locale, il che molto bene vien avvertito dall'Abbate *fopra lo fteffo Capitolo Inter alia, num.* 15. *de Immunitate Ecclefiarum*, ed anche dal Bartolo *nella leg. Servi ff. de Ufucapionibus*, ove infegna, *quod fi unum Jus ponit regulam, & excipit aliquem cafum cum dictione taxativa, nihilo minus excipiuntur alii cafus, qui in alia parte Juris reperiuntur excepti*: e ftando anche ne'termini della prefente materia, ficcome, leggendofi nella Clementina prima *de Regularibus, & tranfeuntibus ad Religionem*, che i Mendicanti, che paſſano benchè lecitamente ai non Mendicanti, fono incapaci della Cura dell'anime: *Quodque animarum curam, & regimen, nec pro fe poffint, nec pro aliis exercere*: non vale l'illazione, che i Mendicanti non translati fono univerfalmente capaci della Cura dell'ani-

Tridentina Synodus fancivit, nempe ut Canonici Regulares translati incapaces fint ad curam animarum, argumentari licet, fine Apoftolica auctoritate capaces effe, qui minime translati funt, utrifque enim, licet non translatis, Lex Canonica, ut infra videbimus, adverfatur.

LI. Hanc de facro Tridentino Concilio quæftionem duorum Pontificum geftis claudamus. Nemo eft qui nefciat, Gregorium XIII. dum adhuc in minoribus effet, Tridentino Concilio interfuiffe. Quamvis Ipfe tunc temporis non adeffet, cum Caput undecimum *Seff.* 14. *de Reform.* confectum fuit, proptereaquod, uti legitur in ejus Annalibus, quos nuper typis excudendos curavimus, Romam rediit, quando Concilium Tridento Bononiam translatum fuit, deinde vero pluribus in Urbe, & foris muneribus occupatus, non amplius Roma Tridentum reverfus eft, ad fummi tamen Pontificatus apicem evectus, cum in Jure Canonico apprime doctus, & exercitatus effet, pluribus fuis Conftitutionibus Concilium explicavit, atque interpretatus eft, ejufque decretorum obfervationem curavit, quemadmodum ex iifdem Conftitutionibus colligitur.

LII. Hic igitur magnus Pontifex is plane fuit, qui ea, quæ fupra diximus, de Canonicis Regularibus conftituit. Ita teftatur Fagnanus in *Cap. Quod Dei timorem num. 6. de ftatu Monachorum: Poftea vero generaliter fuit quæfitum, an Canonici Regulares de licentia fui Generalis poffint affumere Curam animarum tam ad tempus, quam perpetuo. Die* 8. *Julii* 1581. *Sanctiffimus Dominus Nofter Gregorius XIII. noluit licere iftis Regularibus, etiam de licentia fui Generalis, abfque permiffu Summi Pontificis, affumere Curam, etiam ad tempus, multoque minus Beneficium Curatum in titulum. Ita reperi adnotatum in Libris publicis Sac. Congregationis cap.* 18. *Seff.* 24. *pag.* 999. *Et fubinde, cum Canonici Regulares Lateranenfes peterent, ut fibi liceret cum licentia fui Generalis obtinere Beneficia Curata in titulum, vel ad tempus, & res a Congregatione delata effet ad Sanctiffimum, Sanctitas fua abnuit.*

LIII. Infuper Summus Pontifex Innocentius X. qui *in minoribus* conftitutus Auditoris Rotæ munus obiit, atque in Juris fcientia egregie verfatus fuit, in fua Conftitutione, qua parva Regularium Cœnobia fuppreffit, cum in fuppreffione Grancias etiam atque alterius Monafterii membra comprehendiffet, etfi in illis Animarum cura exerceretur, ut hujufmodi decretum omni ex parte impleretur, juffit, ut aliquot encyclicæ Litteræ ad Epifcopos mitterentur, quibus illis præcipiebat, ne paterentur, animarum curam in iifdem Granciis exerceri a Regularibus ad nominationem Superiorum Regularium, five perpetui, feu amovibiles Vicarii forent, *& in hac difpofitione Granciarum, & Parochialium, Sanctitas fua declaravit comprehendi etiam Canonicos Regulares Lateranenfes, quos noluit extra clauftra degere pro cura animarum exercenda*: quemadmodum refert idem Fagnanus in *Cap. Relatum num.* 68. *ne Clerici, vel Monachi &c.* cui fides omnino habenda eft, ipfius enim manibus tractatum, confectumque fuit negotium fuppreffionis parvorum Conventuum Regularium. Ex duabus hifce Gregorii, atque Innocentii fanctionibus inferri poffe videtur, ipfos faltem exiftimaffe, quod Tridentinum Concilium in laudato Capite XI. *Seffionis* 14. minime definivit, vel declaravit, Canonicos Regulares non translatos, accedente dumtaxat Generalis fui Præfidis affenfu, ad Secularia Beneficia etiam cum animarum cura conjuncta idoneos effe.

LIV.

anime; così nemmeno, ftabiliendo il Concilio di Trento, che i Canonici Regolari translati fono incapaci della Cura dell' anime, può argomentarfi, che i non translati ne fiano capaci fenza l'Indulto Apoftolico: oftando agli uni, ed agli altri, come abbafso vedraffi, la difpofizione Canonica, ancorchè non fiano translati.

LI. Terminiamo quefto punto del Sagro Concilio di Trento col fatto di due Pontefici. Non v' è chi non fappia, che *Gregorio XIII.* quando era *in minoribus*, fu al Concilio di Trento: e benchè non foffe prefente quando fu fatto il Capitolo undecimo *della Seff.* 14. *de Reform.* avvengachè, come fi legge ne' di lui Annali fatti ultimamente ftampar da Noi, effo ritornò a Roma, allora che il Concilio dalla Città di Trento paſsò a quella di Bologna, e venuto a Roma, non ritornò più in Trento, effendo ftato impiegato in varie cariche di Roma, e fuor di Roma, afcefo però al Pontificato, ed effendo uomo ben pratico del Jus Canonico, fpiegò, ed interpretò in varie fue Bolle il Concilio, e ne volle l'offervanza, come dalle dette Bolle fi deduce.

LII. Ora quefto gran Pontefice fu quello, che decretò circa i Canonici Regolari, come abbiamo detto di fopra: ed ecco quanto ne atteſta il Fagnano *nel Cap. Quod Dei timorem al num.* 16. *de Statu Monachorum: Poftea vero generaliter fuit quæfitum, an Canonici Regulares de licentia fui Generalis poffint affumere Curam animarum tam ad tempus, quam perpetuo. Die* 8. *Julii* 1581. *Sanctiffimus Dominus Nofter Gregorius XIII. noluit licere iftis Regularibus, etiam de licentia fui Generalis, abfque permiffu Summi Pontificis, affumere Curam, etiam ad tempus, multoque minus Beneficium Curatum in titulum. Ita reperi adnotatum in Libris publicis Sac. Congregationis cap.* 18. *Seff.* 24. *pag.* 999. *Et fubinde, cum Canonici Regulares Lateranenfes peterent, ut fibi liceret cum licentia fui Generalis obtinere Beneficia Curata in titulum, vel ad tempus, & res a Congregatione delata effet ad Sanctiffimum, Sanctitas Sua abnuit.*

LIII. In oltre il Pontefice *Innocenzo X.* che fu *in minoribus* Uditore di Ruota, e buon Legifta, nella fua Bolla *Inftaurandæ*, nella quale foppreffe i piccioli Conventi de' Regolari, avendo nella foppreffione comprefe ancora le Grancie, ed i membri d' altro Monaftero, benchè in effi vi foffe la Cura dell' anime, acciò quefta fua determinazione aveffe il fuo compito effetto, fece fpedire alcune Lettere Circolari ai Vefcovi, ingiungendo loro il non permettere, che la Cura dell' anime foffe nelle dette Grancie efercitata dai Regolari a nomina de' Superiori Regolari, o foffero poi Vicarj perpetui, o Vicarj amovibili, *& in hac difpofitione Granciarum, & Parochialium, Sanctitas Sua declaravit comprehendi etiam Canonicos Regulares Lateranenfes, quos noluit extra Clauftra degere pro Cura animarum exercenda*: come riferifce il citato Fagnano *nel Cap. Relatum num.* 68. *ne Clerici, vel Monachi &c.* a cui dee preftarfi un' intiera fede, effendo effo ftato quello, per le cui mani fu trattato, e conchiufo l'affare della foppreffione de' piccioli Conventi de' Regolari, e da quefte due difpofizioni di *Gregorio*, e d' *Innocenzo* fembra poterfi inferire, effer effi ftati per lo meno di fentimento, che il Concilio di Trento non aveffe ftabilito, o dichiarato nel citato Capitolo uodecimo *della Seff.* 14. che i Canonici Regolari non translati fiano colla fola licenza del loro Generale capaci de' Benefizj Secolari, ed anche Curati.

LIV.

LIV. Neque vero putamus, conjecturam hanc, sive argumentum *a posteriori*, ut vocant, ullo modo adversari Clementis XI. rescripto, quo, ut supra vidimus, edixit, ut in hujus controversiæ examine omnia Maximorum Pontificum oracula, omniaque Congregationum responsa a Gregorio XIII. usque ad hoc tempus prætermitterentur: id enim tunc vetitum esse intelligendum est, cum quis illis uti vellet ad propositam controversiam dirimendam; non vero si eorum usus, ut modo a Nobis fit, ad illorum opinionem & sententiam exquirendam solummodo referatur, qui ita dacreverunt, effatum enim est a Legisperitis comprobatum, quod vel ex actu irrito mens agentis cognosci potest.

§. III.

De Professione.

LV. TRIDENTINI Concilii discussionem subsequitur examen Professionis, quæ emittitur a Canonicis Regularibus Lateranensibus, ut eo ordine procedamus, quem nobis proposuimus, quique in hujus argumenti examine a Clemente XI. præscriptus fuit.

LVI. In ejusdem Professionis formula post promissionem obedientiæ, castitatis, & vivendi *in communi sine proprio*, hæc quæ sequuntur a Profitente verba proferuntur: *Et quod numquam acceptabo aliquod Beneficium Ecclesiasticum cum Cura, vel sine Cura, extra, vel intra dictum Ordinem, sine consensu, & voluntate Congregationis nostræ, vel Capituli nostri, renunciando omnibus juribus, privilegiis, & consuetudinibus ex nunc, & in futurum mihi in contrarium competentibus, & quomodolibet competituris*, ut videre est eorum Constitutionum *cap. 46.* & *Tom. 2.* Historiæ Ordinum Monasticorum, Religiosorum, & Militarium, quæ Parisiis edita est anno 1721. *pag.* 42. Pontifice autem Innocentio XII. cum Canonici Regulares Congregationis S. Patritii in Hiberniæ Regno veniam obtinuissent, ut ad Lateranensem Congregationem aggregati, atque ipsius Constitutionibus uti valerent, Professionis formula cum prædictis verbis, eisdem commonicata fuit, quemadmodum legitur in eorumdem Canonicorum Lateranensium Bullario *pag.* 401. *& seqq.* atque in Opere, quod sæpe laudavimus, P. Abbatis *Benvenuti*, *pag.* 61. *art.* 8. §. *unic.*

LVII. Neque in Bullario Ordinis, neque in P. Benveouti Opere Professionis ejus monumenta afferuntur vetustiora Sæculo decimoquinto. Tres ibi afferuntur Professionis formulæ; prima eruta ex Archivo Monasterii S. Leonardi prope Veronam anni 1407. altera ex Archivo Monasterii S. Mariæ Charitatis Venetiarum *an.* 1414. tertia ex Archivo Monasterii S. Matiæ Pacis Romani *an.* 1451. Parisiis anno 1697. typis excusæ sunt Disquisitiones quædam *de Canonicorum Ordine*, quæ licet Auctoris nomen non præferant, eruditi tamen viri probe norunt, eas a *Claudio* quodam *du Moulinet* fuisse conscriptas. Hoc opus multa eruditione repletum est, atque in omnibus Canonicorum Regularium partes tuetur: *pag.* 545. *& seqq.* plures Professionis formulas in medium affert, quæ a multis Canonicis Regularibus emittitur, neque in ulla, quod ad Beneficia pertinet, id legitur, quod in Canonicorum Lateranensium formula habetur. Patres Præmonstratenses certe sunt Canonici Regulares S. Augustini: cujus rei veritatem si quis velit certius cognoscere, penitusque exploratam habere, legere potest Censuram in laudatam Canonicorum Historiam Patris *Chapponel*, quæ fine Auctoris

LIV. Nè crediamo, che questa congettura, o sia argomento *a posteriori*, sia in verun modo contrario al rescritto di Clemente XI. in cui, come abbiamo veduto, volle, che nell' esame di questa controversia si mettessero da parte tutti gli oracoli de' Sommi Pontefici, e tutti i rescritti delle Congregazioni da *Gregorio XIII.* in giù: imperocchè ciò deve intendersi proibito, quando d' essi si volesse far uso per decidere la vigente controversia, ma non quando l' uso di essi fosse, come presentemente lo è, ristretto ad indagare l' opinione, ed il sentimento de' Decretanti, essendo assioma assicurato dai Legisti, che anche da un atto nullo si può ricavar l' intenzione di chi l' ha fatto.

§. III.

Della Professione.

LV. AL Concilio di Trento succede l' esame della Professione, che si fa dai Canonici Regolari Lateranensi; camminando, come ci siamo prefissi di camminare, coll' ordine prescritto da *Clemente XI.* nell' esame della presente materia.

LVI. Nella forma della Professione predetta, dopo la promessa dell' Obedienza, della Castità, e di vivere *in communi sine proprio*, si dicono dal Profitente le seguenti parole: *Et quod nunquam acceptabo aliquod Beneficium Ecclesiasticum cum Cura, vel sine Cura, extra, vel intra dictum Ordinem, sine consensu, & voluntate Congregationis nostræ, vel Capituli nostri, renunciando omnibus juribus, privilegiis, & consuetudinibus ex nunc, & in futurum mihi in contrarium competentibus, & quomodolibet competituris*: come si vede *nel cap.* 36. delle loro Constituzioni, e *nel tom.* 2. della Storia degli Ordini Monastici, Religiosi, e Militari, stampata in Parigi *l' anno* 1721. *alla pag.* 42. E nel Pontificato d' *Innocenzo. XII.* avendo i Canonici Regolari della Congregazione di S. Patrizio nel Regno d' Ibernia, ottenuta la grazia d' esser aggregati alla Congregazione Lateranense, e di potersi servire delle Constituzioni d' essa, fu loro comunicata la formola della Professione colle suddette parole, giusta ciò, che si legge nel Bollario dei predetti Canonici Lateranensi *alla pag.* 401. *e seguenti*, e nell' Opera più volte citata del Padre Abbate *Benvenuti alla pag.* 61. *art.* 8. §. *unic.*

LVII. Tanto nel Bollario della Religione, quanto nell' Opera del Padre *Benvenuti*, non si portano monumenti della predetta Professione più antichi di quelli del Secolo decimo quinto, portandosi una formòla di Professione estratta dall' Archivio del Monastero di S. Leonardo vicino a Verona *del* 1407. un' altra estratta dall' Archivio del Monastero di Santa Maria della Carità di Venezia *dell' anno* 1414. ed un' altra dell' Archivio del Monastero di Santa Maria della Pace di Roma *del* 1451. Furono stampate alcune Disquisizioni *de Canonicorum Ordine* in Parigi *l' anno* 1697. e benchè non vi sia il nome dell' Autore, sanno però gli Eruditi, che l' Autore fu un certo *Claudio du Moulinet*. L' Opera è molto erudita, ed in tutto favorevole ai Canonici Regolari; *ed alla pag.* 545. *e seguenti* sono portate varie formole della Professione, che si fa da varj Canonici Regolari, nè in veruna d' esse si legge in ordine ai Benefizj ciò, che si legge in quella de' Canonici Lateranensi. I Padri Premonstratensi sono veri Canonici Regolari di S. Agostino; e chi volesse appagarsi di questa verità, potrebbe leggere la Critica fatta su l' Istoria de' Canonici già allegata del Padre *Chapponel*, stampata

ctoris nomine Luxemburgi *anno* 1700. edita est, sed ab Eruditis viris *Carolo Aloysio Ugo* Religioso Præmonstratensi tribuitur, ad cujus calcem extat ejusdem Auctoris Dissertatio de *Canonicitate Ordinis Præmonstratensis*, ad illud refellendum elucubrata, quod idem P. *Chapponel* asserere non dubitaverat, videlicet, propterea Præmonstratenses inter Canonicos Regulares adnumerari, quod *anno* 1145. a quibusdam Canonicis Regularibus Trecensis Diœcesis ad suum Ordinem aggregati sunt; in qua Apologia ostendit, Præmonstratenses jam ab instituto Ordine vere Canonicos Regulares extitisse: atque hi quoque aliis Canonicis Regularibus addendi sunt, in quorum Professione de Beneficiis, ut inferius videbimus, omnino reticetur.

LVIII. Alia quoque ex causa animadversione digna est ea, quam nuper attulimus, Formula, qua Professionem faciunt Canonici Lateranenses; in ea enim non solum exprimitur Ordinis licentia ad Beneficia accipienda vel intra, vel extra ipsam, sive cum Cura, vel sine Cura; sed quoddam etiam indicatur genus juris, privilegii, seu consuetudinis, quo fieret, ut nisi eo se expresse abdicarent, Beneficia, quamvis extra Ordinem, accipere possent sine ejusdem Ordinis permissu, quod idem est ac dicere, quod possent e claustris ad seeularem vitam redire, etiamsi Regularium Præsidum assensus non accederet. Contra vero, ut alia plura prætermittamus, Sacra Tridentina Synodus, *Sess. 25. cap. 19. de Regularibus*, in hunc modum decrevit: *Nemo etiam Regularis cujuscumque facultatis vigore transferatur ad laxiorem Religionem*: quod quamvis nonnulli interpretentur, intelligantque, tunc locum habere, cum ad laxiorem Religionem transitur sine legitima causa; id tamen perdocte refellitur a Cardinali *Petra in suis Commentariis in Constitutionem VIII. Eugenii IV. pag.* 510. *Tom.* 4. ubi ostendit, omnino sublatos esse transitos a strictiori Religione ad laxiorem, cujuscumque facultatis vigore, seu cujuscumque causæ sine Romani Pontificis auctoritate.

LIX. Nos eamdem Professionis Formulam ea, qua par est, reverentia prosequimur; verum ipsa quidem evincit, non posse Canonicum Lateranensem Professum sine Religionis consensu ullum Beneficium accipere vel intra, vel extra Religionem, sive cum Cura, sive absque Cura; qui consensus fortasse per evidentem abusum antea non requirebatur, si fidem adhibeamus Præsuli *Pironio* in suo *Opere cap. 6. num. 34. Fama constans est, quod hi Canonici Lateranenses usque ad seculum decimumquartum passim promoveri consueverint ad quascumque Ecclesias etiam sine licentia eorum Superioris Generalis*: sed certe non evincit, si quando ob aliam Canonicam Sanctionem necessaria præterea esset Apostolicæ Sedis auctoritas, hujusmodi auctoritatem non requiri.

LX. Responsio hæc Nobis aperta esse videtur: at si ad eam magis illustrandam exemplum aliquod afferre oporteret, ipsum certe minime deesset. Si quando Parœcia, ut cuique compertum est, cum Monachorum Monasterio conjuncta est cum quoad profana, tum quoad sacra, tunc potest Regularis Præses Monachum suum Animarum gubernationi præficere, attamen tamquam Vicarium temporarium: si vero Parœcia Monasterio adhæret, ut vulgo dicitur, *accessorie*, & dumtaxat ad res profanas quod attinet, tum debet a Regulari Præside Rector, seu Vicarius perpetuus designari, qui tamen non Regularis, vel Monachus, sed secularis Sacerdos esse debet, quemadmodum videre est in folio Causæ *Constantien.* propositæ, & resolutæ *die* 20. *Novembris* 1734. *Tom. 6. Thesauri Resolutio-*

num

pata senza nome in Lucemburgo *l'anno* 1700. ma che dagli Eruditi si attribuisce a *Carlo Luigi Ugo* Religioso Premonstratense, appiè della quale si ritrova una Dissertazione del medesimo Autore *della Canonicità dell'Ordine Premonstratense*, composta per confutare l'asserzione avanzata dal detto Padre *Chapponnel*, che l'Ordine Premonstratense era Ordine di Canonici Regolari per l'aggregazione ad esso conceduta *l'anno* 1145. da certi Canonici Regolari della Diocesi di Trojes; nella qual Apologia dimostra, essere stati li Premonstratensi veri Canonici Regolari fino dal principio della loro fondazione: e questi pure si debbono aggiungere agli altri Canonici Regolari, che nella loro Professione nulla parlano de' Benefizj, come abbasso vedrassi.

LVIII. Degna di riflessione è anche per un'altro capo la forma poc'anzi riferita del professare, che fanno i Canonici Lateranensi, non esprimendosi solo in essa la licenza della Religione per accettare Benefizj o dentro, o fuori d'essa, o con Cura, o senza Cura, ma altresì additandosi una tal quale specie di jus, di privilegio, o consuetudine, che gli toccherebbe, se non ne facessero espressa rinunzia, di poter accettare Benefizj, benchè fuori della Religione, senza di lei licenza, che è lo stesso che dire, di potere dal Chiostro ritornare al secolo, senza che i Superiori Regolari ne fossero intesi, e consentienti, quando, lasciando molte altre cose da parte, il Sagro Concilio di Trento *alla sess. 25. cap. 19. de Regularibus* determinò, come in appresso: *Nemo etiam Regularis cujuscumque facultatis vigore transferatur ad laxiorem Religionem*: il che, benchè da alcuni sia stato inteso, e spiegato, che abbia luogo nel transito ad una Religione più larga senza legitima causa, ciò però vien dottamente confutato dal Cardinal *Petra ne' suoi Commentarj sopra la Constituzione VIII. di Eugenio IV. alla pagina* 510. *tom.* 4. ove dimostra, essere affatto tolti di mezzo i passaggi da una Religione più stretta ad una più larga, in vigore di qualsivoglia facoltà, o di qualsivoglia causa senza l'Indulto del Papa.

LIX. Ma rispettando, come è del dovere, la detta forma della Professione, in ciò, che riguarda il punto presente, essa ben prova, che senza il consenso della Religione non può il Canonico Lateranense Professo accettare verun Beneficio, o dentro, o fuori della Religione, o con Cura, o senza Cura, qual consenso forse con evidente abuso prima non richiedevasi, se prestiamo fede a Monsignor *Pironi nella sua Opera al cap. 6. n. 34. Fama constans est, quod hi Canonici Lateranenses usque ad seculum decimumquartum passim promoveri consueverint ad quascumque Ecclesias etiam sine licentia eorum Superioris Generalis*: ma non prova già, che quando per altra disposizione Canonica, della quale parlerassi in appresso, fosse necessario l'Indulto Apostolico, quest'Indulto resti escluso.

LX. La risposta sembra chiara: ma quando, per renderla, se è possibile, anche più chiara, fosse duopo il portar qualche esempio, esso certamente non mancherebbe. Come ogn'uno ben sa, quando la Parrocchia è unita ad un Monastero di Monaci non meno rispetto al temporale, che allo spirituale, può il Superiore Regolare deputare un suo Monaco per la Cura dell'anime, in qualità però di Vicario temporaneo: ma quando la Parrocchia è unita al Monastero, come si dice, *accessorie*, e solamente quanto al temporale, deesi allora dal Superiore Regolare deputar un Rettore, o sia Vicario perpetuo, nè questo può essere un Regolare, o sia un Monaco, ma deve essere un Sacerdote Secolare, come può vedersi nel foglio della Causa *Constantien.* proposta, e risoluta *ai* 20.

di

num S. Congregationis Concilii, *pag.* 377. *& seqq.* atque in utraque facti specie opus est, ut examen, atque Episcopi approbatio accedant, juxta *Cap.* 11. *Sess.* 25. *de Regularibus* Concilii Tridentini. Quod autem ad eas Parochias spectat, quæ a Monasterio penitus segregatæ sunt, quæque Parochiæ seculares appellantur, eæ non possunt in Regularem, vel Monachum conferri, nisi, ut infra dicemus, Sacerdotes Seculares deficiant: quod si eveniat, tunc non Episcopi solum, sed etiam Romani Pontificis assensus accedat, oportet, juxta sententiam ejusdem Sacræ Congregationis apud Fagnanum in *Cap. Quod Dei timorem num.* 17. *de statu Monachorum*. Quare, si Monachus juraret, vel promitteret, se Parœciam Secularem minime accepturum sine Episcopi facultate, quæritur, an hujusmodi promissione, seu jurejurando fiat, ut eam sine Apostolicæ Sedis auctoritate accipere queat? Vix ac ne vix quidem ullus reperietur, qui affirmet, non alia de causa, nisi quia ad illam accipiendam, præter Episcopi consensum, Romani quoque Pontificis auctoritas, ex alia juris Canonici Sanctione, requiritur. Si quis Regularis ex suo laxiori Ordine ad strictiorem transire velit, facultatem petere debet ab ejus Ordinis Præfecto, a quo migrare cupit, atque juxta Textum in *Cap. Licet*, *de Regularibus*, satis est eam postulasse, etiamsi minime obtinuisset. Ut quis autem a strictiori Ordine ad laxiorem migrare valeat, non sufficit eam tantummodo petiisse, sed opus est, ut reipsa consecutus fuerit: quod adeo certum est, ut si quando Pontifex eam illico & directo concedit, consensui deroget Prælati *a quo*. Si quis igitur Religiosus jurejurando spopondisset, se ad nullum Ordinem laxiorem transiturum sine Prælati Regularis assensu, possetne sine Romani Pontificis auctoritate transire? Profecto vix ullus affirmabit, propterea quod, præter licentiam Regolaris Præsidis *a quo*, in transitu a strictiori Ordine ad laxiorem, nunc temporis Pontificis etiam assensus necessarius est, quemadmodum videri potest apud Cardinalem *Petra citato loco*. Quamobrem, cum ob aliam Canonicam Sanctionem Apostolica auctoritas requiratur, ut Canonicus Regularis Beneficia, quibus cura imminet animarum, extra suum Ordinem obtinere valeat, Professionis forma de iis non accipiendis sine Regularium Præsidom licentia, numquam evincet, posse eidem hujusmodi Beneficia conferri, sola obtenta a prædictis Regularibus Præfectis facultate, & sine Apostolica dispensatione. Si quis vero, ut se ab hujus Professionis tricis se expediret, hoc pacto eam interpretaretur, nempe spondere Profitentem, se non accepturum Beneficium ullum Regulare cum, vel sine Animarum cura, intra, vel extra Ordinem, sine sui Regularis Præsidis facultate, tota ædificii moles a fundamentis penitus everteretur, neque rem novam, atque inauditam assereret, cum certo constet, ante Sacrum Tridentinum Concilium abusum invaluisse, ut Regulares unius Ordinis ad Regularia Beneficia alterius Ordinis asciscerentur, quod *Sess.* 14. *cap.* 10. *de Reformat.* sublatum fuit, ubi sic legitur: *Regularia Beneficia in titulum Regularibus professis provideri consueta, cum per obitum, aut resignationem, vel alias illa in titulum obtinentis vacare contigerit, Religiosis tantum illius Ordinis, vel iis, qui habitum omnino suscipere, & Professionem emittere teneantur, & non aliis; ne vestem lino, lanaque contextam induant, conferantur.*

di Novembre del 1734. *nel tom.* 6. del Tesoro delle Risoluzioni della Sagra Congregazione del Concilio *alla pag.* 377. *e seguenti*, richiedendosi nell'uno, e nell'altro caso l'esame, e l'approvazione del Vescovo, secondo *il cap.* 11. *della sess.* 25. *de Regularibus* del Sagro Concilio di Trento. Trattandosi poi di Parrocchie separate affatto dal Monastero, e che si dicono Parrocchie Secolari, non possono esse cooferirsi al Regolare, o al Monaco, se non, come abbasso dirassi, manchino Sacerdoti Secolari: ed in questo stato di cose due licenze sono necessarie, una del Vescovo, l'altra del Papa, giusta il sentimento della predetta Sagra Congregazione appresso il Fagnano nel *Cap. Quod Dei timorem num.* 17. *de Statu Monachorum*. Ora, se un Monaco giurasse, o promettesse di non accettare Parrocchia Secolare senza la licenza del Vescovo, domandasi, se con tal promessa, o giuramento s'intendesse poterla esso accettare senza l'Indulto Apostolico? E sarà molto difficile il ritrovare chi risponda di sì, non per altra ragione, se non perchè pel detto effetto, ed in vigore d'altra disposizione, oltre l'autorità del Vescovo, vi vuole anche quella del Papa. Volendo un Regolare passare dal suo Ordine più largo ad un altro Ordine più stretto, dee chieder licenza dal Superiore dell'Ordine, da cui intende di passare, e secondo il Testo nel *Cap. Licet*, *de Regularibus*, gli basta averla domandata, ancorchè non l'avesse ottenuta. Per passare poi da un Ordine più stretto ad uno più largo, non basta l'aver domandata, ma è d'uopo l'aver ottenuta la licenza: il che è tanto vero, che quando il Papa la concede a dirittura, deroga al consenso del Prelato *a quo*. Ora, se un Religioso giurasse, e promettesse di non passare a qualsivoglia Ordine più largo senza il consenso del Superiore Regolare, cercasi, se potesse passare senza l'Indulto del Papa? E sarà difficile il ritrovare chi risponda di sì, per la ragione, che, oltre la licenza del Superiore Regolare *a quo*, nel passaggio da un Ordine più stretto ad uno più largo, oggidì vi vuole l'autorità del Papa, come può vedersi appresso il Cardinal *Petra nel luogo citato*. Per lo che, quando per altra disposizione Canonica richiedasi l'Indulto Apostolico, ad effetto che il Canonico Regolare possa ottenere Benefizj Curati fuori della sua Religione, la forma della Professione di non accettarli senza la licenza de' suoi Superiori Regolari, non potrà mai servire per comprovare, potersi ad esso conferire i detti Benefizj colla sola licenza de' predetti Superiori Regolari, e senza l'Indulto Apostolico. E se per uscire dall'imbarazzo di questa Professione, si dasse ad essa l'intelligenza seguente, cioè promettersi dal profitente di non accettare Benefizio Regolare con Cura d'anime, o senza Cura, dentro, o fuori dell'Ordine, senza la licenza del suo Superiore Regolare, schianterebbe dai fondamenti tutta la machina, nè direbbe una cosa esotica, o stravagante, essendo cosa certa, che prima del Sagro Concilio di Trento era in piedi un abuso, che i Regolari d'un Ordine si assumevano ai Benefizj Regolari d'un altro Ordine, il che fu abolito *nella Sessione* 14. *al cap.* 10. *de Reformatione*, ove così si legge; *Regularia Beneficia in titulum Regularibus professis provideri consueta, cum per obitum, aut resignationem, vel alias illa in titulum obtinentis vacare contigerit, Religiosis tantum illius Ordinis, vel iis, qui habitum omnino suscipere, & Professionem emittere teneantur, & non aliis, ne vestem lino, lanaque contextam induant, conferantur.*

§. IV.

Animadversiones in ea, quæ superioribus paragraphis allata sunt.

LXI. Cum de Capite *Quod Dei timorem*, de Sacro Tridentino Concilio, ac de Professione, quæ a Canonicis Regularibus Lateranensibus emittitur, differeremus, aperte significavimus, in ea Nos esse sententia, non deesse canonicum fundamentum, quo ea roborentur, quæ animadvertimus, atque observavimus in argumenta, quæ ex laudatis fontibus eliciuntur, ad propugnandam Canonicorum Regularium incapacitatem ad secularia Beneficia sine Apostolicæ Sedis auctoritate. Nunc oportune canonicum istud fundamentum exponendum est.

LXII. Canonici, de quibus agitur, S. Augustini Regulam profitentur, cum certum sit, quod Clerici, qui una cum S. Augustino in ejus Episcopio degebant, perfecte vitam communem servabant, & sin minus solemnia Castitatis, Paupertatis, atque Obedientiæ vota nuncupabant, eadem certe, sed simplicia faciebant, uti fusius ustendont *Desnos* in suo tractatu, qui inscribitur: *Canonicus Secularis, & Regularis lib. 3. cap. 24. & cap. 27.* ac P. *Chepponel* in sua Canonicorum Regularium Historia *lib. 1. cap. 3.* Nos minime latet, hanc narrationem genuinam haud reputari a *Mabillonio Tom. 2. Operum Posthum. pag. 106. & seqq.* ubi, quamvis consentiat, Clericos, qui una cum S. Augustino in ejus Episcopio morabantur, vitam commonem servasse, contendit tamen, eos simul etiam Monachos fuisse, cum S. Augustinus, antequam ad Episcopatum eveheretur, Monachus extiterit. Scimus etiam non deesse, qui existiment, Regulam, quam Canonici Regulares profitentur, a S. Augostino elucubratam fuisse pro Religiosis quibusdam Fœminis, quibus præerat ejus Soror, ac postea viris id fuisse accommodatum, quod S. Doctor de fœminis locutus erat, uti videri potest apod Thomassinum *de veteri, & nova Ecclesiæ disciplina part. 1. lib. 3. cap. 11. num. 8. & 9. ac cap. 21. num. 4. & duobus seqq.*

LXIII. Haud Nobis hoc loco propositum est, ejusmodi quæstionum ambagibus implicari, fatemurque proclives Nos esse ad ea omnia, quæ Canonicis Lateranensibus, aliisque omnibus suffragari possunt, atque ad eorum decus pertinere, magni facientes, uti par est, quidquid legitur in Relatione, quæ a Cardinali Joanne Baptista *Cicala* Pio IV. Romano Pontifici exhibita fuit in celebri Causa *Præcedentiæ* inter Canonicos Regulares Lateranenses, & Monachos Cassinenses, quæque edita est in Bullario Lateranensi *pag. 267.* præsertim *pag. 170. §. Monachi*, necnon in eximia illa Responsione, quam Canonici Regulares Provinciæ Burgundiæ elucubrarunt ad ea omnia, quæ scripserat P. Mabillonius, quemadmodum præcipue videri potest *pag. 94. & seqq.*

LXIV. Ad rem nostram quod spectat, satis est si dicamus, Canonicos istos Regulam servare ab Apostolica sede probatam, & propterea reipsa Regulares existere: *A Regula, quam observant Canonici nostri dicuntur Regulares:* verba sunt *Stephani* Tornacensis *Epist. 71.* novæ editionis; & si, ut quis Regularis existat, opus foret, ut solemnia Castitatis, Paupertatis atque Obedientiæ vota adjungerentur (quod tamen acriter refellitur a *Chapponel* in laudata Historia *pag. 271.*) præter *Claudium du Moulinet*, qui in suis Disquisitionibus *de Canonicorum Ordine* contendit, Vota, quæ a S. Augustini Clericis fiebant, fuisse solemnia non secus

§. IV.

Riflessioni sopra quanto è stato dedotto negli antecedenti Paragrafi.

LXI. Quando abbiamo trattato del Capitolo *Quod Dei timorem*, del Sagro Concilio di Trento, e della Professione, che si fa dai Canonici Regolari Lateranensi, abbiamo dato a divedere, creder Noi, che vi sia un fondamento Canonico, che avvalora le riflessioni, e considerazioni già fatte sopra gli argomenti, che dai predetti fonti si ricavano, per sostenere l' incapacità de' Canonici Regolari a' Benefizj Secolari senza l' Indulto Apostolico: Ed ora è tempo d' esporre l'accennato Canonico fondamento.

LXII. Professano i Canonici, de' quali si tratta, la Regola di S. Agostino, essendo certo, che i Chierici, che vivevano con S. Agostino nel suo Episcopio, osservavano una perfetta vita comune; e se non facevano i Voti solenni di Castità, di Povertà, e d' Obedienza, facevano però gli stessi Voti, ma semplici, come diffusamente comprovano il *Desnos* nel suo trattato *Canonicus Secularis, & Regularis al lib. 3. cap. 24. e cap. 27.* ed il *Chapponel nella sua Storia de' Canonici al lib. 1. cap. 3.* Sappiamo ancora Noi non ammettersi questa narrativa come vera dal Padre *Mabillon nel tom. 2. delle sue Opere postume alla pag. 106. e seguenti*, ove sebbene concede, che i Chierici, che vivevano con S. Agostino nel suo Episcopio, osservassero la vita comune, pretende però, che essi fossero anche Monaci, essendo stato Sant'Agostino Monaco prima d'esser Vescovo: e sappiamo ancora, pretendersi da taluno, che la Regola professata da' Canonici Regolari, sia una Regola fatta da S. Agostino per le Religiose, e delle quali una sua Sorella era Superiora, e che ai maschi fosse poscia adattato ciò, che il Santo aveva detto delle donne, come può vedersi appresso il Tummassino *de veteri, & nova Ecclesiæ disciplina alla part. 1. lib. 3. cap. 11. num. 8. e 9. ed al cap. 21. num. 4. e due seguenti.*

LXIII. Noi non intendiamo d' entrare in questo ginepraio, e ci protestiamo proclivi a tutto ciò, che può essere favorevole, e decoroso pe' Canonici Lateranensi, e per tutti gli altri, dovendo fare, e facendo tutto il capitale di quanto si legge nella Relazione fatta dal Cardinale Giovanni Battista *Cicala* al Pontefice *Pio IV.* nella gran Causa della precedenza fra i Canonici Regolari Lateranensi, ed i Monaci Casinensi, stampata nel Bollario Lateranense *alla pag. 267.* particolarmente *alla pag. 170. §. Monachi*, ed anche nella gran Risposta fatta da' Canonici Regolari della Provincia di Borgogna a quanto aveva scritto il Padre *Mabillon*, come particolarmente può vedersi *alla pag. 94. e seguenti.*

LXIV. A Noi pel nostro intento basta il dire, che questi Canonici osservano una Regola approvata dalla Santa Sede, e che però sono veri Regolari: *A Regula, quam observant Canonici nostri dicuntur Regulares:* sono parole di *Stefano* Tornacense *nell' epistol. 71.* della nuova stampa; e quando per essere Regolare fosse d' uopo, che si aggiungessero i Voti solenni di Castità, Povertà, ed Obbedienza, (il che per altro viene fortemente impugnato dal *Chapponnel nella citata Storia alla pag. 271.*) oltre *Claudio du Moulinet*, che nelle sue Disquisizioni *de Canonicorum Ordine* pretende di mantenere, che i Voti, che si facevano dai Chie-

secus ac illa, quæ a Monachis nuncupabantur; tum *Desnosius*, tum *Chapponel* in eo consentiunt, videlicet solemnia Vota a Canonicis Regularibus seculo XI. fieri cœpisse, uti videri potest apud illum *lib.* 3. *cap.* 27. apud hunc vero *lib.* 2. *cap.* 3.

LXV. Perspicuum profecto est, atque apertum monumentum Concilii Romani habiti anno 1139. sub *Innocentio II.* quod quidem monumentum primum obtinet locum inter ea, quæ ad rem nostram faciunt; ita enim in illo legitur: *Regulares Canonici, qui sanctum transgredientes propositum, Uxores sibi copulare præsumpserint, separentur, Matrimoniaque non censemus, quæ contra Ecclesiasticam Regulam fieri constat*: atque ut missam faciamus Professionem, quam emittunt Canonici Regulares, in qua Castitas, Paupertas, ac Obedientia exprefse promittuntur, in singulis formulis Professionis aliorum Canonicorum Regularium, quas refert *Claudius du Moulinet* in cit. Disquisitionibus *pag.* 145. obedientia Præsidi, ejusque successoribus spondetur. Idem etiam præstant Canonici Regulares Præmonstratenses, quemadmodum cernere est in Bibliotheca Ordinis Præmonstratensis Patris *Le Paige pag.* 35.: *Promitto conversionem morum meorum, emendationem vitæ, & stabilitatem in loco, promitto etiam obedientiam perfectam in Christo secundum Evangelium Christi, & Regulam Beati Augustini tibi Patri N. & successoribus tuis*. Certum autem est, atque extra dubitationem positum, Obedientiæ Votum duo etiam reliqua vota in se continere, ut docet *S. Thomas* 2. 2. *quæst.* 186. *art.* 8.: *Votum Obedientiæ continet sub se alia Vota, sed non convertitur. Nam Religiosus etsi teneatur ex Voto continentiam servare, & Paupertatem, tamen hæc etiam sub Obedientia cadunt*: qood sapienter etiam animadvertit eximius Scriptor Canonicus Regularis *Joannes Trullus*, *de Ordine Canonicorum Regularium lib.* 1. *cap.* 18.

LXVI. Posito igitur, Canonicos, de quibus loquimur, revera Regulares existere, sive ex Regula, sive ex votis hujusmodi eorum natura profiscatur (cujus rei, præter ea quæ jam adduximus, illud non leve argumentum est, quod iidem moleste ferunt iniquas Erasmi *in Colloquiis*, & Vives *in Commentariis in libros S. Augustini de Civitate Dei* derisiones, qui Canonem idem esse ac Regulam animadvertentes, uti scribit S. Petrus Damiani in libello, *de communi vita Canonicorum: Plane quo pacto quis valeat dici Canonicus, nisi sit Regularis? Quomodo Monachus, nisi juxta vim sui nominis sit etiam singularis? Volunt siquidem, Canonicum hoc est Regulare nomen habere, sed non Regulariter vivere &c.* Canonici Regularis appellationem ludibrio habent, propugnantes, idem esse Canonicum Regularem dicere, ac bis verbum *Regularis* repetere; Canonici vero Regulares sapienter reponunt, ideo oportuisse hujusmodi denominationem assumere, ut ab iis Canonicis secernerentur, quos modo Seculares vocamus, quique cum vitam communem deseruissent, Prabendarum divisionem fecere, uti etiam observat Suarez *Tom.* 4. *de Religione lib.* 1. *cap.* 9. atque accurate prosequitur *Joannes Trullus* in opere, cui titulus: *Ordo Canonicorum Regularium*, *lib.* 1. *cap.* 7. ubi agitur *de congeminata nomenclatura Canonicorum Regularium*); hoc, inquam, posito, locus fit examini Canonicæ Sanctionis in re Beneficiaria, qua constituitur, ut *Regularia Regularibus*, *Secularia Secularibus conferantur*; adeo ut Regularis ad Beneficium seculare idoneus non sit, nisi facultatem ab Apostolica Sede consecutus fuerit. Sed ut res melius expendatur, necessarium

Opusc. Miscell. vide-

Chierici di S. Agostino, fossero solenni al pari degli altri, che si facevano dai Monaci; tanto il *Desnos*, quanto il *Chapponel* sono d'accordo nell' asserire, che i Voti solenni ne' Canonici Regolari incominciarono nel secolo undecimo, come può vedersi appresso il primo *al lib.* 3. *cap.* 27. ed appresso il secondo *al lib.* 2. *cap.* 3.

LXV. Ed in vero è troppo chiaro il monumento del Concilio Romano tenuto *l'anno* 1139. sotto *Innocenzo II.* e che è il primo de' monumenti, che fanno al caso nostro, leggendosi in esso: *Regulares Canonici, qui sanctum transgredientes propositum, Uxores sibi copulare præsumpserint, separentur, Matrimoniaque non censemus, quæ contra Ecclesiasticam Regulam fieri constat*: e prescindendo dalla Professione, che fanno i Canonici Lateranensi, nella quale espressamente promettono Castità, Povertà, ed Obbedienza, nelle formole delle Professioni degli altri Canonici Regolari riferite da *Claudio du Moulinet nelle citate sue Disquisizioni alla pagina* 145. in ciascheduna d'esse si promette l'Obbedienza al Superiore, ed ai di lui Successori. Lo stesso pure si fa dai Canonici Regolari Premonstratensi, come può vedersi nella Biblioteca dell'Ordine Premonstratense del Padre *le Paige alla pag.* 35.: *Promitto conversionem morum meorum, emendationem vitæ, & stabilitatem in loco, promitto etiam Obedientiam perfectam in Christo secundum Evangelium Christi, & Regulam Beati Augustini tibi Patri N. & Successoribus tuis*: ed è cosa certa, che il Voto dell' Obbedienza contiene sotto di se gli altri due Voti, come insegna *S. Tommaso nella* 2. 2. *quæst.* 186. *artic.* 8.: *Votum Obedientiæ continet sub se alia Vota, sed non convertitur. Nam Religiosus etsi teneatur ex Voto continentiam servare, & Paupertatem, tamen hæc etiam sub Obedientia cadunt*: il che è molto anche saviamente avvertito dal bravo Scrittore Canonico Regolare *Giovanni Trullo de Ordine Canonicorum Regularium al lib.* 1. *cap.* 18.

LXVI. Supposto, che i Canonici, de' quali si tratta, siano veri Regolari, o tal qualità derivi poi dalla Regola, o dai Voti, (del che oltre il già dedotto, si ha una prova di qualche rilievo dal giusto dispiacere, ch' essi hanno delle irragionevoli derisioni di *Erasmo ne' Colloqui*, e del *Vives ne' Commenti sopra i Libri di S. Agostino de Civitate Dei*, che riflettendo esser lo stesso il dire Canone, che Regola, come scrive *S. Pietro Damiani* nel suo Libretto *della comune vita de' Canonici*: *Plane quo pacto quis valeat dici Canonicus, nisi sit Regularis? Quomodo Monachus, nisi juxta vim sui nominis sit etiam singularis? Volunt siquidem, Canonicum hoc est Regulare nomen habere, sed non Regulariter vivere &c.*: si fanno beffe della denominazione di Canonico Regolare, sostenendo esser lo stesso il dire Canonico Regolare, che il ripetere due volte la parola Regolare; e rispondendo saviamente i Canonici Regolari, essere stato d'uopo il prendere la detta denominazione per contradistinguersi da quei Canonici, che oggi Secolari chiamiamo, e che avendo abbandonata la vita comune, fecero la divisione delle Prebende, come anche osserva il *Suarez nel tom.* 4. *de Religione al lib.* 1. *cap.* 9. ed accuratamente prosegue *Giovanni Trullo* nella sua Opera intitolata: *Ordo Canonicorum Regularium*: *al lib.* 1. *cap.* 7. in cui tratta *de congeminata nomenclatura Canonicorum Regularium*, si fa luogo all' esame della disposizione Canonica in materia di Benefizj, che *Regularia Regularibus*, *Secularia Secularibus conferantur*; in tal maniera che non è capace un Regolare d'un Benefizio Secolare, se non ha l'Indulto Apostolico: e per ben esaminare il punto,

G 2 sem-

videtur primum inveſtigare, an eadem Sanctio genuina ſit, deinde an antiqua, denique an non ſolum Monachos, ſed etiam Canouicos ipſos Regulares complectatur.

LXVII. Ut igitur a veritate ejuſdem exordiamur, non eſt cur de ea dubitemus; ſtatuitur enim in Clementina unica *de ſupplenda negligentia Prælatorum*, ut, ſi forte ob Regularium Prælatorum negligentiam Prioratuum, Adminiſtrationum, Beneficiorumque collatio ad Epiſcopos devolvatur, ab his collatio fiat, ſed in hunc modum, ut Regularia Beneficia Regularibus, Secularia vero Secularibus conferantur: *Negligentiam ſuper hoc ſuppleant eorumdem, Prioratus, Eccleſias, Adminiſtrationes, & Beneficia hujuſmodi, illa videlicet, quæ conſueverunt per Seculares Clericos gubernari, Secularibus Clericis, alia vero, quæ Religioſis dumtaxat ſunt committi ſolita, vel conferri, Religioſis Monaſteriorum, quorum Prælati hujuſmodi negligentes fuerint, conferendo.*

LXVIII. Ad antiquitatem vero quod ſpectat, P. Abbas Benvennti *in ſuo Opere art. 9.* hujuſmodi conſtitutionis epocham figit in Concordato inito inter Leonem X. & Franciſcum I. Francorum Regem; ex quo deiude concludit, non debere illam extra eas Regiones protendi, in quibus Concordatum iſtud minime locum habet. At cum laudatæ Clementinæ auctor ſit Clemens V. qui inauguratus fuit Pontifex Maximus *anno* 1305. cumque Leo X. Concordati auctor ad Petri Cathedram evectus fuerit *an.* 1513. nemo non videt, nullius roboris eſſe, & penitus infirmum quidquid a P. Abbate conſcriptum eſt

LXIX. Præſul *Pitonius in ſuo volumine cap.* 14. nullum adeſſe, ait, Canonicum textum, quo præfatum axioma ſtabiliatur, niſi eum, quem nuper attulimus, Clementinæ unicæ *de ſupplenda negligentia Prælatorum*. En ejus verba: *Cum igitur communis aſſertio, quod Secularia Secularibus, Regularia Regularibus ſint conferenda, ex alio fonte ita litteraliter non deſumatur, niſi ex allegato textu Concilii Viennenſis in Clementina unica de ſupplenda negligentia Prælatorum*. At Nos non ei poſſumus aſſentiri: nam Boniſacius VIII. qui Romanus Pontifex creatus eſt *anno* 1284. in ſua Decretali, quæ incipit: *Cum de Beneficiis, de Præbendis, in ſexto*: poſt firmatas regulas, ex quibus Beneficinm aliquod, Seculare vel Regulare cenſendnm ſit, decernit, ut, ſi Secularis Clericus Reſcriptum a Romano Pontifice obtineat, quo debeat Prioratu donari, hujuſmodi Reſcriptum non de Regulari Prioratu, ſed de Seculari intelligendum ſit, niſi forte expreſſe cautum ſit, ut Regulari Prioratu donetur: *Quando vero ſcribitur, ut provideatur de aliquo Prioratu alicui Clerico Seculari, provideri non poteſt de Prioratu, qui per Religioſos juxta modum præmiſſum eſt ſolitus gubernari, niſi hoc in litteris caveatur expreſſe.*

LXX. Quicumque in eccleſiaſtica diſciplina vel mediocriter exercitatus fuerit, ſibi facile perſuadere poterit, ne Bonifacium quidem VIII. dici poſſe, primum illius Sanctionis auctorem extitiſſe, ut *Secularia Secularibus, Regularia Regularibus conferantur*. Ipſe, ut nuper innuimus, regulas conſtituit, quibus Seculare Beneficium a Regulari diſcerni debeat; quod argumento eſt, jam antea Secularia, & Regularia Beneficia extitiſſe; cnm autem deinde jam antea conſtitutas leges in uſum revocare volniſſet, edixit, quemadmodum paulo ante dictum eſt, non quidem in modum condendi novam legem, ſed tamquam antiquioris diſciplinæ veſtigiis inſiſtens, ne Seculari Clerico Prioratus

ſembra neceſſario il veder prima, ſe la predetta diſpoſizione ſia vera; di poi ſe ſia antica; e finalmente ſe la detta diſpoſizione comprenda non ſolo i Monaci, ma anche gli ſteſſi Canonici Regolari.

LXVII. Prendendo dunque principio dalla verità, non occorre dubitarne; eſſendo Legge preſcritta nella Clementina unica *de ſupplenda negligentia Prælatorum*, che devolvendoſi ai Veſcovi la collazione de' Priorati, Amminiſtrazioni, e Benefizj per la negligenza de' Prelati Regolari, ne facciano la collazione, ma però in tal modo, che i Benefizj Regolari ſi diano ai Regolari, ed i Secolari ai Secolari: *Negligentiam ſuper hoc ſuppleant eorumdem, Prioratus, Eccleſias, Adminiſtrationes, & Beneficia hujuſmodi, illa videlicet, quæ conſueverunt per Seculares Clericos gubernari, Secularibus Clericis, alia vero, quæ Religioſis dumtaxat ſunt committi ſolita, vel conferri, Religioſis Monaſteriorum, quorum Prælati hujuſmodi negligentes fuerint, conferendo.*

LXVIII. Paſſando poi all'antichità; il Padre Abbate *Benvenuti nella ſua Opera all' artic. 9.* fiſſa l'epoca della predetta maſſima al Concordato fra *Leone X.* e *Franceſco I.* Re di Francia; dal che poi inferiſce, non doverſi eſtendere ſuori di que' Paeſi, ne' quali ha luogo il Concordato. Ma ſe l' Autore della citata Clementina è *Clemente V.* e queſti fu fatto Papa *nell' anno* 1305. e ſe *Leone X.* Autore del Concordato fo fatto Papa *nel* 1513. ciaſcheduno può facilmente riconoſcere, reſtar ſenza verun fondamento quanto è ſtato ſcritto dal Padre Abbate.

LXIX. Monſignor *Pitoni nel ſuo Volume al Cap.* 14. dice, non eſſervi teſto Canonico, in cui venga chiaramente ſtabilito l'aſſioma, che quello poc' anzi allegato della Clementina unica *de ſupplenda negligentia Prælatorum*. Ecco le di lui parole: *Cum igitur communis aſſertio, quod Secularia Seculeribus, Regularia Regularibus ſint conferenda, ex alio fonte ita litteraliter non deſumatur, niſi ex allegato textu Concilii Viennenſis in Clementina unica de ſupplenda negligentia Prælatorum*. Ma Noi non poſſiamo in ciò concordare con lui: imperocchè *Bonifazio VIII.* che fu ſatto Papa *nell' anno* 1284. nella ſua Decretale, che incomincia: *Cum de Beneficiis, de Præbendis, in ſexto:* dopo avere ſtabilite le regole, per le quali un Benefizio dee riputarſi Secolare, o Regolare, preſcrive, che ſe un Chierico Secolare ottiene un Reſcritto dal Papa di dover eſſer proviſto d' un Priorato, tal reſcritto deve intenderſi non d' un Priorato Regolare, ma d' un Priorato Secolare, quando non ſiaſi eſpreſſamente ordinato, che ſia proviſto d' un Priorato Regolare: *Quando vero ſcribitur, ut provideatur de aliquo Prioratu alicui Clerico Seculari, provideri non poteſt de Prioratu, qui per Religioſos juxta modum præmiſſum eſt ſolitus gubernari, niſi hoc in literis caveatur expreſſe.*

LXX. Ciaſcheduno, che ha un poco di pratica dell' Eccleſiaſtica diſciplina, potrà facilmente reſtar perſuaſo, che nemmeno *Bonifazio VIII.* può dirſi, che foſſe il primo Autore della maſſima, che *Secularia Secularibus*, che *Regularia Regularibus conferantur*. Eſſo fu quello, che, come abbiamo poc' anzi accennato, ſtabilì le regole, colle quali un Benefizio dee qualificarſi per Secolare, o per Regolare; il che ſuppone già l'eſiſtenza de' Benefizj Secolari, e de' Benefizj Regolari: ed avendo poſcia voluto far uſo delle maſſime ſtabilite, diſſe, come poc' anzi abbiamo riferito, non con aria di legge nuova, ma bensì ſul piede d'una più antica diſciplina, che il Chierico Secolare non ſi proveda d' un

ratus Regularis conferatur, quamvis is Prioratum obtinendi Rescriptum a Romano Pontifice consecutus fuerit.

LXXI. Neque vero res aliter se habere potest; nam Innocentius III. qui Romanum Pontificatum adeptus est anno 1198. jam in tribus suis Decretalibus indicaverat, non debere Secularibus Clericis tribui, quod ad Regulares, etiam Canonicos, pertinebat, neque contra ad Regulares Canonicos transferri, quod Secularibus Clericis peculiare erat. Constantinopoli a Latinis expugnata, a Canonicis Regularibus Græcis Monasteria relicta fuerant. Interrogatus a Patriarcha Romanus Pontifex, utrum in illa Seculares Clericos intromittere posset, respondit, id nequaquam fieri posse, nisi forte nulli amplius essent Canonici Regulares Græci, vel Latini, qui in iisdem Monasteriis commorari vellent, quemadmodum videre est in Cap. *Inter quatuor, de religiosis Domibus*; & apud Rochum Pirrhum *in Sicilia Sacra*, ubi loquitur de Ecclesia Montisregalis, *Tom. I. pag.* 462. ipsius Innocentii præscriptum extat ad Carolum Archiepiscopum, quo eum prohibet, *Ecclesias, in quibus consueverunt Monachi ministrare, Clericis, vel Laicis assignare personis*. Eodem quoque Pontifice, quidam Clericus cum gravi morbo laboraret, a Priore, & Canonicis Ecclesiæ Nazarenæ Canonici Regularis habitum petiit, impetravitque, id pollicitus, quod *solet in hujusmodi re promitti*. Posteaquam sanitati restitutus fuit, consilium abjecit faciendi quod promiserat, & secularem Præbendam in Ecclesia Ptolemaidis assumpsit; Pontifex autem consultus quid agendum esset, non rescripsit, ut Præbendam suam retineret, sed ut eam potius dimitteret; gravibus enim verbis eidem imperavit, ut habitum susciperet, atque ad Canonicam suam domum proficisceretur: *Cum, quod tanto tempore extra Canonicam mansit, non in excusationem ejus, sed in majoris transgressionis augmentum, merito valeat allegari*: ut videri potest in Cap. *Sicut nobis, de Regularibus*.

LXXII. Hæc omnia satis ostendunt, jam inde ab iis temporibus constitutum fuisse, ut neque Secularibus Beneficia Regularium, neque Secularium Regularibus tribuerentur. Si quis autem nobis objiceret, non legi nisi in recentioribus Canonici juris peritis, atque in Regulis Cancellariæ, expressum illud axioma, ut *Regularia Regularibus, Secularia Secularibus conferantur*; responderi posset, quemadmodum Benedictinis Monachis respondent Canonici Regulares. Benedictini ut majorem antiquitatem suam tueantur, Canonicis Regularibus objiciunt, eorum nomen ante Seculum Undecimum non reperiri: Canonici Regulares autem reponunt, sin minus nomen, at certe rem ipsam inveniri; etenim jam inde ab exordio Ecclesiæ Clerici extitere, qui Regulam professi sunt. Quod ab iis optime respondetur, etiam ad rem nostram accommodari potest, si dicamus, quod si recentioribus dumtaxat temporibus verba in Auctoribus leguntur, in antecedentibus tamen Canonibus res ipsa firmata, & constituta reperitur.

LXXIII. Ut id, quod nobis proposuimus, omnino perficiamus, nunc reliquum est, ut expendamus, an hujusmodi Sanctio Monachos solummodo spectet, an vero Canonicos etiam Regulares complectatur. P. Abbas *Benvenuti, cit. art. 9. §. 4. num.* 2. eam de solis Monachis intelligendam esse contendit. S. Thomas *Opusc. 19. Tom. 17. suorum Operum cap. 2. pag. 150.* explicans effatum istud: *Canonici Regulares, & Monachi ad paria censentur*, docet intelligendum id esse *in illis, quæ sunt communia omni Religioni, sicut vivere sine proprio, abstinere a negotiationibus, & ab officio advocandi in causis, & hujusmodi*; & *2. 2. quæst.* 184.

un Piorato Regolare, ancorchè abbia ottenuto dal Papa un Rescritto di dover ottenere un Priorato.

LXXI. Nè la cosa può stare diversamente; avvegnachè *Innocenzo III.* che fu fatto Papa nel 1198. aveva già in tre sue Decretali dato indizio, che ciò, ch' era de' Regolari anche Canonici, non doveva darsi ai Chierici Secolari, e che quello, ch' era de' Chierici Secolari, non doveva darsi ai Canonici Regolari. Fu presa la Città di Constantinopoli dai Latini, e restarono abbandonati i Monasterj de' Canonici Regolari Greci. Fu il Papa interrogato dal Patriarca, se poteva introdurvi i Chierici Secolari, ed il Papa rispose, che ciò non poteva fare, se non quando non v'erano più Canonici Regolari Greci, o Latini, che volessero abitare ne' detti Monasterj, come può vedersi nel *Cap. Inter quatuor, de Religiosis Domibus*, ed appresso *Rocco Pirro nella sua Sicilia Sagra*, quando parla della Chiesa di Monreale *nel tom. 1. alla pag.* 462. sta registrato un' ordine dello stesso *Innocenzo* a *Carlo* Arcivescovo, in cui gli proibisce, *Ecclesias, in quibus consueverunt Monachi ministrare, Clericis, vel Laicis assignare personis*. Nel tempo pure dello stesso Pontefice un certo Chierico, quand' era gravemente ammalato, chiese, ed ottenne l' Abito di Canonico Regolare dal Priore, e Canonici della Chiesa di Nazaret, promettendo ciò, che *solet in hujusmodi re promitti*. Risanato, non pensò ad eseguire quanto aveva promesso, ma prese una Prebenda Secolare nella Chiesa di Ptolemaide, o sia Acre, ed il Papa consultato cosa dovea farsi, non disse, che ritenesse la sua Prebenda, ma più tosto che la lasciasse; imperocchè con gravi parole gl' ingiunse il prender l' Abito, ed andare alla sua Canonica: *Cum, quod tanto tempore extra Canonicam mansit, non in excusationem ejus, sed in majoris transgressionis augmentum, merito valeat allegari*: come può vedersi nel *Cap. Sicut nobis, de Regularibus*.

LXXII. Cose tutte, che danno a dividere fissata fino da que' tempi la massima di non dare ai Secolari i Benefizj de' Regolari, nè ai Regolari quelli de' Secolari. Che se poi si dicesse, non leggersi, che ne' Canonisti moderni, e nelle Regole di Cancellaria, l' assioma espresso, che *Regularia Regularibus, Secularia Secularibus conferantur*; si potrebbe rispondere, come molto bene rispondono i Canonici Regolari ai Monaci Benedettini. I Benedettini per sostenere il punto della loro maggiore antichità, oppongono ai Canonici Regolari, che il loro nome non si ritrova prima del Secolo undecimo: ed i Canonici Regolari rispondono, che se ne' Secoli antecedenti non si ritrova il nome, si ritrova la cosa; essendovi sempre stati dal principio della Chiesa Chierici, che hanno professata una Regola. La risposta è buona, ma può anche applicarsi al caso nostro presente, dicendo, che se solo ne' tempi più bassi si leggono negli Autori le parole, si vede però ne' Canoni antecedenti fissata, ed effettuata la massima.

LXXIII. Resta ora, per soddisfare interamente a quanto si è proposto di voler fare, l' esaminare, se la detta massima comprenda i soli Monaci, o pure s' estenda ancora ai Canonici Regolari. Il Padre Abbate *Benvenuti nel cit. art. 9. al §. 4. num.* 2. la ristringe ai soli Monaci. S. Tommaso *nell' Opusc. 19. nel tom. 17. delle sue Opere al cap. 2. pag.* 150. spiegando la proposizione, che *Canonici Regulares, & Monachi ad paria censentur*, insegna doversi intendere *in illis, quæ sunt communia omni Religioni, sicut vivere sine proprio, abstinere a negotiationibus, & ab officio advocandi in causis, & hujusmodi*; *e nella* 2. 2. *quæst.* 184. *art.* 8.

in

184. *art.* 8. *in corpore* cum quæstionem proposuisset, *Utrum Presbyteri Curati, & Archidiaconi sint majoris perfectionis, quam Religiosi*, ait, in Presbyteris, Curatis, & Archidiaconis tria spectari debere, statum, ordinem, & officium; ad statum autem pertinere, ut sint Seculares, ad ordinem, ut sint Sacerdotes, vel Diaconi, ad officium, ut curam habeant animarum; deinde concludit, ad statum quod spectat, si Religiosus Diaconus vel Sacerdos fuerit, & curam habuerit animarum, *sicut plerique Monachi, & Canonici Regulares habent*, superiorem fore, sed in reliquis, idest in ordine, & officio parem: & *quæst.* 189. *art.* 8. agens de Monachis, ac de Canonicis Regularibus hæc tradit: *Utraque Religio, scilicet Monachorum, & Canonicorum Regularium ordinatur ad opera vitæ contemplativæ, inter quæ præcipue sunt ea, quæ aguntur in divinis Mysteriis, ad quæ ordinatur directe Ordo Canonicorum Regularium, quibus per se competit, quod sint Clerici Religiosi; sed ad Religionem Monachorum non per se competit, ut sint Clerici:* ex hac autem doctrina infertur, quod, si hac tempestate Monachi essent laici, possent ad Canonicorum Regularium ordinem transire, sed non contra Canonici Regulares ad ordinem Monachorum: verum cum hodierna die Monachi sint Clerici, *habent id, quod est Canonicorum Regularium cum majori arctitudine, & ideo licitum erit de Ordine Canonicorum Regularium transire ad Ordinem Monachorum, petita tamen Superioris licentia:* cui rei certe non adversantur Canones Gregorii VII. & Urbani II. quos refert Decretum Gratiani *Can. Nullus Abbas, Can. Mandamus, & Can. statuimus 19. quæst.* 3. quibus Canonici Regulares ad Monachos transire prohibentur; nam de illis intelligendi sunt, qui ex quadam animi levitate, non vero de iis qui majoris perfectionis studio ducti transire vellent. Quare *Stephanus Tornacensis epist.* 71. Urbani II. Decretum animadvertens ita scripsit: *Ipsi Canonici Regulares, si hodie ad celsitudinem Cisterciensis Ordinis ascendere vellent, Decretis illis Urbani Papæ non possent forsitan revocari. Certe ego indignus Canonicis Regularibus præsum, & cum a Domino Papa (non multum temporis transiit) privilegium quærerem, ut Canonicos nostros, nobis invitis, nullus retinere auderet, addidit in privilegio, ubi causa districtioris vitæ ad arctiorem Ordinem transierint. Ecce ne longe exempla petantur, videtur, quia Privilegium Urbani restringitur Privilegio Alexandri. Vere si aliquis nostrum ad Cistercienses transire vellet, ante transitum dissuaderem, post transitum non revocarem. Nollem Spiritui Sancto resistere, nollem Spiritum extinguere, nollem libertatem Spiritus impedire.*

LXXIV. S. Thomæ doctrinæ systema quoddam a nonnemine superstruitur, nempe Canonicos Regulares *per se & ex instituto* Clericos existere, Monachos autem solum esse Clericos *per accidens*, & propterea illos *per se & ex instituto* idoneos esse ad Ecclesias Parochiales, atque ad aliam quamcumque ecclesiasticam Dignitatem Secularem, hos vero idoneos non esse, nisi in quibusdam circumstantiis, & si Apostolicæ Sedis auctoritas accedat: non secus ac Militares Ordines *ex instituto* habiles sunt ad bellandum, & pugnandum: quod aliis Ordinibus Monasticis, & Mendicantibus non licet, ne Clericis quidem Secularibus, nisi interdum perraro, & cum aliquid contingit, quod expresse a Sacris Canonibus, atque Apostolicis Constitutionibus commemoratur.

LXXV. Si verum est hujusmodi systema, haud difficile erit tueri, Regulam Canonicam, *ut Regularia Regularibus, Secularia Secularibus conferantur*, Monachos quidem, atque alios Regulares a Pa-

in corpore, avendo proposta la questione, *Utrum Presbyteri Curati, & Archidiaconi sint majoris perfectionis, quam Religiosi*, dice, che ne' Preti, Curati, ed Archidiaconi tre cose si debbono considerare, lo stato, l'ordine, e l'offizio, e che allo stato appartiene, che siano Secolari, all' ordine, che siano Sacerdoti, o Diaconi, all' offizio, che abbiano cura d'Anime; e conchiude, che quanto allo stato, se un Religioso sarà o Diacono, o Sacerdote, ed avrà Cura dell'Anime, *sicut plerique Monachi, & Canonici Regulares habent*, sarà superiore, ma sarà uguale nel rimanente, cioè nell' ordine, e nell' officio: ed alla *quest.* 189. *art.* 8. trattando de' Monaci, e de' Canonici Regolari, insegna, che *utraque Religio, scilicet Monachorum, & Canonicorum Regularium ordinatur ad opera vitæ contemplativæ, inter quæ præcipue sunt ea, quæ aguntur in Divinis Mysteriis, ad quæ ordinatur directe Ordo Canonicorum Regularium, quibus per se competit, quod sint Clerici Religiosi; sed ad Religionem Monachorum non per se competit, ut sint Clerici*: dalla qual dottrina poi deduce, che se oggi i Monaci fossero laici, potrebbero passare all' Ordine de' Canonici Regolari, ma non già i Canonici Regolari all'Ordine de' Monaci; ma essendo oggi i Monaci Chierici, *habent id, quod est Canonicorum Regularium cum majori arctitudine, & ideo licitum erit de Ordine Canonicorum Regularium transire ad Ordinem Monachorum, petita tamen Superioris licentia:* al che certamente non si oppongono i Canoni di *Gregorio VII.* e di *Urbano II.* riferiti nel Decreto di *Graziano al Can. Nullus Abbas, al Can. Mandamus, ed al Can. Statuimus 19. quæst.* 3. ne' quali si proibisce ai Canonici Regolari il passare ai Monaci; dovendosi ciò intendere di quelli, che vogliono passare per leggierezza, ma non di quelli, che volessero passare per zelo di maggior perfezione; per lo che *Stefano Tornacense*, considerando *nell' Epist.* 71. il Decreto di *Urbano II.* così scrisse: *Ipsi Canonici Regulares, si hodie ad celsitudinem Cisterciensis Ordinis ascendere vellent, Decretis illis Urbani Papæ non possent forsitan revocari. Certe ego indignus Canonicis Regularibus præsum, & cum a Domino Papa (non multum temporis transiit) privilegium quærerem, ut Canonicos nostros, nobis invitis, nullus retinere auderet, addidit in privilegio, ubi causa districtioris vitæ ad arctiorem Ordinem transierint. Ecce, ne longe exempla petantur, videtur, quia Privilegium Urbani restringitur Privilegio Alexandri. Vere si aliquis nostrum ad Cistercienses transire vellet, ante transitum dissuaderem, post transitum non revocarem. Nollem Spiritui Sancto resistere, nollem spiritum extinguere, nollem libertatem spiritus impedire.*

LXXIV. Sopra la Dottrina di *S. Tommaso* si fabrica da qualcheduno un sistema, che i Canonici Regolari *per se, & ex Instituto* sono Chierici, ed i Monaci solamente Chierici *per accidens*, e che però i primi sono *per se, & ex instituto* capaci delle Chiese Parrocchiali, e d'ogni altra Dignità Ecclesiastica Secolare, ed i secondi non ne sono capaci, che in alcune circonstanze, e colla dispensa Apostolica: in quella guisa, che le Religioni Militari sono *ex Instituto* abilitate a guerreggiare, ed a combattere; qual cosa non è permessa alle altre Religioni Monacali, Mendicanti, ed anche a' Chierici Secolari, se non in alcuni rarissimi casi, e contingenze espresse ne' Sagri Canoni, e nelle Constituzioni Apostoliche.

LXXV. Se questo sistema è vero, non sarà difficile il sostenere, che la regola Canonica, *quod Regularia Regularibus, Secularia Secularibus conferantur*, escluda dalle Parrocchiali Secolari i Monaci,

a Parochiis ſecularibus excludere, at Canonicos Regulares non item. Sed graves occurrunt in hoc tuendo ſyſtemate difficultates, et ſi contendere velimus, illud S. Thomæ doctrina inniti; non enim ait S. Thomas, Monachos eſſe Clericos *per accidens*. Ponit ille quidem, Monachi notionem neceſſario non complecti Clericatum, & quoſdam eſſe Monachos, qui ſimul Clerici ſint, alios vero haudquaquam Clericos exiſtere; at numquam aſſerit, eos Monachos, qui ſunt Clerici, non eſſe tales niſi *per accidens*: ad quam rem appoſite, atque optime animadvertit P. Mabillonius *in laudato Opere Poſthumo Tom. 2. pag.* 168. quod ſi quis diceret, Animal *per ſe* rationalis notionem non includere, non propterea jure propugnari poſſet, illum dixiſſe, hominem, qui animal eſt ratione præditum, non eſſe rationalem niſi *per accidens*.

LXXVI. Illud tuto affirmari poteſt, nempe quod in Canonicis Regularibus Monachatus *acceſſit Clericatui*, in Monachis autem *Clericatus acceſſit Monachatui*, uti recte animadvertit Joannes Petrus Gibert *Tom. 2. Corporis Juris Canonici, edit. Lugdunenſis an.* 1737. *pag.* 427. Quamvis autem primis temporibus Monachi plerumque non eſſent clerici, ut videre eſt *in Can. 6. 16. quæſt.* 1. ubi S. Hieronymi dictum refertur: *Alia cauſa eſt Monachorum, alia Clericorum. Clerici paſcunt oves, ego paſcor*; attamen etiam tunc aliquis inter illos reperiebatur, qui erat Clericus, aliquis, qui Diaconus, & aliquis, qui Sacerdos. Inſuper hoc etiam certum eſt, vel temporibus a nobis longe remotis Clericatum inter Monachos propagari cœpiſſe; legitur enim in Actis Concilii Chalcedonenſis, cum Epiſcopi quidam Concilio ſtatuendum propoſuiſſent, ut propter ſcelera ab Eutychete, & Barſuma perpetrata Monachi non amplius poſſent eſſe clerici, Concilii Patres hujuſmodi propoſitioni adverſatos fuiſſe, haud æquum eſſe exiſtimantes, ut ob paucorum quorumdam crimina generali pœna plecterentur ii quoque, qui culpa carerent, ſicuti videri poteſt apud P. Chriſtianum Lupum *in Notis ad Concil. Chalcedonenſe Can. 6. in fine*.

LXXVII. Hoc pacto Monachis ad Clericatum via patefacta, cumque omnes, aut ſere omnes Sacerdotes evaſiſſent, ipſi quoque ab Epiſcopis ad Animarum regimen aſciſci cœperunt; ita enim legitur in Concilio Moguntino, habito *anno* 847. ſub Archiepiſcopo Rabano, quod refertur in Collectione Harduini Tom. 4. *Nec Parochias Eccleſiarum accipere præſumat* (loquitur de Monacho) *ſine conſenſu Epiſcopi; de ipſis vero titulis, in quibus conſtituti fuerint, rationem Epiſcopo, vel ejus Vicario reddant, & convocati ad Synodum veniant*: ad quæ verba Concilii ſic ad rem noſtram ſcribit Thomaſſinus *de veteri, & nova Eccleſiæ diſciplina, part. 1. lib. 3. cap. 17. num. 5. Quæ hic adhibentur cautiones, ut Synodo interſint Epiſcopali, ut rationes omnium ad Epiſcopum referant, vel ad Epiſcopi Vicarios, utque ne ipſi vocentur, Parochiarum regimini interveniant, cautiones, inquam, hæ omnes abunde ſuadent, jam non mediocrem fuiſſe numerum Monachorum, qui Parochias regerent*.

LXXVIII. Qui Monachorum ad Seculares Parochias incapacitatem tuentur tamquam primo eorum Inſtituto minime conſentaneam, facile poterunt retrocedere, & affirmare, quod, cum Animarum regimen eidem illorum Inſtituto repugnet, cumque ipſi ad illud ſuſcipiendum cum ſolo Epiſcopi conſenſu proceſſiſſent, id cauſam præbuit Sanctioni alibi memoratæ Concilii Lateranenſis ſub Alexandro III. quæ deinde ab Innocentio III. iterum confirmata fuit in eo, quod ſæpe laudavimus, Capi-

naci, e gli altri Regolari, e non mai i Canonici Regolari. Ma gravi ſono le difficoltà, che s' incontrano per ſoſtenere il ſiſtema, e per pretenderlo appoggiato alla Dottrina di *S. Tommaſo*, non dicendo *S. Tommaſo*, che i Monaci ſiano Chierici *per accidens*. Suppone bensì, che l'idea del Monaco non porti ſeco il Chiericato, e che vi ſiano Monaci Chierici, ed altri non Chierici; ma, non dice mai, che quei Monaci, che ſono Chierici, non lo ſiano, che per accidente: al qual propoſito riflette molto bene il Padre *Mabillon* nella ſua Opera poſtuma, citata al *tom. 2. pag.* 168. che ſe uno diceſſe, che l'Animale *per ſe* non rinchiude l'idea di ragionevole, non per queſto potrebbe ſoſtenerſi, che aveſſe detto, che l'Uomo, che è Animale ragionevole, non è ragionevole, che per accidente.

LXXVI. Ciò, che può dirſi con ſicurezza, ſi è, che ne' Canonici Regolari il Monachiſmo *acceſſit Clericatui*, e ne' Monaci *Clericatus acceſſit Monachatui*, come molto bene riflette *Giovanni Pietro Gibert* nel *tom. 2. del Corpo del Jus Canonico della Stampa di Lione del* 1737. *alla pag.* 427. che ſebbene ne' primi tempi i Monaci per lo più non erano Chierici, come può vederſi *nel Can. 6. 16. quæſt.* 1. ove è riferito il detto di *S. Girolamo: Alia cauſa eſt Monachorum, alia Clericorum. Clerici paſcunt Oves, ego paſcor*; v'era però anche in que' primi fra loro qualcheduno, che era Chierico, qualcheduno, che era Diacono, e qualcheduno, che era Sacerdote; che il Chiericato anche ne' tempi da noi più remoti incominciò a dilatarſi fra' Monaci, leggendoſi negli Atti del Concilio Calcedonenſe, che eſſendo ſtato propoſto da alcuni Veſcovi, che per le inſolenze commeſſe da *Eutichete*, e *Barſuma* ſi riduceſſero i Monaci a non eſſer più Chierici, il Corpo del Concilio fu contrario al progetto, non credendo dover eſſere caſtigati gl' innocenti con un gaſtigo generale pel delitto di alcuni pochi colpevoli, come può vederſi appreſſo il *P. Criſtiano Lupo* nelle Note al *Concilio Calcedonenſe al Can. 6. nel fine*.

LXXVII. Aperta in queſto modo la ſtrada del Chiericato ai Monaci, ed eſſendo diventati o tutti, o quaſi tutti Sacerdoti, incominciarono ancor eſſi ad eſſer chiamati dai Veſcovi alla Cura dell' Anime; leggendoſi in un Concilio di Magonza, tenuto *l' anno* 847. ſotto l' Arciveſcovo *Rabano*, portato nella Collezione dell' *Arduino* al *tom.* 4. *Nec Parochias Eccleſiarum accipere præſumat*, parla del Monaco, *ſine conſenſu Epiſcopi; de ipſis vero titulis, in quibus conſtituti fuerint, rationem Epiſcopo, vel ejus Vicario reddant; & convocati ad Synodum veniant*: ſopra le quali parole del Concilio, così al noſtro propoſito ſcrive il *Tomaſſino de veteri, & nova Eccleſiæ diſciplina, alla part. 1. lib. 3. cap. 17. num. 5. Quæ hic adhibentur cautiones, ut Synodo interſint Epiſcopali, ut rationes omnium ad Epiſcopum referant, vel ad Epiſcopi Vicarios, utque ne ipſi vocentur, Parochiarum regimini interveniant, cautiones, inquam, hæ omnes abunde ſuadent, jam non mediocrem fuiſſe numerum Monachorum, qui Parochias regerent*.

LXXVIII. Chi ſoſtiene l'incapacità de' Monaci alle Parrocchie Secolari, come non conforme al loro primiero Inſtituto, potrà facilmente ritornare in dietro, dicendo, ch' eſſendo la Cura dell' Anime contraria al predetto loro Inſtituto, ed eſſendo eſſi avanzati a prenderla colla ſola annuenza de' Veſcovi, ciò diede cauſa alla diſpoſizione altrove memorata del Concilio Lateranenſe ſotto *Aleſſandro III.* riaſſunta poi da *Innocenzo III.* nel più volte citato Capitolo *Quod Dei timorem, de Statu Monacho-*

Capite, *Quod Dei timorem*, *de Statu Monachorum*. At si utrumque convenienti cum attentione perlegatur, persacile erit agnoscere, non prohiberi Monachos Animarum curam suscipere, sed Parochias assumere ita ut e monasteriis suis egrediantur, atque in illis commorentur ab aliorum Monachorum societate sejuncti: *Nec singulis per villas, & oppida, seu ad quascumque Parochiales Ecclesias ponantur, sed in majori Conventu, aut cum aliquibus Fratribus maneant, ne soli inter Seculares homines spiritualium hostium conflictionem expectent, Salomone dicente: Væ soli.*

LXXIX. Sic etiam observat P. Mabillonius, *cit. Tom. 2. pag. 147. & 148.* ubi id quoque confirmat constitutionibus quarumdam Synodorum Provincialium, quæ post Lateranense Concilium habitæ sunt, quæque Monachos a Parochiis Secularibus non rejiciunt, nisi quando ii ab aliorum Monachorum societate disjuncti procul a suis monasteriis vitam degerent: & proprerea si Monachi ad Clericatum & Sacerdotium admissi ad Parochiales Ecclesias idonei sunt æque ac Canonici Regulares, nullo pacto sustineri potest, Sanctionem illam, *ut Beneficia Secularia Secularibus, Regularia Regularibus conferantur*, a Beneficiis, & Parochiis Secularibus Monachos excludere, at Canonicos Regulares non item; ac si Monachi, & Canonici Regulares æque capaces sunt ad eadem Beneficia, vel eorum nemo, vel omnes Apostolica dispensatione indigebunt. Quare cum nimium sit asserere, minime necessariam esse Monachis Apostolicam dispensationem, ergo nimium etiam erit affirmare, eam non esse necessariam Canonicis Regularibus.

LXXX. Ut igitur omnem nimietatem vitemus, ita statuendum est: cum hodierna die Monastica Regula ita ferat, ut omnes ad Sacros Ordines promoveri debeant, si quando id ab Abbate præcipiatur, quemadmodum in Viennensi Concilio sub Clemente V. definitum fuit, *in Clementina prima §. penult. de statu Monachorum*, ubi hæc verba describuntur: *Ad ampliationem autem cultus Divini statuimus, quod Monachi quilibet ad monitionem Abbatis se faciant ad omnes Ordines Sacros, excusatione cessante legitima, promoveri*: possunt ipsi sine Apostolica auctoritate, si tantum Ordinarii approbatio atque examen accedat, ad eas parochiales Ecclesias assumi, quæ *pleno jure* cum eorum Monasteriis conjunctæ sunt: atque idem plane de Canonicis etiam Regularibus dicendum est. Præterea, quemadmodum Monachi Apostolica indigent Dispensatione, ut ad Parochias seculares asciscі valeant, uti supra a Nobis demonstratum est §. *60.* ita ea quoque indigent Canoniel Regulares, cum hi non secus ac illi obnoxii sint Canoni, quo jubetur, ut *Beneficia Regularia Regularibus, Secularia Secularibus conferantur*. Illud denique affirmandum est, Apostolicam dispensationem majori facilitate Canonicis Regularibus, qui, ut ait Innocentius III. *Regulæ inserviunt laxiori*, impertiri posse, quam Monachis, aliisque Regularibus viris, cum hi ad Seculares Parochias non asciscantur, nisi quando id postulat Episcopus, atque ob Secularium Sacerdotum penuriam, qui sint ad hoc ministerium idonei: quare S. Pius V. *sua Bulla XXXIV.* in Bullario *Tom. 2.* facultatem quidem Regularibus concessit, ut in novarum Indiarum partibus parochi esse possent, sed ait, hoc facere propter penuriam Sacerdotum Secularium; Pontifex autem Innocentius X. in *Constitutione XXXII. Tom. 5. Bullarii* respondit, quod illa Bulla S. Pii *non suffragabatur, nisi in locis, ubi erat defectus Parochorum*, idest Sacerdotum Secularium, qui ad Parochias suscipiendas idonei essent. Verum hoc non

nachorum. Ma quando si leggano colla dovuta attenzione e l'uno, e l'altro, sarà molto facile il riconoscere, non proibirsi ai Monaci l'assumere la Cura dell'Anime, ma bensì il prender le Parrocchie, uscendo dai loro Monastero, o abitando in esse senza la compagnia d'altri Monaci: *Nec singuli per Villas, & Oppida, seu ad quascumque Parochiales Ecclesias ponantur, sed in majori Conventu, aut cum aliquibus Fratribus maneant, ne soli inter Seculares Homines spiritualium hostium conflictionem expectent, Salomone dicente: Væ soli.*

LXXIX. Così pure riflette il Padre *Mabillon* nel citato *tom. 2. alla pag. 147. e 148.* ove anche ciò conferma colla disposizione d'alcuni Sinodi Provinciali posteriori al Generale Lateranense, ne' quali non restano esclusi i Monaci dalle Parrocchie Secolari, se non quando senza la compagnia d'altri Monaci abitassero lungi da' loro Monasterj: e però se i Monaci ammessi al Chiericato, ed al Sacerdozio, sono capaci delle Chiese Parrocchiali al pari de' Canonici Regolari, non vi è modo da poter sostenere, che la massima *quod Beneficia Secularia Secularibus, Regularia Regularibus conferantur*, escluda dai Benefizj, e Parrocchie Secolari i Monaci, ma non i Canonici Regolari; e se i Monaci, e Canonici Regolari sono ugualmente capaci de' detti Benefizj, o per nessuno di loro, o per tutti loro sarà necessario l'Indulto Apostolico: e se è troppo il dire, che l'Indulto Apostolico non è necessario pe' Monaci, sarà anche per conseguenza troppo il dire, che non sia necessario pe' Canonici Regolari.

LXXX. Dicasi dunque, per isfuggire ogni nimietà, ch'essendo oggi punto di Regola Monacale il dovere ognuno d'essi promoversi agli Ordini Sagri, quando l'Abbare lo comanda, come fu stabilito nel Concilio Viennense sotto *Clemente V.* nella *Clementina prima §. penult. de Statu Monachorum*, ove sono registrare le seguenti parole: *Ad ampliationem autem cultus Divini statuimus, quod Monachi quilibet ad monitionem Abbatis se faciant ad omnes Ordines Sacros, excusatione cessante legitima, promoverj*: possono essi senza Indulto Apostolico, e colla sola approvazione, ed esame dell'Ordinario esser promossi a quelle Chiese Parrocchiali, che sono *pleno jure* unire ai loro Monasterj, e che ciò pure procede ne' Canonici Regolari. Dicasi, che siccome pe' Monaci è necessario l'Indulto Apostolico, quando debbono assumere le Parrocchie Secolari, come si è dimostrato di sopra *al §. 60.* così è necessario ne' Canonici Regolari; essendo non meno i Monaci, che i Canonici Regolari soggetti al Canone, che *Beneficia Regularia Regularibus, Secularia Secularibus conferantur*. Dicasi finalmente, che l'Indulto Apostolico con maggior facilità potrà darsi ai Canonici Regolari, che *Regulæ inserviunt laxiori*, come disse *Innocenzo III.* che ai Monaci, ed agli altri Regolari, non assumendosi questi alle Parrocchie Secolari, se non quando il Vescovo lo richiede, e quando vi è penuria di Sacerdoti Secolari abili al detto ministero: per lo che il Pontefice *S. Pio V.* nella sua *Bolla XXXIV.* nel Bollario al *tom. 2.* concesse bensì ai Regolari l'esser Parrochi nelle parti delle nuove Indie, ma disse, che ciò faceva per la penuria de' Sacerdoti Secolari; ed il Pontefice *Innocenzo X.* nella *Constituzione XXXII. al tom. 5. del Bollario* rispose, che la detta Bolla di *S. Pio non suffragabatur, nisi in locis, ubi erat defectus Parochorum*, cioè de' Sacerdoti Secolari abili ad esser Parrochi; il che poi non è d'uopo che così strettamente si verifichi, per concedere anche con

non adeo ſtricte neceſſarium eſt, ut Canonico alicui Regulari jure ab Apoſtolica Sede facultas tribuatur Secularem quamdam Parœciam ſuſcipiendi.

§. V.

De Inſtituto Canonicorum Regularium.

LXXXI. QUO Reſcripti Clementis XI. veſtigia perſequamur, uti par eſt, nunc oportet de Canonicorum iſtorum Regularium Inſtituto verba facere. Sed quoniam illud ad propoſitam quæſtionem elucidandam uſui eſſe non poteſt, niſi brevis hiſtorica narratio de Inſtituto ipſo præmittatur, eam ita concinnare aggredimur, ut & brevitatem ſectemur, & confuſionem ſimul evitemus.

LXXXII. Jactant Canonici Regulares originem ſuam a Nazaræis, ſive a Levitis veteris Teſtamenti. Sed cum iſtiuſmodi origo aliquibus nimium fortaſſe remota videatur, qui tamen e veteri Teſtamento eam elicere volunt, contendunt ex illius vitæ inſtituto trahendam eſſe, quam Chriſtus egit cum Apoſtolis ſuis. Inter Canonicos ipſos Regulares, qui de hac materia ſcripſere, non deſunt Auctores magni nominis, qui referant, primos Epiſcopos, qui Eccleſias ſibi commiſſas gubernarunt poſt Diœceſium, & Parœciarum diviſionem factam a ſummis Pontificibus Evariſto, & Dionyſio, Eccleſiaſticos quoſdam viros ad ſummam virtutem contendentes ſelegiſſe, qui ſecum in Epiſcopio ſub eorum imperio, & ſine bonorum proprietate vitam degerent. Addunt, S. Athanaſium, Alexandrinum Epiſcopum factum, atque e clauſtris ad Sacram Infulam evectum, primum fuiſſe, qui ſuos Canonicos induxit, ut ad religioſas, & monaſticas Inſtitutiones vitam ſuam exigerent, cumque laudabilis iſta conſuetudo ex Oriente in Occidentem pervaſiſſet, S. Euſebium in Vercellenſem Eccleſiam ſuam primum invexiſſe; atque ejus exemplum ſecutum S. Auguſtinum idem in ſua Eccleſia Hipponenſi feciſſe. Videſis Nicolaum Deſnos, *in Tractatu Canonicus Secularis, & Regularis lib. 3. cap. 1. & duobus ſeqq.* necnon Chapponel *in Hiſtoria Canonicorum lib. 3. cap. 3.*

LXXXIII. Alii vero non adeo ad Canonicorum Regularium antiquitatem propenſi eorum originem tribuunt Epiſcopo cuidam *Ruſo*, qui vixit ſeculo undecimo; alii *Ivoni Carnotenſi*, qui eodem ſeculo floruit: quibus de rebus legi poteſt citetus Tomus ſecundus Operum Poſthumorum P. Mabillonii, in quo extat ejus Reſponſio ad Canonicos Regulares, qui Sententiæ innixi, quæ a Pio IV. prolata fuit circa eorum præcedentiam ſupra Monachos Benedictinos, idem in Provincia quoque Burgundiæ contendebant; quibus idem Mabillonius obſiſtebat, propterea quod Pii IV. Sententia praxi Romana nitebatur; hæc autem praxis a præcedentia exoriebatur, quam Canonici Regulares ſibi arrogabant ſupra Benedictinos quo tempore Eccleſiæ Lateranenſi, quæ totius Orbis præſtantiſſima eſt, iidem Canonici deſerviebant.

LXXXIV. Sancta hæc, quam nuper innuimus, diſciplina diu multumque ſi non in omnibus Eccleſiaſticis viris, atque in omnibus Canonicis, at ſaltem in pleriſque perſeveravit; ſed, quæ humanarum rerum conditio eſt, progreſſu temporis remitti cœpit. Vixit Sæculo VIII. S. Chrodegangus Epiſcopus Metenſis, qui errorem non deſtitit emendare, ſuiſque Canonicis præſcripſit, ut vitam communem ſervarent, ſicuti in ipſa Regula ab illo

con giuſtizia al Canonico Regolare l'Apoſtolico Indulto per ottenere una Parrocchia Secolare.

§. V.

Dell' Inſtituto de' Canonici Regolari.

LXXXI. CAMMINANDO, come è del dovere, ſulle pedate contraſſegnate dal Reſcritto di *Clemente XI.* ora è d'uopo diſcorrere dell' Inſtituto di queſti Canonici Regolari: ma perchè non ſe ne può parlare coll'idea di ſervirſi dello ſteſſo per lume della queſtione, che è ſol tavoliere, ſe non ſi premette una piccola iſtorica narrazione dell' Inſtituto; a ciò preſentemente ci applichiamo, col propoſito di mantenere la brevità, e di sfuggire la confuſione.

LXXXII. Vantano i Canonici Regolari la loro origine dai Nazarei, o ſia dai Leviti dell' antico Teſtamento. Sembrando ad alcuni troppo lontana queſta origine, e volendola ricavare dal nuovo Teſtamento, ſoſtengono doverſi conſtituire nella vita fatta da Criſto coi ſuoi Apoſtoli. Non mancano fra gli ſteſſi Canonici Regolari, che hanno ſcritto ſu queſta materia, Autori di molto credito, che riferiſcono, avere i primi Veſcovi, che governavano le Chieſe a loro commeſſe dopo la diviſione delle Diocesi, e delle Parrocchie fatta dai Pontefici *Evariſto*, e *Dioniſio*, ſcelti alcuni Eccleſiaſtici, che aſpiravano alla perfezione, a viver con loro nell' Epiſcopio ſotto l'obbedienza, e ſenza proprietà de' beni. Aggiungono, che *S. Atanaſio* fatto Veſcovo d' Aleſſandria, ed aſſunto dal Chioſtro alla Mitra, fu quello, che induſſe i ſuoi Canonici a vivere colle Religioſe, e Monaſtiche Inſtituzioni, e ch'eſſendo paſſato tal lodevole coſtume dall' Oriente nell'Occidente, ed avendolo la Sede Apoſtolica approvato, *S. Euſebio* fu il primo a farlo eſeguire nella ſua Chieſa di Vercelli; ed al di lui eſempio s'uniformò *S. Agoſtino* nella ſua Chieſa d'Ippona. Può vederſi *Nicola Deſnos nel ſuo Trattato Canonicus Secularis, & Regularis al lib. 3. cap. 1. e due ſeguenti*, come pure può vederſi il *Chapponel nella ſua Storia de' Canonici al lib. 3. cap. 3.*

LXXXIII. Altri poi non tanto propenſi all' antichità de' Canonici Regolari, ne attribuiſcono l' origine ad un certo Veſcovo *Ruſo*, che viſſe nel ſecolo undecimo; altri ad *Ivone Carnotenſe*, che viſſe pure nello ſteſſo ſecolo: ſopra le quali coſe può leggerſi il citato Tomo Secondo delle Opere poſtume del Padre *Mabillon*, in cui è regiſtrata una di lui Riſpoſta ai Canonici Regolari, che in ſequela della ſentenza proferita da *Pio IV.* circa la loro precedenza ſopra i Monaci Benedettini, pretendevano lo ſteſſo nella Provincia di Borgogna, il che dal detto Padre veniva impugnato, pel motivo, che la Sentenza di *Pio IV.* era appoggiata alla pratica di Roma, e che queſta pratica derivava dalla precedenza preteſa dai Canonici Regolari ſopra i Benedettini nel tempo, in cui i Canonici Regolari ſervivano alla Chieſa Lateranenſe, che è la prima Chieſa del Mondo.

LXXXIV. Durò per molto tempo, ſe non in tutti gli Eccleſiaſtici, ed in tutti i Canonici, almeno in una gran parte d' eſſi la predetta ſanta diſciplina poc'anzi accennata. Ma, come ſuol accadere nelle umane vicende, col tratto del tempo incominciò a raffreddarſi. Viſſe *S. Crodegango* Veſcovo di Metz nel ſecolo ottavo, ed eſſo non mancò di correggere l'errore, preſcrivendo ai ſuoi Canonici il mantenere la vita comune, come può ve-

præſcripta videri poteſt. Eximium in Eccleſia fuit bonæ, diſciplinæ ſtudium, quo Carolus Magnus Imperator inflammabatur: quare ab eodem excitati, ſequenti ſeculo, ſcilicet nono, Patres Concilii Moguntini canone nono decreverunt, ut *Canonici canonice vivant, &c. ut ſimul manducent, & dormiant*: cumque ejuſdem veſtigiis Ludovicus Imperator inſtitiſſet, Patres Concili Aquiſgranenſis magnum opus aggreſſi ſunt communem vitam in clero, atque in Canonicis reſtituendi; atque ut hæc eorum ſollicitudo ad alias etiam Diœceſes protenderetur, *miſſa ſunt* (ita ſcribit Sirmondus in *Notis ad idem Aquiſgranenſe Concilium num.* 4.) *Concilii Aquiſgranenſis exemplaria in ſingulas Provincias cum epiſtola Imperatoris ad uniuſcujuſque Provinciæ Metropolitanum*. Refert Sirmondus aliqua horum exemplarium, quæ extant etiam inſerta *Tom.* 7. poſtremæ Conciliorum Collectionis *pag.* 1437. & *pag.* 1440.

LXXXV. Neglectio vitæ communis duo maxima vitia in clerum invexerat, incontinentiam ſcilicet, & ſimoniam: quod cum recte animadvertiſſent duo Romani Pontifices Nicolaus II. atque Alexander II. duo ſub iiſdem Romana Concilia habita ſunt, unum an. 1059. alterum anno 1063. in quibus inter cetera ſtatutum fuit, ut Clerici *juxta Eccleſias, quibus ordinati ſunt, ſicut oportet Religioſos Clericos, ſimul manducent, & dormiant, & quidquid eis ab Eccleſia competit, communiter habeant*. Eidem Summo Pontifici Alexandro II. accepta refertur Lateranenſis Cleri reformatio, ut videre eſt apud Onuphrium Panvinium *in ejus hiſtoria MS. Baſilicæ Lateranenſis*.

LXXXVI. Clariſſimus hic Auctor narrat, quod, cum Pontifex, & Romani Presbyteri aliis negotiis occupati ſacra facere in Lateranenſi Baſilica deſiviſſent, cumque a Gelaſio Papa circa an. 492. in eorum locum ſuffecti fuiſſent nonnulli Clerici, qui eidem Baſilicæ inſervirent, quos Canonicos Regulares appellat, anno 568. contigit Monaſterii S. Benedicti Caſſinenſis devaſtatio a Langobardis perpetrata; quare cum Monachi antiquum ſuum Monaſterium tunc temporis deſerere coacti eſſent, cumque ipſis a Joanne III. Pontifice certus quidam locus aſſignatus fuiſſet non procul a S. Joanne in Laterano, inibi Monaſterium extruxerunt, in quo centum & triginta annos commorati ſunt, canonicas horas & pſalmos concinentes; ſacramenta vero a Canonicis miniſtrabantur. Diuturniorem fortaſſe moram ibidem loci traxiſſent, niſi a Petronace quodam Brixienſi Patricio ad Montem Caſſini reducti fuiſſent, novo iterum ædificato Monaſterio, cujus ipſe Abbas etiam fuit.

LXXXVII. Panvinius ingenue fatetur, ſe nihil præterea de Monaſterio illo Benedictinorum prope Lateranum inveniſſe, neque aliud reſcire potuiſſe quoad tempus, quo ab illo Monachi receſſerunt, & quo Canonici cœperunt eorum vices gerere, horarias preces in choro perſolvendo. Verum teſtatur, Alexandrum II. fuiſſe, qui ſtudioſe eo Canonicos adduxit, ut hi ad vivendi rationem quod ſpectat, Monaſticæ Caſſinenſium diſciplinæ nihil cederent. Deinde recenſet illius Cœtus decora, ac ornamenta, Romanos Pontifices, Cardinales, atque illuſtres viros, qui in eo educati fuere. Addit, poſtquam octingentorum annorum ſpatio perduraſſet, a Bonifacio VIII. diſſolutum fuiſſe, qui Canonicos ſeculares inibi collocavit, & Monaſterii bona in aliquot Præbendas diſpertivit; cumque hoc factum Eugenio IV. Romano Pontifici deinde diſplicuiſſet, ipſe Baſilicæ ſervitio Regulares Canonicos reſtituit, quos accivit e Frigionariæ Con-

derſi nella ſteſſa Regola da eſſo preſcritta, e che ſi trova *nel tom.* 7. de' Concilj dell' ultima ſtampa. Inſigne nella Chieſa fu il zelo dell' Imperadore *Carlo Magno* per la buona diſciplina; e però animati da eſſo nel ſeguente, cioè nel nono, i Padri d'un Concilio di Magonza nel Canone nono decretarono, che *Canonici canonice vivant &c. ut ſimul manducent, & dormiant*: ed eſſendo camminato ſulle ſteſſe veſtigia l' Imperadore *Ludovico* i Padri del Concilio d' Aquiſgrana s' accinſero alla grand' opera di riſtabilire nel Clero, e ne' Canonici la vita comune; ed acciò la providenza s' eſtendeſſe alle altre Dioceſi, *miſſa ſunt* (ſon parole del *Sirmondo* nelle Note al detto Concilio d' Aquiſgrana *al num.* 4.) *Concilii Aquiſgranenſis exemplaria in ſingulas Provincias cum epiſtola Imperatoris ad uniuſcujuſque Provinciæ Metropolitanum*. Porta il *Sirmondo* alcuni di queſti eſemplari, che ſi trovano ancora inſeriti *nel tom.* 7. dell' ultima Compilazione de' Concilj *alla pag.* 1437. *ed alla pag.* 1440.

LXXXV. L' allontanamento dalla vita comune aveva portato nel Clero due gran vizj, l' uno dell' incontinenza, l' altro della ſimonia: il che eſſendo ſtato ben avvertito dai due Pontefici *Niccolò II.* ed *Aleſſandro II.* furono ſotto i medeſimi tenuti due Concilj Romani, uno *nel* 1059. l' altro *nel* 1063. ne' quali fra le altre coſe fu ſtabilito, che i Chierici *juxta Eccleſias, quibus ordinati ſunt, ſicut oportet Religioſos Clericos, ſimul manducent, & dormiant, & quidquid eis ab Eccleſia competit, communiter habeant*. Allo ſteſſo Pontefice *Aleſſandro II.* deeſi la riforma del Clero Lateranenſe, come può vederſi in *Onofrio Panvinio nella ſua Storia manoſcritta della Baſilica Lateranenſe*.

LXXXVI. Racconta queſt' Autore di molto credito, che, abbandonata l' uffiziatura della Baſilica Lateranenſe dal Papa, e dai Preti di Roma, occupati in tante altre faccende, e ſoſtituiti da *Gelaſio* Papa verſo *l' anno* 492. per ſervizio della Baſilica alcuni Chierici, che chiama Canonici Regolari, *nell' anno* 568. ſeguì la devaſtazione del Monaſtero di S. Benedetto di Monte Caſino fatta dai Longobardi; per lo che eſſendo ſtati forzati i Monaci ad abbandonare l' antico loro Monaſtero, ed eſſendo loro ſtato aſſegnato dal Pontefice *Giovanni III.* un certo ſito vicino a S. Giovanni in Laterano, fabricarono in eſſo un Monaſtero, nel quale abitarono cento trenta anni, cantando le Ore Canoniche, ed i Salmi nella Baſilica, ed amminiſtrandoſi dai Canonici i Sagramenti. Sarebbero forſe ſtati più lungo tempo in eſſo, ſe un certo *Petronace* nobile di Breſcia non gli aveſſe ricondotti a Monte Caſino, ed ivi non aveſſe riedificato il Monaſtero, di cui eſſo fu anche Abbate.

LXXXVII. Il *Panvinio* candidamente dice non aver ritrovato altro circa il Monaſtero de' Benedettini vicino al Laterano, nè aver potuto ſaper altro circa il tempo preciſo, in cui i Monaci l' abbandonarono, ed i Canonici incominciarono a ſupplir le loro veci, cantando in Coro. Atteſta bensì, che *Aleſſandro II.* fu quello, che pieno di zelo riduſſe i Canonici ad un ſegno, che nella maniera del vivere non cedevano alla diſciplina Monacale de' Caſinenſi. Paſſa dipoi a deſcrivere i pregj di quel Convitto, i Pontefici, i Cardinali, e gli Uomini illuſtri, che furono educati in eſſo. Aggiunge, ch' eſſendo durato per anni otto cento, fu ſciolto da *Bonifazio VIII.* che in eſſa collocò i Canonici Secolari, dividendo i beni del Monaſtero in tante prebende, e che eſſendo diſpiaciuta tal riſoluzione al Pontefice *Eugenio IV.* eſſo reſtituì al ſervizio della Baſilica i Canonici Regolari, facendoli venire dalla Congregazione di Frigionaria,

che

Congregatione, quæ tunc temporis incepta erat, & fanctam in Ordinem reformationem invexerat.

LXXXVIII. Canonici Regulares ibidem loci permanserunt usque ad obitum Nicolai V. tunc autem vacante Apostolica Sede, cum civilis tumultus in Romano Populo excitatus fuisset, Canonici Regulares expulsi sunt, & Seculares Canonici iterum in possessionem restituti, qui inibi perstiterunt usque ad Paulum II. qui cum Eugenii IV. Pontificis Nepos esset, & propterea cuperet ut ea omnia persisterent quæ ab Avunculo suo constituta fuerant, consilium cepit conjungendi Canonicos Seculares cum Regularibus in servitio Basilicæ Lateranensis: id autem in causa fuit, cur plura inter illos dissidia excitarentur, atque ipse in odium populi adduceretur, qui dictitabat, ea exteris hominibus attribui, quæ concivibus suis impertienda erant: quare cum Paulus repentina morte sublatus esset, idem Populus Canonicos Regulares furiose ejecit: Pontifex autem Sixtus IV. rem deinde ita composuit, ut Canonicis Regularibus Monasterium Pacis tribueret, Canonicatus vero S. Joannis in Laterano Secularibus Clericis liberos relinqueret.

LXXXIX. Quæcumque a Panvinio referuntur, partim etiam testatur Platina in *Vita Sixti* IV. & jure affirmari potest, exscripta fuisse *Tom. 2. Histor. Ordinum Monastic. Religiosorum & Militarium cap.* 3. in Tabulario autem Capituli S. Joannis reperiuntur Bullæ Bonifacii VIII. Eugenii IV. & Pauli II. & non deest nisi Bulla Sixti IV. quæ tamen extat in Bullario Canonicorum Lateranensium. Quamvis autem post obitum Sixti IV. iidem Canonici Regulares numquam non conati sint ad Lateranensem Basilicam reverti, ad quod, ut putatur, Romanus Pontifex Pius IV. admodum propendebat, & quamvis hujusmodi eorum conatus irritus fuerit, id tamen assecuti sunt, ut Abbatias, Prioratus, atque alia Monasteria obtinerent, adeo ut illorum Ordo nostra quoque tempestate fatis honesto loco inter ceteros habeatur.

XC. Omnia in unum coegimus, quæ a Nobis de Canonicis Regularibus Lateranensibus inventa sunt, ne historiæ filum abrumperetur. Sed ad Reformationum Canonicorum Regularium Epocham redeuntes, quam Alexandri II. tempotibus adfiximus, asseremus, non longe ab iis magni Ivonis Carnotensis tempora distare, qui cum Monasterii S. Quintini Præpositus existeret, non solum Reformationem in illud introduxit, ut Vincentius Bellovacensis, S. Antoninus, ac Onuphrius testantur, sed alia insuper effecit, uti bene animadvertit Thomassinus *de veteris, & novæ Ecclesiæ disciplina part. 1. lib. 3. cap. 11. num. 7. Hoc illi Seminarium veluti fuit, ubi Canonicos Regulares ita excoluit, ita virtutum clericalium opibus cumulavit, ut eorum complures ad alios, aliosque ablegarit deinceps Episcopos, qui in eorum Ecclesiis consimiles instituerent vitæ regularis colonias*; sub initium autem seculi, quod Ivoni proxime successit, a S. Norberto institutus fuit Ordo Præmonstratensis, qui revera est Canonicorum Regularium Ordo sub S. Augustini Regula, ut clare ostenditur in Apologia pro eodem Ordine conscripta, de qua supra a Nobis dictum est, & mox iterum sermo redibit.

XCI. Prætermittemus Cœtus Canonicorum Ecclesiarum Metropolitanarum, Cathedralium, & Collegiatarum, qui Regularem vitam amplexi sunt simul convivendo; adhuc enim extant non modo in Romanis Basilicis, sed etiam in Ecclesiis extra Romam, & per totam Italiam plures Canonicorum ædes, in quibus scilicet Canonici convivebant, Joannes a Nigravalle Apostolicus Bibliothecarius sua chronica conscripsit, atque in titulo *de Sanctorum*

Opusc. Miscell.

che in quel tempo era incominciata, ed aveva introdotta una santa riforma nell' Ordine.

LXXXVIII. Restarono i Canonici Regolari fino alla morte di *Niccolò V.* e vacando la Sede, essendo nato un civile tumulto nel Popolo Romano, furono i Canonici Regolari discacciati, e rimessi in possesso i Canonici Secolari, che vi durarono fino *a Paolo II.* ch'essendo nipote di Papa *Eugenio IV.* e per ciò desideroso di mantenere quanto era stato fatto dal Zio, prese il mezzo termine d'unire assieme Canonici Secolari, e Canonici Regolari nel servizio della Basilica Lateranense, il che cagionò gravi discordie fra essi, ed eccitò contro di lui l'odio del Popolo, che diceva darsi a' forastieri ciò, che doveva darsi ai suoi Concittadini; per lo che essendo *Paolo* morto all' improviso, il sopra detto Popolo scacciò furiosamente i Canonici Regolari; ed il Pontefice *Sisto IV.* fu quello, che accomodò l'affare, dando ai Canonici Regolari il Monastero della Pace, e lasciando liberi li Canonicati di S. Giovanni in Laterano a' Chierici Secolari.

LXXXIX. Quanto vien riferito dal *Panvinio*, è anche in parte contestato dal *Platina* nella Vita di *Sisto IV.* e può dirsi copiato *nel tom. 2. della Storia degli Ordini Monastici Religiosi e Militari al c.* 3. e nell' Archivio del Capitolo di S. Giovanni si ritrovano le Bolle di *Bonifazio VIII.* d'*Eugenio IV.* e di *Paolo II.* e non manca, che quella di *Sisto IV.* che però si ritrova nel Bollario de' Canonici Lateranensi. E benchè dopo la morte di *Sisto IV.* non abbiano lasciato di tentare il regresso alla Basilica Lateranense, al quale si suppone, che il Pontefice *Pio IV.* fosse molto proclive, ed il loro tentativo non avesse l'effetto, che bramavasi, è però loro riuscito d'avere Abbadie, e Priorati, ed altri Monasteri; in tal maniera che la loro Religione fa ancor oggi fra le altre la sua degna figura.

XC. Abbiamo unito quanto abbiamo ritrovato rispetto ai Canonici Regolari Lateranensi, per non interrompere il filo della storia. Ma ritornando all' epoca delle riforme de' Canonici Regolari, che abbiamo fissata al tempo d' *Alessandro II.* diremo, che da esso non è molto distante quello del grande *Ivone Carnotense*, ch'essendo Preposto del Monastero di S. Quintino, non solo in esso introdusse la riforma, come attestano *Vincenzo Bellovacense*, *S. Antonino*, ed *Onofrio*, ma fece anche di più, come ben riflette il *Tomassino de veteris & novæ Ecclesiæ disciplina alla part. 1. lib. 3. cap. 11.* sotto il num. 7.: *Hoc illi Seminarium veluti fuit, ubi Canonicos Regulares ita excoluit, ita virtutum Clericalium opibus cumulavit, ut eorum complures ad alios, aliosque ablegarit deinceps Episcopos, qui in eorum Ecclesiis consimiles instituerent vitæ Regularis colonias*: e verso il principio del secolo susseguente a quello d'*Ivone* fu instituito da *S. Norberto* l'Ordine Premonstratense, che è vero Ordine di Canonici Regolari sotto la Regola di S. Agostino, come si pone in chiaro nell' Apologia fatta in difesa dell' Ordine predetto, della quale di sopra si è parlato, e parlerassi anche in appresso.

XCI. Tralasceremo i Ceti de' Canonici delle Metropolitane, delle Catedrali, e delle Collegiate, che abbracciarono la vita Regolare convivendo assieme, ritrovandosi ancora, non che nelle Basiliche di Roma, anche nelle Chiese fuori di Roma, e per tutta l'Italia varie Canoniche, che erano i luoghi, ne' quali convivevano i Canonici. Scrisse *Giovanni di Nigravalle* Bibliotecario Apostolico le sue Croniche, e nel titolo *de Sanctorum numerositate* fa

H 2 l'Elen-

ctorum numerositate singulas recenset Ecclesias Metropolitanas, Cathedrales, & Collegiatas Hispaniæ, Galliæ, Germaniæ, Siciliæ, atque Italiæ, nec non Collegiatas, in quibus tunc temporis Regularem vitam Canonici profitebantur: qua de re agit etiam Joannes Trullus in opere quod inscribitur, *Ordo Canonicorum Regularium lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 12. Alias etiam Canonicorum Regularium Reformationes præteribimus, idest alias eorumdem congregationes, quæ vel reformatæ, vel institutæ fuerunt subsequentibus seculis, præcipue vero seculo decimoquarto, atque initio decimiquinti, cum nulli in Italia Canonici Regulares ex his Congregationibus existant. Illud utique indicabimus, quod narrat sæpe laudatus Auctor *Historiæ Ordinum Monasticorum, Religiosorum, & Militarium Tom.* 2. *cap.* 57. scilicet, cum propter Schismatum perturbationes Religiosæ Congregationes collapsæ fuissent, Stephanum quemdam Cionium Senensem a Gregorio Papa XII. invitatum Monasterium Eliceti prope Senas, quod ad Augustinianos Patres spectabat, in Regularium Canonicorum Collegiatam erexisse, eumque ingens propterea novam inter Collegiatam, & Religiosos illos viros controversia exorta fuisset, novi Canonici Regulares ab Urbinate Duce obtinuerunt solitarium quemdam locum S. Ambrosii nomine appellatum prope Eugubium, a quo deinde se Bononiam usque propagarunt: qua in urbe com Congregatio Canonicorum Regularium (ad quos duo Monasteria S. Salvatoris, & S. Mariæ ad Rhenum simul conjuncta pertinebant) ad unum Religiosum virum, Franciscum Ghisilierium nomine, redacta esset, qui utriusque Monasterii Prior erat, ipse Canonicos illos Regulares S. Ambrosii invitavit, ut una secum coirent; quod a Martino V. Summo Pontifice approbatum fuit; & quamvis post duorum S. Salvatoris & S. Mariæ Monasteriorum conjunctionem graves excitarentur controversiæ propterea quod habitus Canonicorum S. Ambrosii ab eorum habitu differebat, qui Bononiæ erant, attamen Cardinali B. Nicolao Albergati Bononiensi Episcopo intercedente, omnis contentio sublata fuit, scapulare & cappam ravi coloris dimittentibus Ambrosianis, atque ea facta pactione, ut omnes albam Tunicam cum Scapulari itidem albo super lineo superpelliceo deferrent, & cappam nigram, quando egrederentur domo, cui deinde clericale pallium substitutum fuit.

XCII. Idem Auctor hunc Canonicorum Regularium Ordinem debitis laudibus extollit, quem videmus ob morum integritatem, atque ecclesiasticam vivendi rationem tria ampla vel Romæ Monasteria possidere, idest S. Petri in Vinculis, S. Laurentii, & S. Agnetis, quæ duo postrema extra Urbis mœnia sita sunt.

XCIII. Auctor Dissertationis de origine hujus Otdinis, quæ edita est in Bullario Canonicorum Regularium Congregationis SS. Salvatoris, de qua nunc loqoimur, posteaquam argumentis, quæ Canonicis etiam Lateranensibus communia sunt, demonstravit, eum æque antiquum esse ac Lateranensem, qui ab Apostolorum vita suam originem ducit, quique militat sub regula S. Augustini, *dub.* 3. *pag.* 310. *& seqq.* ea non dissimulans, quæ tempore Francisci Ghisilierii contigerunt, neque conjunctionem cum S. Ambrosii Canonicis Martini V. auctoritate peractam, quæstionem strictim expendit, an Congregatio S. Mariæ ad Rhenum, seu SS. Salvatoris, propter Ambrosianorum Canonicorum conjunctionem extincta esset, & nequaquam extinctam fuisse concludit, cum ea in laudato Francisco Ghisilierio constitisset, qui unus eo tempore superstes erat, quinimo contendit, Monasterium S. Ambrosii Monasteriis S. Mariæ Rhenanæ, & S. Sal-

l'Elenco delle Metropolitane, Catedrali, e Collegiate della Spagna, della Francia, della Germania, della Sicilia, e dell'Italia, come pure delle Collegiate, nelle quali in quel tempo professavasi dai Canonici la vita Regolare: e di questa stessa materia tratta *Giovanni Trullo* nella sua Opera *Ordo Canonicorum Regularium al lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 12. Tralasceremo pure le altre riforme de' Canonici Regolari, o sia il parlare d'altre Congregazioni de' medesimi riformare, o instituite ne' secoli susseguenti, e specialmente nel secolo decimo quarto, e nel principio del secolo decimo quinto; non essendovi Canonici Regolari delle dette Congregazioni in Italia. Accenneremo bensì, che l'Autore più volte citato *della Storia degli Ordini Monastici, Religiosi, e Militari al tom.* 2. *cap.* 57. racconta, ch' essendo decadute le Congregazioni Religiose per le turbolenze de' Scismi, un certo *Stefano Cioni* Senese invitato dal Pontefice *Gregorio XII.* eresse il Monastero d'Eliceto vicino a Siena, ch'era de' Padri Agostiniani, in una Collegiata di Canonici Regolari, ch' essendo nata perciò gran controversia fra la nuova Collegiata, ed i predetti Religiosi, riuscì a' nuovi Canonici Regolari d'ottenere dal Duca d'Urbino un Romitorio chiamato di S. Ambrogio vicino a Gubbio, d'onde poi si dilatarono a Bologna: nella qual Città essendo ridotta una Congregazione di Canonici Regolari (a' quali appartenevano i due Monasterj di S. Salvatore, e di S. Maria di Reno uniti assieme) ad un solo Religioso chiamato *Francesco Ghisilieri*, ch'era Priore d'ambidue, esso fu, che invitò i detti Canonici Regolari di S. Ambrogio ad unirsi con lui, il che fu approvato dal Pontefice *Martino V.* e quantunque dopo l'unione dei due Monasterj di S. Salvatore, e di S. Maria nascessero gravi controversie per la differenza dell'abito fra i Canonici di S. Ambrogio, ed i predetti altri, ch'erano in Bologna, fu però coll' interposizione del Beato Cardinale *Niccolò Albergati* Vescovo di Bologna sopita ogni differenza, avendo gli Ambrosiani lasciato lo Scapolare, e la cappa di colore tanè, essendosi convenuto, che tutti dovessero portare una Tonaca bianca con uno Scapolare pur bianco sopra il Rocchetto di tela, ed una Cappa nera, quando uscissero di casa, alla quale poi è stato sostituito un Mantello Chiericale.

XCII. Il detto Aotore esalta colle dovute lodi questa Religione di Canonici Regolari, che pel suo Ecclesiastico contegno nel vivere vediamo aver anche in Roma i tre gran Monasteri di S. Pietro in Vinculis, di S. Lorenzo, e di S. Agnese, ambidue fuori delle mura della Città.

XCIII. L'Autore della Dissertazione sopra l'Origine di questa Religione, stampata nel Bollario de' Canonici Regolari della Congregazione del Santissimo Salvatore, che è quella di cui presentemente si parla, dopo aver dimostrato con prove comuni ai Canonici anche Lateranensi, che è tanto antica, quanto la Lateranense, che riconosce la sua origine dal vivere degli Apostoli, e che milita sotto la Regola di S. Agostino, *al dub.* 3. *pagina* 310. *e seguenti*, non dissimulando punto quanto successe pel fatto di *Francesco Ghisilieri*, nè tampoco l'unione fatta coi Canonici di S. Ambrogio coll' autorità di *Martino V.* esamina strettamente il punto, se la sua Congregazione di S. Maria di Reno, o sia del Santissimo Salvatore, fosse estinta per l'unione de' Canonici Ambrosiani; e conclude di no, essendosi la sua Religione mantenuta nel detto *Francesco Ghisilieri*, ch'era in quel tempo l'unico superstite della medesima, e che il Monaste-

Salvatoris Bononienfis, non vero hæc illi adjuncta fuifse. Nihil aliud nunc reliquum efset, nifi ut aliqua de Canonicis Regularibus S. Spiritus in Saxia diceremus; fed quoniam horum una tantum Domus exiat Romæ, operæ pretium non ducimus fermonem hunc noftrum in ejus gratiam longius protrahere; quemadmodum ne de Vaticana quidem Bafilica verba fient; in ea enim ufque ad nonum feculum divina officia celebrata fuerunt a Monachis, qui plura Monafteria eidem Bafilicæ proxima incolebant, uti fufe oftendit Panvinius in fuo opere MS. *de præftantia Bafilicæ Vaticanæ lib.* 3. *cap.* 8. Sergius autem, & Leo IV. bona quæ ad Monachos pertinebant, Canonicis affignavit; hos vero Canonicos jure meritoque affirmari non poteft, fuifse canonicos Regulares, quamvis una fimul degerent, & vefcerentur; etenim Innocentius III. qui pluribus Bullis, quas in ejus Bafilicæ Tabulario perfpeximus, fe in ea Canonicum extitifse teftatus eft: *qui olim in ipfa Canonici Beneficium affecuti, nunc de filio in Patrem divina fumus miferatione promoti*: Statuta pro Canonicis condidit, iifque quartam oblationum partem affignavit, fingulis, qui Canonicis horis interefsent, certum quoddam emolumentum diftribuens, neque aliud ab iis repofcens nifi ut in Canonicis ædibus conviverent, atque una fimul manducarent, numquam domo exeuntes, nifi facultatem ab Archipresbytero vel Priori obtinuifsent, quemadmodum fæpenumero in iifdem Statutis nos ipfi perlegimus.

§. VI.

De capacitate Canonicorum Regularium ad Parochias etiam feculares, fpectata hiftoria eorum Inftituti.

XCIV. POSTEAQUAM Clerus, five, ut melius dicam, Canonici ad Regularem, & communem vitam redacti fuerunt, atque hæc vivendi ratio apud eofdem reftituta, difficillime propugnari pofse videtur, eos ad Animarum curam felectos non fuifse ab Epifcopis, qui cum eorum peritiam nofsent, eorumque probos mores cognitos haberent, illos ad fpirituale regimen maxime idoneos efse exiftimarent. Cum autem nihil inveniatur, quo probari pofsit, ad id præftandum Romani Pontificis auctoritatem tunc temporis accefsifse, exiftimandum eft, Canonicos illos tunc Parochias fufcepifse cum fola fui Præfidis facultate, fi ad eas ab Epifcopo afsumerentur. Tota igitur difficultas in hoc verfatur, ut fcilicet expendamus, utrum propterea e clauftris egrederentur; an vero in clauftris permanentes Parochi officium perfolverent, uti admodum verifimile efse putamus.

XCV. Hujus noftræ fententiæ argumentum ducimus ex Remenfi Concilio habito anno 874. Hincmaro Remenfi præfidente, quod extat Collectionis Harduini *Tom.* 5. *pag.* 409. in eo enim Canonici Regulares Parochi intra Monafterium morari præfumuntur, atque inde colligitur in eis haud recte Parochi officium pofse confiftere: quod idem fere eft ac morem improbare, quo Parochiæ Canonicis Regularibus conferebantur: *Conftat enim & certum eft, quia & clauftra Monafterii, atque obfequia debita, & quæ funt neceffaria Plebi in rufticanis Parochiis, infimul exequi nemo valebit: quomodo enim, fi intempeftæ noctis filentio, aut infans natus periclitatur, aut infirmus viaticum munus petierit, Canonicus a clauftris Monafterii exiet, & ad villam infirmorum neceffitatibus pergens fuccurrere prævalebit?*

XCVI. Quemadmodum fuperiori paragrapho *num.* 87. dictum eft, Alexander II. Canonicos Regulares

naftero di S. Ambrogio fu unito ai Monafterj di S. Maria di Reno, e di S. Salvatore di Bologna, e non mai quefti a quello. Altro non refterebbe, che il dir qualche cofa dei Canonici Regolari di S. Spirito in Saffia, ma non effendovi di quefti, che una Canonica in Roma, non crediamo efpediente il dilungare quefto noftro ragionamento per caufa di effa: ficcome nemmeno da Noi parleraffi della Bafilica Vaticana, effendo ftata la Bafilica Vaticana fino al fecolo nono officiata da i Monaci, che abitavano in varj Monafterj fituati in quelle vicinanze, come diffufamente comprova *il Panvinio* nel fuo Manofcritto *de præftantia Bafilicæ Vaticanæ al lib.* 3. *cap.* 8. ed avendo *Sergio*, e *Leone IV.* affegnati ai Canonici i beni, ch' erano de' Monaci, quali Canonici poi non fi può dire con fondamento, che foffero Canonici Regolari, benchè abitaffero e mangiaffero affieme; imperocchè *Innocenzo III.* che in più Bolle da Noi vedute nell' Archivio della Bafilica, attefto d' effere ftato Canonico in effa: *qui olim in ipfa Canonici Beneficium affecuti, nunc de filio in Patrem divina fumus miferatione promoti*: fece egli Statuti pe' Canonici, ne' quali loro affegnò la quarta parte delle oblazioni, diftribuendo agli intervenienti alle Ore Canoniche un tanto per uno, e non obligandoli ad altro, che a vivere nella Canonica, e mangiar affieme, non ufcendo di cafa, che colla licenza dell' Arciprete, o del Priore, come più volte abbiamo letto nei detti Statuti.

§. VI.

Della capacità de' Canonici Regolari alle Parrocchie anche Secolari dipendentemente dalla Storia del loro Inftituto.

XCIV. RIDOTTO il Clero, o per meglio dire, ridotti i Canonici alla vita Regolare, ed alla vita comune; e riftabilito quefto modo di vivere ne' medefimi, ci fembra molto difficile il foftenere, ch' effi dai Vefcovi non foffero prefcelti per la Cura dell' anime, avvengachè efperimentati, e riconofciuti per uomini di capacità e di favj coftumi, e però ben adattati al governo fpirituale delle Parrocchie. Nè ritrovandofi prova veruna dell' intervento dell' autorità del Papa in fimili provifte, fi deve ammettere, che quefti Canonici allora affumeffero le Parrocchie colla fola licenza del loro Superiore, ed in fequela della fola collazione del Vefcovo. E l' unica difficoltà può ridurfi all' efaminare, fe perciò ufciffero dai Chioftri, o pure fe reftando ne' Chioftri, faceffero l' ufficio di Paroco, come fembra affai verifimile.

XCV. Deducendo la prova di queft' afferzione da un Concilio di Rems tenuto *l' anno* 874. colla prefidenza *d' Incmaro* Remenfe, nella Collezione dell' *Arduino al tomo* 5. *pagin.* 409. fupponendofi nel Concilio la dimora de' Canonici Regolari Parrochi dentro il Monaftero, ed inferendofi da ciò l' incompatibilità coll' uffizio di Parroco, additando in quefto modo non effer lodevole l' ufo, che ai Canonici Regolari fi daffero le Parrocchie: *Conftat enim, & certum eft, quia & Clauftris Monafterii, atque obfequia debita, & quæ funt neceffaria Plebi in rufticanis Parochiis, infimul exequi nemo valebit: quomodo enim, fi intempeftæ noctis filentio, aut infans natus periclitatur, aut infirmus Viaticum munus petierit, Canonicus a Clauftris Monafterii exiet, & ad villam infirmorum neceffitatibus pergens fuccurrere prævalebit?*

XCVI. Conforme nel Paragrafo antecedente fi è veduto *fotto il num.* 87. *Aleffandro II.* fu quello, che

res in Lateranensis Basilicæ servitium restituit. Illud certo affirmari potest, ejusdem Basilicæ Parochiam ab ipsis administratam fuisse, extat enim etiamnum in Basilicæ Tabulario Paschalis II. Bulla data *die 27. Decembris an.* 1106. ad Priorem & Fratres Basilicæ Lateranensis inscripta, in qua Parochiam ad eamdem Ecclesiam pertinentem ipsis adjudicat, ejusque fines circumscribit: servatur quoque in eodem Tabulario altera Innocentii II. Bulla anni 1213. qua controversia quædam dirimitur, quam Clerici Basilicæ S. Laurentii de Palatio adversus eosdem Canonicos Regulares super quibusdam Parochialibus juribus excitaverant.

XCVII. Nos investigare studuimus, an umquam Romæ iidem Canonici Lateranenses ad seculares Parochias allecti fuerint, atque hæc invenimus, quæ statim subjiciemus. P. Mabillonius ad calcem Tomi secundi Musei Italici edidit librum *de Ecclesia Lateranensi* a Joanne Diacono conscriptum, qui Auctor nono seculo florebat, quando scilicet in Lateranensi Basilica divinam quidem psalmodiam Benedictini Monachi peragebant, Sacramenta vero a Canonicis ministrabantur, quemadmodum supra a Nobis dictum fuit. Describit Joannes Diaconus cæremonias a Romano Pontifice servari solitas, cum in solemni aliqua Festivitate Sacrum Pontificio more faciebat in Basilica Lateranensi, aitque, adesse debere septem Episcopos collaterales, *cum viginti, & octo Cardinalibus totidem in ecclesiis intra muros Urbis Romæ præsidentibus*, qui omnes procul dubio erant Parochi Romani. Deinde narrare pergit, quod præter Archidiaconum, & sex Diaconos Palatinos, duodecim adstabant Diaconi Regionarii, & quod hi decem & octo Diaconi totidem Ecclesias habebant *infra muros Civitatis, & tamen omnes sunt Canonici Patriarchalis Basilicæ Lateranensis*, ut videri potest *pag.* 567. Verum tantom abest ut horum Diaconorum Ecclesias Parochiales fuisse demonstretur, ut contrarium evinci facile possit; nam Diaconiæ nihil aliud erant, nisi loca, in quibus a Diaconis Regionariis eleemosynæ Pauperibus Regionum distribuebantor. Ab his locis, sive domibus Diaconiæ nomen deinde ad Oratoria translatum est, quæ progressu temporis adjecta fuere: *Verum postmodum non ipsæ dumtaxat domus hospitales Diaconiæ nuncupatæ, sed præsertim quæ ipsis adjuncta erant Oratoria*: sicuti recte observat Du-Fresne in Glossario V. *Diaconia*. In Annalibus Baronii *ad annum* 1057. *pag.* 136. Editionis Romanæ an. 1605. monumentum refertur, ex quo colligitur, Regionariorum Diaconorum munus fuisse Evangelium canere in Stationibus, Palatinorum vero Diaconorum idem facere in Ecclesia Lateranensi. Formula quidem, qua Diaconia hujusmodi conferebatur: *Igitur te Joannem religioso intentionis tuæ studio provocati mensis pauperum, & euhibendæ Diaconiæ eligimus præponendum*, ut videre est apud S. Gregorium *lib. 9. indict. 4. epist.* 24. animarum procurationem profecto non præfert.

XCVIII. In Lateranensis autem Basilicæ Tabulario Bulla extat Nicolai IV. edita anno 1291. qua Pontifex plures super vivendi ratione, & regulari observantia Lateranensibus Canonicis regulas præscribens, decernit, ut in Basilica sexdecim Canonici semper existant, in quorum numero Prior recenseatur; ut in Ecclesia S. Joannis *ante Portam latinam* saltem quatuor esse debeant, sive tres una cum Archipresbytero, in Ecclesia vero S. Andreæ in Silice tres Canonici cum Præposito; *Aliæ vero Obedientiæ ejusdem Lateranensis Ecclesiæ per Canonicos gubernentur, sicut fuit hactenus consuetum, ita tamen, quod solus absque socio non moretur,*

lo, che rimise i Canonici Regolari al servizio della Basilica Lateranense. Si può dire con sicurezza, che la Parrocchia della detta Basilica fu da essi amministrata, essendovi nell' Archivio della Basilica ancor oggi una Bolla di *Pasquale II.* data *li 27. Decembre dell' anno* 1106. diretta al Priore ed a' Fratelli della Basilica Lateranense, nella quale conferma loro la Parrocchia spettante alla detta Chiesa, descrivendone i suoi confini, ed essendo pure nel detto Archivio un' altra Bolla d' *Innocenza II. dell' anno* 1213. nella quale decide una controversia mossa da' Chierici della Basilica di S. Lorenzo del Palazzo sopra certi jus Parrocchiali contra i detti Canonici Lateranensi.

XCVII. Abbiamo procurato d' indagare, se i detti Canonici Lateranensi fossero mai stati assunti alle Chiese Secolari Parrocchiali di Roma, ed abbiamo ritrovato quanto ora siegue. Diede il Padre *Mabillon* alle stampe nel fine del tomo secondo del suo Museo Italico il Libro *de Ecclesia Lateranensi* di *Giovanni Diacono* Scrittore del nono secolo, nel qual tempo la Basilica Lateranense era servita nella Salmodia dai Monaci Benedettini, e nell' amministrazione de' Sagramenti dai Canonici, come di sopra si è esposto. Descrive *Giovanni Diacono* il Ceremoniale del Papa, quando in qualche Festa solenne celebrava Pontificalmente la Messa nella Basilica, dice, che vi debbono assistere sette Vescovi collaterali, *cum viginti & octo Cardinalibus totidem in Ecclesiis intra muros Urbis Romæ præsidentibus*, qoali tutti senza dubbio erano Parrochi in Roma. Prosegue, esponendo, ehe, oltre l' Arcidiacono, e sei Diaconi Palatini, v' assistevano dodici Diaconi Regionarj, che questi diciotto Diaconi aveano altrettante Chiese *infra muros Civitatis, & tamen omnes sunt Canonici Patriarchalis Basilicæ Lateranensis*, come può vedersi *alla pag.* 567. Che poi le Chiese di questi Diaconi fossero Parrocchiali, non solo non si prova, ma può provarsi il contrario, non essendo state le Diaconie altro, che luoghi, ne' quali dai Diaconi Regionarj si distribuivano le limosine ai poveri delle Regioni. Passò poi da questi luoghi, o siano case, il nome di Diaconia agli Oratorj, che col tratto del tempo furono aggiunti: *Verum postmodum nan ipsæ dumtaxat domus hospitales Diaconiæ nuncupatæ, sed præsertim quæ ipsis adjuncta erant Oratoria*: come ben osserva il *du Fresne* nel suo *Glossario* alla parola *Diaconia*. Negli Annali del *Baronio all' anno 1057. pag. 136.* della Stampa di Roma *del* 1605. vien registrato un monumento, da cui si deduce, essere stato peso de' Diaconi Regionarj cantar il Vangelo nelle Stazioni, e de' Diaconi Palatini il far lo stesso nella Chiesa Lateranense. E la formula con cui si commetteva la Diaconia -- *Igitur te Jaannem religioso intentionis tuæ studio provocati mensis pauperum, & euhibendæ Diaconiæ eligimus præponendum*; come può vedersi appresso *S. Gregorio al lib. 9. indict. 4. epist.* 24. non porta certamente seco la commissione della Cura dell' anime.

XCVIII. Nell' Archivio poi della Basilica Lateranense si ritrova una Bolla di *Niccolò IV.* spedita *l' anno* 1291. nella quale prescrivendo varie Regole ai Canonici Lateranensi circa il modo di vivere, e circa l' osservanza Regolare, stabilisce, che sempre nella Basilica vi siano sediei Canonici computato il Priore, che nella Chiesa di San Giovanni *ante Portam latinam* ve ne debbano essere almeno quattro, o tre coll' Arciprete, e nella Chiesa di S. Andrea in Selce tre Canonici col Proposto; *Aliæ vero Obedientiæ ejusdem Lateranensis Ecclesiæ per Canonicas gubernentur, sicut fuit hactenus consuetum, ita tamen, quod solus absque socio*

retur, si commode fieri potest: & paulo post: *Item quod Ecclesiæ, & Obedientiæ Lateranensis Ecclesiæ per Priorem, & Capitulum nemini extra Collegium tenendæ, regendæ, & custodiendæ aliquatenus committant absque licentia Sedis Apostolicæ speciali, sed temporibus opportunis, cum ipsis Priori, & Capitulo videbitur expedire, per oblatos dictæ Ecclesiæ regi possint, & gubernari, quousque ei placuerit, & ad oblatos morantes extra Lateranensem Ecclesiam, hoc nullatenus se extendat.*

XCIX. Clarissimus Canonicus Joannes Marius Crescimbeni elucubravit, ac typis edidit anno 1716. Historiam Ecclesiæ S. Joannis *ante Portam latinam, & lib. 4. cap. 5. & 6.* Bullam affert Lucii II. qui an. 1144. Basilicæ Lateranensi Ecclesiam adjunxit S. Joannis *ante Portam latinam*, insuper aliam Anastasii IV. qui an. 1154. eamdem conjunctionem ratam habet, demum aliam similem Gregorii IX. quæ prodiit an. 1227. in quibus omnibus Bullis eadem Ecclesia Parochialis minime appellatur. Nihil de alia S. Andreæ in Silice Ecclesia compertum. Quod vero ad Obedientias spectat, eæ nihil aliud erant, nisi Cellæ, Præposituræ, ac Granciæ a Monasteriis dependentes, ad quas Abbas *vi obedientiæ* quosdam Monachos mittebat: Si quæ autem in his Ecclesiæ Parochiales extitissent, quod nequaquam verisimile videtur, certum est, quod Monachi ad illarum regimen destinati amoveri potuissent, uti conjicitur ex eadem Bulla Nicolai IV., *quousque ei placuerit*, Priori scilicet, & Capitulo. Idem quoque ante Nicolaum IV. ab Honorio III. constitutum fuerat: *Nec alicui committatur aliqua Obedientia perpetuo possidenda, tamquam in sua sibi vita locetur; sed cum oportuerit amoveri, sine contradictione qualibet removeatur.* Ante Honorium III. itidem Magnus Pontifex Innocentius III. quædam sanxerat adversus illos Canonicos Regulares, qui, cum in claustris vitam degere deberent, Obedientiam aliquam assecuti, pecunias congerebant, & Principum virorum Aulas circuibant, ut videre est in *Cap. Quanto, de officio Judicis ordinarii*: cumque Canonici quidam Regolares ab Apostolica Sede obtinuissent confirmationes *ad vitam* administrationum, quæ ipsis commissæ fuerant, idem Pontifex eas irritas declaravit, vel quia non expresserant, administrationes sui Ordinis fuisse, vel quia non consueverat Sedes Apostolica perpetuas confirmationes Regularibus viris elargiri, sed universo Ordini, quemadmodum videri potest in *Cap. Ad nostram*, & in *Cap. Porrecta, de Confirmatione utili, vel inutili*; atque ita per generalem Regulam decrevit in *Cap. Cum ad Monasterium, de statu Monachorum: Nec alicui committatur aliqua Obedientia perpetuo possidenda, tamquam in sua sibi vita locetur; sed cum oportuerit amoveri, sine contradictione qualibet revocetur.*

C. De hisce Obedientiis agit Moulinetus in suis Disquisitionibus de Canonicis *pag. 314. & 315.* De iis etiam loquitor Du-Fresne in Glossario Parisiis edito anno 1733. cum additamentis Monachorum Congregationis S. Mauri, ubi animadvertit, ex his Obedientiis originem duxisse Priores rurales; ad illas aliquando plures Monachos missos fuisse, ipsos interdum sacras ædiculas, & sacella extruxisse, quæ processo temporis Beneficia evaserunt, & tunc constitutum fuisse, ut, si plures Monachi ad unam eamdemque Obedientiam se conferrent, semper Prior adesset, qui eorum vitæ rationem inspiceret, nec umquam soli permanerent: quare Alexander III. ad Hugonem Abbatem scribens, ita loquitur: *Præsenti scripto vobis dunimus indulgendum, ut liceat vobis in Ecclesiis vestris,* cum

cio non moretur, si commode fieri potest: e poco dopo: *Item, quod Ecclesiæ, & Obedientiæ Lateranensis Ecclesiæ per Priorem, & Capitulum nemini extra Collegium tenendæ, regendæ, & custodiendæ aliquatenus committant absque licentia Sedis Apostolicæ speciali, sed temporibus opportunis, cum ipsis Priori, & Capitulo videbitur expedire, per oblatos dictæ Ecclesiæ regi possint, & gubernari, quousque eis placuerit, & ad oblatos morantes extra Lateranensem Ecclesiam, hoc nullatenus se extendat.*

XCIX. Fu composta, e stampata dalla buona memoria del Canonico *Giammario Crescimbeni l'anno* 1716. la Storia della Chiesa di S. Giovanni avanti la Porta Latina, ed *al lib. 4. cap. 5. e 6.* porta la Bolla di *Lucio II.* che *nel* 1144. unì alla Basilica Lateranense la Chiesa di San Giovanni *ante Portam Latinam*, ed un'altra d' *Anastasio IV.* che *nel* 1154. conferma la detta unione, ed un' altra consimile di *Gregorio IX.* spedita *l'anno* 1227. nelle quali la detta Chiesa non è chiamata Parrocchiale. Nulla si sa dell'altra Chiesa di S. Andrea in Selce. E quanto alle Obbedienze, esse non erano, che Celle, Propositure, e Grancie, dipendenti da Monasterj, alle quali l'Abbate mandava alcuni Monaci *vi obedientiæ*: e quando in queste vi fossero state Chiese Parrocchiali, il che non è verisimile, certa cosa si è, che i Monaci destinati al governo d' esse sarebbero stati amovibili, come si deduce dalla detta Bolla di *Nicola IV. quousque ei placuerit*, parlaodo del Priore, e Capitolo. Prima pure di *Nicola IV.* ciò era stato stabilito da *Onorio III. Nec alicui committatur aliqua Obedientia perpetuo possidenda, tamquam in sua sibi vita locetur; sed, cum oportuerit amoveri, sine contradictione qualibet removeatur.* Prima altresì d' *Onorio III.* il gran Pontefice *Innocenzo III.* aveva date le dovute providenze contra que' Cannonici Regolari, che in vece di star nel Chiostro, essendo loro riuscito d'ottenere qualche Obbedienza, facevano denari, ed andavano girando per le Corti de' Prencipi, come si vede nel *Cap. Quanto, de Officio Judicis ordinarii:* ed avendo alcuni Canonici Regolari impetrato dalla Sede Apostolica la conserma *ad vitam* delle ammioistrazioni ad essi commesse, lo stesso Papa le dichiarò nulle, o perchè non avevano espresso, che fossero ammioistrazioni della loro Religione, o perchè la Sede Apostolica non era solita a dar conferme perpetue alle persone Regolari, ma bensì al Corpo della Religione, come può vedersi *nel Cap. Ad nostram, e nel Cap. Porrecta, de Confirmatione utili, vel inutili*; e per regola generale determinò *nel Cap. Cum ad Monasterium, de statu Monachorum*, come siegue: *Nec alicui committatur aliqua Obedientia perpetuo possidenda, tamquam in sua sibi vita locetur; sed cum oportuerit amoveri, sine contradictione qualibet revocetur.*

C. Tratta di queste Obbedienze il *Moulinet* nelle sue Disquisizioni de' Canonici *alla pagina* 314. *e* 315. Ne parla pure il du *Fresne* nel suo Glossario stampato in Parigi *l'anno* 1733. colle Aggiunte de' Monaci della Congregazione di S. Mauro, ove osserva, che da queste Obbedienze ebbero la loro origine i Priori rurali, che alle dette Obbedienze si mandavano alle volte più Monaci, che essi alle volte fabricavano Cappelle, e Chiesole, quali col tratto del tempo divennero Benefizj, e che allora su preso il temperamento, che, aodando più d' un Monaco alla stessa Obbedienza vi fosse sempre un Priore per invigilare sopra la loro condotta, oè mai vi stasero soli: onde *Alessandro III.* scrivendo ad Ugone Abbate, così dice: *Præsenti scripto vobis duximus indulgendum, ut liceat* vobis

cum vacaverint, quoslibet de Canonicis vestris ponere, dum tamen soli non remaneant, ita quod Diœcesano de spiritualibus, vobis vero de temporalibus, & Ordinis observantia debeant respondere: quod tunc etiam locum habere voluit, cum aliqua Parœcia in Obedientiis fuisset instituta, uti colligitur ex alia ejus Epistola ad Joannem Abbatem S. Joannis in Vineis Suessionensis conscripta: *Ut, si in Civitate Suessionensi, Castro, vel Villa, aliquem eu suis Canonicis Parœcialem esse Presbyterum contingat, in eadem domo cum Fratribus suis moretur*.

CI. Quemadmodum item superiori paragrapho num. 90. exposuimus, Ivoni Carnotensi laudi vertitur, quod Canonicorum Regularium Ordinem restauraverit. Hic in sua Epistola *69.* ad Galterum Præpositum Ecclesiæ Stirpensis se ab illo accepisse scribit, Lemovicensem Episcopum in sua Synodo vetuisse, ne ullus Clericus Regularis Parochiarum regimen susciperet, ac Confessiones audiret: hanc autem illius agendi rationem improbat inquiens: *Rectius quidem fecisset, si omnes Sacerdotes ad regularem vitam invitasset, quam regulariter viventes a Dominicarum ovium custodia penitus removisset*: & tandem concludit, quod *Clerici Regulares ab hoc officio, nec penitus sunt removendi, nec indiscrete admovendi; nam, si penitus removentur, Canonico Ordini indigna fit injuria*; & quod ii Canonici, qui moribus & prudentia satis spectati fuerint, Episcopo se sistant: *Eos deducite ante præsentiam Episcopi, ut ab eo curam animarum suscipiant. Sic enim facientes, & Episcopali reverentiæ, quod suum est, deferetis, & Canonicæ Institutionis nulla dispendia facietis, qui ideo Canonici appellati estis, quod Canonicas Regulas vos velle observare ceteris arctius devovistis*. Neque aliter Ivo scripsit in epistola 313. ad Joannem Aurelianensem: *Non tamen ad hoc officium alii assumendi sunt, nisi quos vita & doctrina commendat, & Episcopalis auctoritas ad hoc agendum idoneos probat*. Non est dubium quin istæ Ivonis epistolæ perspicue evincant Canonicorum Regularium capacitatem ad Animarum curam exercendam cum sola Regularis Præsidis facultate, cum Episcopi approbatione, & sine Apostolica Dispensatione. Verum in hoc cardo rei vertitur, ut videamus, an illæ Parochiæ, vel Animarum administrationes perpetuæ fuerint, *& ad vitam*, an revocabiles, saltem si quando id Regulari Præsidi visum esset ad spiritualem subditi utilitatem: quam in rem, præter ea, quæ mox a Nobis afferentur de Ordine Præmonstratensi, is, quem sæpe nominavimus, Desnosius in suo *Canonico Seculari & Regulari lib. 3. cap. 50.* Epistolam profert Alexandri III. quam authenticam servari testatur in Archivo Canonicorum Regularium S. Bartholomæi Noviodunensis, in qua decernit, *ut liceat* (Abbati) *cum consilio Capituli sui Fratres vestros, qui in Ecclesiis vestris fuerint, ab eisdem Ecclesiis ad Claustrum vestrum sine contradictione qualibet revocare*. Hic autem Pontifex haud dubie loquitur de Ecclesiis Parochialibus; nam ita subdit: *Statuimus insuper, ut Fratres, qui in præscriptis Ecclesiis curam animarum habuerint, prius debeatis Diœcesano Episcopo præsentare, a quo animarum curam suscipiant*. Duæ quoque extant Stephani Tornacensis epistolæ, idest 108. & *179.* quibus cum eodem Alexandro III. de Episcopis conqueritur, qui contra Regularis Præsidis voluntatem Canonicos Regulares in Parochiis retinere volebant: ad quas literas ipse Pontifex respondit, id Episcopos injuste agere, atque in Regularium Præsidum potestate situm esse Canonicos suos Regulares ad Claustra revocare, quamquam ii Parochi fuissent, ut vide-

re est

vobis in Ecclesiis vestris, cum vacaverint, quoslibet de Canonicis vestris ponere, dum tamen soli non remaneant, ita quod Diœcesano de spiritualibus, vobis vero de temporalibus, & Ordinis observantia debeant respondere: il che pure estese anche al caso, in cui nelle Obbedienze fosse stata instituita qualche Parrocchia, come si desume dall'altra sua lettera scritta a Giovanni Abbate di San Giovanni nelle Vigne di Soissons: *Ut, si in Civitate Suessionensi, Castro, vel Villa, aliquem eu suis Canonicis Parœcialem esse Presbyterum contingat, in eadem domo cum Fratribus suis moretur*.

CI. Conforme pure nell' antecedente Paragrafo *al num. 90.* è stato esposto, deesi ad *Ivone Carnotense* la gloria d'aver ristabilito l'Ordine de' Canonici Regolari. Questi *nella sua lettera 69.* a *Galtero* Proposto della Chiesa Stirpense scrive d' aver inteso da lui, che il Vescovo Lemovicense nel suo Sinodo aveva proibito a tutti i Chierici Regolari il reggimento delle Parrocchie, ed il sentire le Confessioni; disapprova la di lui condotta: *Rectius quidem fecisset, si omnes Sacerdotes ad regularem vitam invitasset, quam regulariter viventes a Dominicarum ovium custodia penitus removisset*: e finalmente conchiude, che *Clerici Regulares ab hoc officio, nec penitus sunt removendi, nec indiscrete admovendi; nam, si penitus removentur, Canonico Ordini indigna fit injuria*: e che quei Canonici, che saranno ben assicurati nel costume, e nella prudenza, si presentino al Vescovo: *Eos deducite ante præsentiam Episcopi, ut ab eo Curam animarum suscipiant. Sic enim facientes, & Episcopali reverentiæ, quod suum est, deferetis, & Canonicæ Institutionis nulla dispendia facietis, qui ideo Canonici appellati estis, quod Canonicas Regulas vos velle observare ceteris arctius devovistis*. Scrisse dello stesso tenore *Ivone nella Lettera* 213. a Giovanni *Aurelianense*; *Non tamen ad hoc officium alii assumendi sunt, nisi quos vita, & doctrina commendat, & Episcopalis auctoritas ad hoc agendum idoneos probat*. Non v'ha dubbio, che queste lettere d' *Ivone* pongono in chiaro la capacità de' Canonici Regolari all'esercizio della Cura dell'anime colla sola licenza del Superiore Regolare, coll'approvazione del Vescovo, e senza la Dispensa Apostolica. Ma il punto si riduce a vedere, se queste Parrocchie, e queste Cure d' anime fossero perpetue, *& ad vitam*, o pure rivocabili; quando almeno ciò fosse placiuto al Superiore Regolare per bene spirituale del suddito, nel qual proposito, oltre ciò, che sarà da Noi poco dopo riferito rispetto all'Ordine Premonstratense, il più volte citato *Desnos* nel suo *Canonico Secolare, e Regolare al lib. 3. cap. 50.* porta una lettera d' *Alessandro III.* che attesta conservarsi autentica nell' Archivio de' Canonici Regolari di S. Bartolomeo di Noyon, nella quale determina, *ut liceat* all' Abbare *cum consilio Capituli sui Fratres vestros, qui in Ecclesiis vestris fuerint, ab eisdem Ecclesiis ad Claustrum vestrum sine contradictione qualibet revocare*; e quì il Papa certamente parla delle Chiese Parrocchiali; mentre soggiunge: *Statuimus, insuper, ut Fratres, qui in præscriptis Ecclesiis Curam animarum habuerint, prius debeatis Diœcesano Episcopo præsentare, a quo animarum curam suscipiant*. Due pure sono le lettere di *Stefano Tornacense*, cioè *la* 108. e *la 179.* nelle quali si lamenta col detto *Alessandro III.* de' Vescovi, che contra la volontà del Superiore Regolare volevano mantenere nelle Parrocchie i Canonici Regolari: alle quali lettere dallo stesso Pontefice si risponde, aver torto i Vescovi, ed essere in libertà de' Superiori Regolari il richiamare al Chiostro i suoi Canonici Regolari, benchè Parrochi, come può

vedersi

re est apud eumdem Desoosium *cit. loc. cap.* 51.

CII. Moulinetus in suis Disquisitionibus *de Canonicorum Ordine pag.* 44. inquit, undecimu seculo usum inolevisse Parochias tribuendi Canonicis Regularibus: *Constat, in Ecclesia, saltem ab undecimo seculo Parochianorum Curam nostratibus commissam, velut Clericis Apostolici officii consortibus*. Ordo Canonicorum Regularium Præmonstratensium cœpit initio seculi subsequentis; neque inter Canonicorum Regularium Ordines ullus fortasse est, qui plures quam ipse Ecclesiæ Parochos dederit, & nunc etiam det, ut videri potest apud Mireum in chronicis Ordinis Præmonstratensis in Præfatione ad Lectorem *pag.* 2. *&* 3. P. le Paige, quem alibi nominavimus, in sua Bibliotheca Præmunstratensi Bullam refert Alexandri IV. editam an. 1256. *pag.* 682. in qua, postquam exposuisset, plures hujus Ordinis Canonicos ad Parœcias ascitos fuisse, & si forte ab Abbate ad claustra revocarentur, ab Episcopis impediri consuevisse, his præcipit, ne revocationi hujusmodi obsistant, quemadmodum antea fecerant, sed ut liberum Regulari disciplinæ aditum relinquant, nec ubedientiæ statum & naturam debilitent, sed sinant ut Abbas Canonicum alium Regularem idoneum sibi exhibeat. In eadem Bibliotheca *pag.* 688. affertur Privilegium Urbani IV. datum anno 1262. in quo, præcedentibus privilegiis confirmatis, hoc superadditur in gratiam Ordinis Præmunstratensis: *Canonici vestri ex nostra speciali indulgentia possint Ecclesias Parochiales habentes Curam animarum impetrare, & impetratas per vestram officiare licentiam:* quod ita proculdubio intelligendum est, ut Canonici tamen Regulari suo Præsidi subjecti remaneant, atque ab eo possint ad claustra pro libito revocari: eo magis, quod Benedictus XII. in suis Constitutionibus editis pro refurmatione Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini an. 1339. quæ typis excusæ sunt in Bullariu Romano, atque in Bullariis Canonicorum Regularium Lateranensium, & SS. Salvatoris, & *Tom.* 17. Conciliorum Harduini, ita decrevit: *Præcipimus, quod Canonici Religionis præfatæ quæcumque in ipsa Religione auctoritate Sedis Apostolicæ, vel Legatorum ipsius Beneficia obtinentes obediant Superioribus suis Religionis ejusdem, ipsorumque subsint correctionibus, punitionibus, & statutis, & Beneficiis hujusmodi & causis rationalibus privari, & ab illis amoveri possint, quemadmodum possent, si foret per Superiores suos de iis Beneficiis eis provisum:* uti videri potest *pag.* 1565.

CIII. Denique, ut ad Sixti IV. tempora descendamus, quibus, ut superiuri paragrapho dictum est, Monasterium S. Mariæ Pacis Canonicis Lateranensibus assignatum fuit, inter ejusdem Ordinis eximius viros maxime enituit Matthæus Bossus, cujus cum laude meminit Pennuttus in Historia tripartita Ordinis Canonicorum Regularium *lib.* 3. *cap.* 11. *pag.* 583. *num.* 3. Proposuerat sibi Dux Urbini Parochialem Ecclesiam Eugubinam ejus Canonicis Regularibus tribuere; ipse autem epistola 50. ad eumdem Ducem conscripta ait: *Parochialium Ecclesiarum sic hodie est comperta conditio, sic consuetudo firmata, ut ad Regularem, & arctam illam, quam nos sequimur, vitam jam cooptari minime possint*. Solitudinem perpendit, assiduas preces, meditari, a publicis functionibus abesse; illud etiam animadvertit, quod nuptias debeant benedicere, & cum mulieribus versari; atque prima illa cum Parochi munere consistere non posse; quod autem ad has postremas res pertinet, *eas*, inquit, *ita adversari Professioni, & Sanctionibus nostris*

vedersi nello stesso *Desnos al luogo citato cap.* 51.

CII. Il *Moulinet* nelle sue Disquisizioni *de Canonicorum Ordine alla pag.* 404. dice, che nell'undecimo secolo era introdutto l'usu di dare ai Canonici Regolari le Parrocchie: *Constat, in Ecclesia, saltem ab undecimo seculo Parochianorum Curam nostratibus commissam, velut Clericis Apostolici officii consortibus*. L'Ordine de' Canonici Regolari Premonstratensi incominciò nel principio del secolu susseguente, nè vi è forse Ordine di Canonici Regolari, che abbia dati, e dia più Parrochi alle Chiese dell'Ordine predetto, come può vedersi oel *Mireo* nella Cronica dell'Ordine Premonstratense nella Prefazione al Lettore *pag.* 2. *e* 3. Il Padre *le Paige*, già altre vulte citato, nella sua Bibliuteca Premonstratense riferisce una Bolla di *Alessandro IV.* spedita *l'anno* 1256. *alla pag.* 682. nella quale, dopo aver espostu, che multi Canonici di quest'Ordine erano assunti alle Parrocchie, e che volendoli l'Abbate richiamare al Chiostro, venivano impediti da' Vescovi, ordina a questi il non opporsi alla richiamata, come avevano fatto per lo passato, ma che lasciassero libero il corso alla disciplina Regolare, e non snervassero il puntu dell'Obbedienza, e che aspettassero, che dall'Abbate fosse loro presentato altro Canonico Regolare idoneo. Nella stessa Biblioteca *alla pag.* 688. sta regitstratu un Privilegiu di *Urbano IV.* spedito *l'anno* 1262. in cui dopo aver confermati gli antecedenti Privilegj, aggiunge il seguente a pro dell'Ordine Premonstratense: *Canonici vestri eu nostra speciali indulgentia possint Ecclesias Parochiales habentes Curam animarum impetrare, & impetratas per vestram officiare licentiam*: il che senza dubbiu deve intendersi salva la subordinazione de'Canonici al loro Superiore Regolare, ed il potere da essu esser richiamati al Chiostro; tanto più che *Benedetto XII.* nelle sue Constituzioni fatte per la riforma de'Canonici Regulari dell'Ordine di S. Agostino *l'auno* 1339. che sono stampate nel Bollario Romano, e ne' Bollarj de' Canonici Regolari Lateranensi, e degli altri del Santissimo Salvatore, e nel *tom.* 17. de' Concilj dell' *Arduino*, così stabilì: *Præcipimus, quod Canonici Religionis præfatæ quæcumque in ipsa Religione auctoritate Sedis Apostolicæ, vel Legatorum ipsius Beneficia obtinentes obediant Superioribus suis Religionis ejusdem, ipsorumque subsint correctionibus, punitionibus, & Statutis, & Beneficiis hujusmodi en causis rationabilibus privari, & ab illis amoveri possint, quemadmodum possent, si foret per Superiores suos de iis Beneficiis eis provisum:* come può vedersi *alla pag.* 1565.

CIII. Finalmente, discendendo ai tempi di *Sisto IV.* ne' quali, come abbiamo detto nel Paragrafo antecedente, ai Canunici Lateranensi fu assegnatu il Monastero della Madonna della Pace, uno de' più riguardevuli del detto Ordine, fu *Matteo Bosso*, di cui fa onorata menzione il *Pennotto nella Storia tripartita dell'Ordine de' Canonici Regolari al lib.* 3. *cap.* 11. *pag.* 583. *num.* 3. Aveva il Duca d'Urbino in idea di dare ai suoi Canonici Regolari la Chiesa Parrocchiale di Gubbiu: ed essu *nella lettera* 50. scritta gli dice: *Parochialium Ecclesiarum sic hodie est comperta conditio, sic consuetudo firmata, ut ad Regularem, & arctam illam, quam nos sequimur, vitam jam cooptari minime possint*. Considera la solitudine, la continua urazione, il meditare, il non farsi vedere nelle pubbliche funziuni; considera il dover benedire le nozze, il dover trattare spesso colle donne; e dice, che le prime cose non sono compatibili coll' uffizio di Parroco, e che rispetto alle ultime, *eas ita adversari Professioni, & Sanctionibus nostris*

nostris existimamus, ut adversari magis nihil possit omnino.

§. VII.

De Canonicorum Regularium capacitate ad Canonicatus Metropolitanarum, Cathedralium, & Collegiatarum Secularium, si eorum Instituti historia spectetur.

CIV. SI eorum Instituti legibus, ut æquum esse videtur, inhærendum sit, ægre admodum sustineri posse videtur, Canonicos Regulares juxta illud e claustris exire posse, atque ad Canonicatus Seculares migrare, Dignitates & Canonicatus in Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis Secularibus obtinendo.

CV. Is, quem sæpe laudavimus, P. Chapponel in historia, quam de Canonicis Regularibus erudite conscripsit, cum agnoscat, vel eo tempore, quo Ecclesiastici viri communem vitam servabant, nonnullos etiam tum in eorum cœtu fuisse, qui eam minime servabant, sed in suis domibus vivebant, quemadmodum Ecclesiastici seculares hodierna die vivere solent, eo audaciæ prolabitur, ut non satis habeat laudibus extollere, & ceteris præponere ecclesiasticos illos viros, qui communem vitam ac sine proprietate degebant, verum etiam eos acriter insectetur, qui suis sumptibus, atque in suis ædibus vivebant, asserens, hanc vivendi rationem undecimo, & duodecimo seculo tolerari cœpisse, atque eos, qui usque ad illud tempus communionis bonorum, atque evangelicæ spontaneæ illorum abdicationis regulas secuti non fuerant, acephalos, a canonica vita transfugas, atque improbos fuisse.

CVI. Adversus audaciam Patris Chapponel nervose admodum atque erudite conscripsit, quamvis tacito nomine, Canonicus quidam Regularis Præmonstratensis, qui, ut eruditis viris compertum est, Carolus Aloysius Hugo nuncupatur; quemadmodum videre est in Censura ejusdem Historiæ, edita Luxemburgi anno 1700. In ea evidentibus Patrum, Conciliorum, Summorum Pontificum, & gravissimorum Auctorum auctoritatibus evincitur, duodecim prioribus seculis, si clerici erant, qui conjunctim & sine proprietate vivebant, alios non defuisse, qui de suo vivebant, ac extra societatem; si aderant Canonici Regulares, Seculares quoque Canonicos extitisse; si Canonici Regulares laudibus ferebantur, approbabanturque, non tamen in vituperationem incurrisse, atque improbatos fuisse Canonicos Seculares proprietarios; inter cetera vero præclara monumenta profert epistolam 26. S. Cypriani, juxta editionem Rigaltii, scriptam exilii sui tempore ad Presbyteros, & Diaconos sui cleri, ubi posteaquam viduas, ægrotos, & peregrinos commendavit, subjungit, qood si ad peregrinos alendos communes reditus non sufficerent, ad eam redituum partem confugerent, quæ ipsi peculiaris erat, quamque Sacerdotis Rogatiani fidei commiserat: *Sed & peregrinis, si qui indigentes fuerint, sumtus suggeratis de quantitate mea propria, quam apud Rogatianum Compresbyterum nostrum dimisi*: non enim verisimile est, S. Cyprianum communem vitam suo Clero præcepisse, dum ipse propria possideret.

CVII. Qui plura de hoc argumento cognoscere cupiat, idem Caroli Aloysii Hugo opus adeat; Nobis autem satis ad rem nostram esse debet animadvertere, quod si, juxta Canonicorum Regularium historiæ Scriptorem, qui tantum, atque adeo laudabiliter pro ipsis adlaboravit, status Canonici secularis per priora decem, vel undecim secula reapse malus fuit, & vix hodierna die toleratur,

qua

existimamus, ut adversari magis nil possit omnino.

§. VII.

Della capacità de' Canonici Regolari ai Canonicati delle Metropolitane, Catedrali, e Collegiate Secolari dipendentemente dalla Storia del loro Instituto.

CIV. QUANDO si debba stare, come sembra doveroso, alle leggi del loro Instituto, sembra difficile il poter sostenere, che dipendentemente da esso possano i Canonici Regolari uscire dal Chiostro, e passare ai Canonici Secolari, ottenendo Dignità, e Canonicati nelle Metropolitane, Catedrali, e Collegiate Secolari.

CV. Il più volte citato Padre *Chapponel* nella sua bella Storia de' Canonici Regolari, riconoscendo, che nel tempo stesso, in cui gli Ecclesiastici osservavano la vita comune, anche nel loro Ceto si ritrovavano alcuni, che non l' osservavano, e che vivevano nelle case loro, come vivono gli Ecclesiastici Secolari d' oggidì, con molto ardire non si contenta di lodare, e dar la prelazione nel merito agli Ecclesiastici, che vivevano in comune, e senza proprietà, ma maltratta quelli, che vivevano col proprio, e nelle case loro, asserendo, che questo modo di vivere incominciò ad essere tolerato nell' undecimo, e duodecimo secolo, e che quelli, che fino a quel tempo non avevano seguite le regole della comunità, e dello sproprio Evangelico, erano stati acefali, desertori della vita Canonica, e malviventi.

CXXVII. Passando al contegno, di sopra si è veduto quanto sia stato l'impegno della Ecclesiastica disciplina, ad effetto, che i Canonici Regolari usciti dal Chiostro non stassero alle Parrocchie soli, ma in compagnia d'un altro Canonico Regolare, il che fu poi modificato da *Innocenzo III. nel Cap. Quod Dei timorem*, colle patole, *si commode fieri potest*. Ciò anche dà a divedere lo stesso impegno rispetto alla ritenzione dell' Abito: imperocchè sarebbe stata una cosa stravagante il dare al Parroco la libertà di lasciare l' Abito Religioso, e prescrivergli nello stesso tempo il ritenere in sua compagnia, per vivere secondo l' Instituto, un Canonico Regolare, che certamente non doveva deporre l'Abito Regolare. Non si ritrova prescritto al Canonico Regolare assunto a qualche Canonicato, il ritenere appresso di se un Compagno Regolare, ed il non portarsi dal nuovo Canonico l'Abito Regolare, s'appoggia alla deformità, che comparirebbe agli occhi del pubblico, vedendo nello stesso Ceto uno vestito in un modo, e gli altri in un altro, il che però non cagiona deformità nel Sagro Collegio de' Cardinali, nel

uno eodemque Cœtu, non eodem modo ac reliqui omnes, indutus incederet; quod tamen deformitatem non patit in Sacro Cardinalium Collegio, in quo Cardinales Regulares habitum suum regularem gestant colore diversum a veste aliorum Cardinalium, qui non sunt Regulares.

CXXVIII. Attamen ne quid dissimulemus, fatebimur, cum Sacræ Congregationis Concilii munus obiremus, propositam, ac discussam fuisse quandam Causam Firmanam die 23. Maji an. 1722. in qua hoc dubium propositum est: *An Thomas de Adamis* Congregationis Lateranensis, cui Parœcia collata fuerat, *teneatur deferre habitum Regularem Congregationis Lateranensis tam in Functionibus Ecclesiasticis, quam extra Ecclesiam, & respective habere Socium dictæ Congregationis:* & responsum fuit, *Ad mentem*, ut videri potest *Tom.* 2. *Resolutionum pag.* 176. mens autem fuit, ut habitum Presbyteri Secularis deferret, prout moris est, & Socium Regularem secum retinere non cogeretur, quemadmodum nos ipsi fatemur in nostro Discursu in alia Causa Anconitana alterius Canonici Lateranensis, edito Tom. 4. ejusdem Thesauri *pag.* 91. *& seqq.* ac præsertim *pag.* 93.

CXXIX. Huc etiam pertinet animadvertere, Canonicos istos Regulares, postquam e Religione exierunt ob Beneficium seculare, cui vel Animarum Cura, vel residendi onus incumbit, quamdiu vivunt, reditibus frui, eosque administrare, non secus ac si Clerici, & Presbyteri Seculares revera essent. Id adversari videtur Paupertatis Voto, quod, justa adhibita proportione, possunt ac debent etiam in novo statu servare, ut docet S. Thomas 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 8. Dum Romanum Pontificatum gereret Sixtus V. actum est de Parœciis conferendis quibusdam viris Regularibus, atque ab eodem Pontifice hoc Rescriptum prodiit, quod refertur a Præsule Pitonio *cap.* 8. *sui Operis num.* 5. *Sixto V. placuit ad tempus tantum concedi dispensationem in casu penuriæ Sacerdotum*, nempe Secularium; *& tunc, deducto victu, superabundantes reditus convertantur in alimoniam pauperum, & utilitatem Ecclesiæ, & non fiant, nisi instante Episcopo, pro utilitate, & necessitate Ecclesiæ.* Idem quoque Pitonius *cap.* 21. Operis *num.* 11. consentit, quod ita se gerere deberent Canonici Lateranenses, & SS. Salvatoris, qui Parœcias, vel Seculares possident Canonicatus: *In Beneficiis, quæ excedunt congruam sustentationem, superfluos reditus tenentur Canonici Regulares erogare in utilitatem Ecclesiæ, & in eleemosynas Pauperum, ut habetur in oraculo sanctæ memoriæ Sixti V. supra relato in cap.* 8. *num.* 5.

CXXX. Modo nonnulla scitu necessaria subjicienda sunt de immunitate, qua Canonici Regulares a Religione, suisque Præpositis perfruuntur, posteaquam Parœciam vel Canonicatum obtinuerunt. Consentiunt ipsi, ut quis alterutra de causa e Religione exire valeat, requiri licentiam Capituli Generalis, vel ejus qui Capituli vices gerit: quod Canonicis Lateranensibus in eorum Professione præscribitur, atque in ceteris omnibus cum Obedientiæ Voto necessariam connexionem habere dicendum est. Verum si hujusmodi licentia eisdem denegatur, ad Papam, vel ad Sacras Congregationes se posse confugere arbitrantur, ut Regularis Præsidis dissensus, quem injustum esse contendunt, suppleatur: *Murga de Beneficiis quæst.* 2. *num.* 261. *Castropalaus tract.* 13. *de Beneficiis disput.* 1. *part.* 3. §. *I. num.* 20. *Sanchez ad Præcepta Decalogi lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 68. *Lessius de Justitia & Jure lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 12. *num.* 97. *vers. Posset, Pellizzarius*

quale i Cardinali Regolari portano il loro Abito Regolare differente nel colore dall'Abito degl'altri Cardinali, che non sono Regolari.

CXXVIII. Nulladimeno per non dissimulare cosa veruna, diremo, che quando eravamo Segretario del Concilio, fu proposta, e discussa una certa Causa *Firmana ai* 23. *di Maggio del* 1722. nella quale fu proposto il Dubbio seguente: *An Thomas de Adamis* della Congregazione Lateranense, che aveva avuta una Cura d'Anime, *teneatur deferre Habitum Regularem Congregationis Lateranensis tam in Functionibus Ecclesiasticis, quam extra Ecclesiam, & respective habere Socium dictæ Congregationis:* e la risposta fu, *Ad mentem*, come può vedersi nel *tomo* 2. delle Risoluzioni alla *pag.* 176. e la mente fu, che portasse l'Abito di Prete Secolare, secondo il solito, e non fosse obbligato a tenere il Compagno Regolare, come Noi stessi attestiamo in un nostro Discorso in un'altra Causa *Anconitana* d'un altro Canonico Lateranense, stampato nel *tom.* 4. del predetto Tesoro alla *pag.* 91. e seguenti, e particolarmente alla *pag.* 93.

CXXIX. Appartiene a questa medesima inspezione l'esporre, che questi Canonici Regolari usciti dalla Religione con un Benefizio Secolare, o di Cura d'Anime, o di residenza, fino che vivono, godono l'entrate, e le amministrano, come se fossero Chierici, e Preti puramente Secolari. Ciò sembra contrario al Voto di Povertà, che possono colla dovuta proporzione, e sono obligati a mantenere anche nel nuovo stato, secondo la dottrina di *S. Tommaso nella* 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 8. Nel tempo del Pontificato di *Sisto V.* trattossi di dare Parrocchie a certi Regolari; e dal predetto Pontefice fu fatto il seguente Rescritto, riferito da Monsignor *Pitoni nel cap.* 8. *della sua Opera al num.* 5. *Sixto V. placuit ad tempus tantum concedi dispensationem in casu penuriæ Sacerdotum*, cioè Secolari; *& tunc, deducto victu, superabundantes reditus convertantur in alimoniam pauperum, & utilitatem Ecclesiæ, & non fiant, nisi instante Episcopo, pro utilitate, & necessitate Ecclesiæ.* E lo stesso Monsignor *Pitoni* nel *cap.* 21. *dell'Opera al num.* 11. concorda, che in questo stesso modo dovrebbero regolarsi i Canonici Lateranensi, e del Santissimo Salvatore, quando sono proveduti di Parrocchie, o Canonicati Secolari: *In Beneficiis, quæ excedunt congruam sustentationem, superfluos reditus tenentur Canonici Regulares erogare in utilitatem Ecclesiæ, & in eleemosynas Pauperum, ut habetur in oraculo sanctæ memoriæ Sixti V. supra relato in cap.* 8. *num.* 5.

CXXX. Succede l'accennare quanto è necessario sapere circa l'indipendenza dalla Religione, e dai Superiori Regolari, dopo che i Canonici hanno ottenuta una Parrocchia, o un Canonicato. Vanno essi d'accordo, che, per uscire dalla Religione per una delle dette due strade, si richiede la licenza del Capitolo Generale, o di chi fa le veci d'esso, il che vien prescritto ai Canonici Lateranensi nella loro Professione, e si può dire in tutti quanti un fatto necessariamente connesso col Voto della Obbedienza: ma se tal licenza vien loro negata, credono d'esser in grado di poter ricorrere al Papa, o alle Sagre Congregazioni, acciò sia supplito il preteso irragionevole dissenso del Superiore Regolare: *Murga de Beneficiis alla quest.* 2. *num.* 261. *Castro Palao nel tratt.* 13. *de Beneficiis disput.* 1. *punt.* 3. §. 1. *num.* 20. *Sanchez ad Præcepta Decalogi al lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 68. *Lessio de Justitia, & Jure al lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 12. *num.*

rius in Manuali Tom. 2. *tract.* 8. *cap.* 6. *sect.* 4. *subsect.* 3. *num.* 241.

CXXXI. Posteaquam Canonici Regulares altero modo ex duobus illis quos diximus Parœciam, vel secularem Canonicatum obtinuerunt, non alium Superiorem agnoscunt quam Ordinarium, cui subjiciuntur, quemque ajunt Regulari eorum Præsidi subrogatum; atque hoc pacto solemne Obedientiæ votum servare se putant, quod in Professione nuncuparunt, quemadmodum etiam animadvertit Murga *de Beneficiis quæst.* 2. *num.* 270. Pellizzarius autem, *Tom.* 2. *Manualis tract.* 8. *cap.* 4. *sect.* 4. *n.* 115. & 118. addit, si secus fieret, conditionem Canonicorum Regularium, qui Beneficiis Secularibus præditi sunt, nimium infelicem futuram, quippe qoi duos Superiores agnoscere deberent, quorum alter ab altero non dependeret; quod tamen non adeo immodicum est, sicuti Pellizzarius arbitratur, cum id quotidie usuvenire videamus, dum Regulares Parœciis Regularibus præditi, ad animarum regimen quod spectat, Episcopo subjiciuntur, uti a Concilio Tridentino decernitur, *cap.* 11. *Sess.* 25. *de Regularibus*; quod vero ad Regularem observantiam pertinet, Regulari suo Præsidi sunt obnoxii.

CXXXII. Sed, utcumque sit id quod modo animadvertimus, via sternitur ad rem maximi momenti discutiendam, scilicet, an isti Canonici Regulares justa de causa a Regulari Præside ad claustra revocari valeant, atque hoc pacto Parœciis, & Canonicatibus privari. Hujusmodi controversia a Doctoribus agitatur, & præsertim a Trullo *in Tractatu de Ordine Canonicorum Regularium*; plerique vero in eam sententiam conveniunt, posse id a Regulari Præside fieri, si quando legitima causa adsit, ut videre est apud eumdem Trullum *lib.* 1. *cap.* 36. At nos ingenue profitemur, hanc eorum assertionem nihil ad rem nostram pertinere; illi enim de Beneficiis Regularibus loquuntur, Nos vero de Beneficiis secularibus verba facimus, quæ Regularibus conferuntur.

CXXXIII. Id unum novimus, quod ad rem qua de agimus facere posset. Anno 1712. in Congregatione Episcoporum, & Regularium proposita fuit quædam Causa *Leodiensis Parochialis*, in qua, cum a Monasterio Præmonstratensium, quod præditum erat jure nominandi ad quamdam Parochiam secularem, Canonicus Præmonstratensis præsentatus fuisset Ordinario Leodiensi, qui ei perpetuitatis titulo institutionem concessit, cumque Regularis Præses Canonicum suum, qui jam decem & octo annos Parœciam administraverat, ad claustra revocasset, & præterea cum huic revocationi Ordinarius Leodiensis obstitisset, quamvis Præsul Pitonius tamquam Advocatus pro Ordinario scribens, atque ejus partes acriter defendens validissimis argumentis propugnaret, Canonicum illum non amplius Regularis Præsidis potestati obnoxium esse, postquam ad Parœciam secularem transierat, attamen Sacra Congregatio ratum esse voluit, quod ab Abbate factum fuerat, responditque, in ejus potestate positum esse Canonicum suum Regularem ad Claustra revocare sine Episcopi permissione, & *eo tantum certiorato*, quemadmodum videri potest in Resolutione edita *die* 2. *Septembris* an. 1712. atque in alia *die* 3. *Februarii* 1713. quæ tamen exterorum Tribunalium judicatis adversantur; constat enim ex libro inscripto, *Journal du Palais Tom.* 7. *pag.* 17. & *seqq.* atque ex Van-Espen, *Juris Ecclesiastici Tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 27. disputatum fuisse in Gallia, utrum Præmonstratenses possent a Parœciis ad Claustra, Regularium Præsidum jussu, revocari, ac respon-

num. 97. *vers. Posset*, *Pellizzar. in Manuali al tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 6. *sect.* 4. *subsect.* 3. *num.* 241.

CXXXI. Dopo che i Canonici Regnlari hanno ottenuto in una delle dette due maniere o Parrocchia, o Canonicato Secolare, non riconoscono altro Superiore, che l'Ordinario, a cui sono subordinati, e che dicono surrogato al loro Superiore Regolare, mantenendo in questo modo il Voto solenne d'Obbedienza fatto nella Professione, come anche riflette il *Murga de Beneficiis alla questione* 2. *num.* 270. Ed il *Pellizzario nel tom.* 2. *Manual. tract.* 8. *cap.* 4. *sect.* 4. *n.* 115. & 118. aggiunge, che se così non si praricasse, lo stato de' Canonici Regolari proveduti de' Benefizj Secolari sarebbe troppo infelice, dovendo riconoscere due Superiori, uno indipendente dall' altro; il che però non è cosa tanto esorbitante, come il *Pellizzario* si figura, vedendosi ciò succedere cotidianamente, mentre i Regolari provisti delle Parrocchie Regolari, in quello, che concerne la Cura dell' Anime, sono sottoposti al Vescovo, secondo il Capitolo undecimo della *Sessione* 25. *de Regularibus* del *Concilio di Trento*; ed in quello, che risguarda l'osservanza Regolare, sono sottoposti al loro Superiore Regolare.

CXXXII. Ma, ciocchè siasi di questa riflessione, s'apre il campo ad un punto di molto rilievo, ed è, se possano questi Canonici Regolari per giusto motivo esser richiamati dal Superior Regolare al Chiostro, restando in questo modo privati delle Parrocchie, e de' Canonicati. Trattasi la controversia da' Dottori, e particolarmenre dal *Trullo* nel suo Trattato *de Ordine Canonicorum Regularium*, e concordano la maggior parre nel sentimento, porersi ciò fare dal Superiore Regolare, quando vi sia una legittima causa, come può vedersi appresso il citato *Trullo* nel *lib.* 1. *cap.* 36. Noi liberamente diremo, non aver che fare questa loro asserzione col nostro caso presente, avvegnachè in essa si parli de' Benefizj Regolari, e da Noi presentemente si parla de' Benefizj Secolari conferiti ai Regolari.

CXXXIII. Un caso solo è giunto a nostra notizia, che potrebbe servire per l'intento. *Nell' anno* 1712. nella Congregazione de' Vescovi, e Regolari fu proposta una certa Causa *Leodien. Parochialis*, nella quale essendo stato presentato dal Monastero de' Premonstratensi, che aveva il jus di nominare ad una Parrocchia Secolare, un Canonico Premonstratense all' Ordinario di Liegi, che con titolo di perpetuità gli concesse l'instituzione, ed avendo il Superiore Regolare, dopo anni diciotto d'amministrazione della Parrocchia, richiamato il suo Canonico al Chiostro, ed essendosi a questa richiamata opposto l'Ordinario di Liegi, ancorchè Monsignor *Piom* in qualità d'Avvocaro scrivesse pel detto Ordinario, e con molto vigore portando le di lui ragioni, sostenesse l'indipendenza del Canonico dal suo Superiore Regolare, dopo esser passato alla Parrocchia Secolare, nulladimeno la Sagra Congregazione decretò in favore dell'atto fatto dall' Abbate, rispondendo, ch'era in sua balìa il richiamare il suo Canonico Regnlare al Chiostro, senza licenza dell' Ordinario, & *eo tantum certiorato*, come può vedersi nella risoluzione dei 2. *di Settembre* 1712. e nell'altra ai 3. *di Febbrajo* 1713. che per altro sono contrarie ai giudicati de' Tribunali forestieri, potendosi vedere nel *Journal du Palais tom.* 7. *pagina* 17. e seguenti, e nel *Van-Espen* nel suo *Jus Ecclesiastico al tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 27. essersi disputato in Francia, se i Premonstratensi potessero essere richiamati dalle Parrocchie al Chiostro dai loro Superiori Regolari,

sum fuisse, sine Ordinarii consensu id facere non posse: *Fas non esse Abbatibus, neque Generali Ordinis eos sine consensu Ordinarii revocare.*

CXXXIV. Meminit Pitonius hujus rei, quæ contigit an. 1712. sed in *Operis cap. 22. num. 7.* ait, Resolutionem ex peculiaribus Ordinis privilegiis ortum habuisse: *Sacra Congregatio censuit, obstare Privilegia, quæ ego impugnabam, & interpretabar.* Supra a Nobis de Canonicis Præmonstratensibus dictom est, atque ex iis, quæ inibi in medium protulimus, colligitur quidem, Abbati fas esse a Parochiis Canonicum suum revocare, ac non posse Episcopum obsistere, sed, an id ex privilegio, an ex natura ipsa Voti Obedientiæ exoriatur, an disciplinæ regularis præceptum sit, de quo supra etiam locuti sumus, hic cardo vertitur difficultatis. Si quis autem putaret, hanc revocandi potestatem minime privilegium esse, sed ex ipso Obedientiæ Voto proficisci, tunc plane corrueret quod Canonici Regulares contendunt, videlicet se non posse ad Claustra revocari, posteaquam cum Regularis Præsidis venia Parochiam, vel Canonicatum Secularem consecuti sunt.

CXXXV. Nos vero dissimulare nolumus, nec debemos, jus istud quod ipsi sibi vindicant, maxime niti Sedis Apostolicæ consuetudine, quæ secularem Parochiam iis conferens, *in titulum* confert, vel Secularem Canonicatum conferens, nunc *in titulum*, nunc in perpetuam administrationem confert, prout diverse Ministri Curiæ arbitrantur, quod illi revocandi potestati obsistere videtur. Quare Zipeus *consult. 1. de Institutionibus ad num.* 3. expresse dicit, quod, si Ecclesia est secularis, neque Monasterio adjuncta, atque ad eam a Regulari Prælato Regolaris aliquis præsentetur, qui ab Episcopo recipiatur, hic non potest ab eodem Regulari Prælato removeri, propterea quod ab Episcopo institutus fuit *juxta naturam ipsius Beneficii*, quod cum Seculare sit, perpetuitatem adnexam habet.

CXXXVI. Postremo dicendum superest de iis Canonicis Regularibus, qui cum se Parochia, vel Canonicatu abdicaverint, extra Claustra, atque in suis privatis domibus vitam degunt, Religionis penitus abjecta cura; contra vero Religio non amplius de iis sollicita est, nisi posteaquam ad vitæ exitum perducti sunt; tunc enim curat, ut ad Claustra revertantur, ut Cameræ Apostolicæ jus excludat, quæ iis in locis, ubi Spolium obtinet, vi Pontificiarum Constitutionum in bonorum possessionem venit ad Religiosos viros pertinentium, qui extra Religionem obierunt. Navarrus *Consilio 79. lib. 5. de Regularibus* hanc vivendi rationem probat, atque ei omnino consentit Murga, *de Beneficiis quæst. 2. num. 290.* Ex veteribus idem sentit Ancharanus *in Cap. Si Religiosus num. ult. de Electione in 6.* ubi contendit, ad id, quo de agitur, sufficere licentiam alias obtentam. At si hujusmodi licentia circumscripta fuit, atque ad peculiaris alicujus Parœciæ, vel Canonicatus consecutionem solummodo directa, per se quisque cognoscere potest, quod, si forte Canonicus Regularis Parochia vel Canonicatu careat, seu quia se illis abdicavit, seu quia spoliatus fuit, cum Regularis Præsidis licentia tunc defecerit, atque Indultum etiam Apostolicum expiraverit, si quod obtentum fuerit, non potest ipse, neque debet in Seculo remanere, & vivere non secus ac si Secularis Sacerdos dumtaxat esset. Ita argumentantur Imola *in Clementina prima num. 41. de electione*, & Sanchez *ad Præcepta Decalogi lib. 6. cap. 6. num. 36. vers. Credo etiam.*

CXXXVII.

ed essere stato risposto, che ciò non potevano fare senza il consenso dell' Ordinario: *Fas non esse Abbatibus, neque Generali Ordinis eos sine consensu Ordinarii revocare.*

CXXXIV. Si ricorda Monsignor *Pitoni* del detto caso *del* 1712. e però nella sua Opera al *Cap. 22. sotto il num. 7.* dice, che la risoluzione derivò dai Privilegj particolari dell' Ordine: *Sacra Congregatio censuit, obstare Privilegia, quæ ego impugnabam, & interpretabar.* Di sopra si è parlato de' Canonici Premonstratensi, e da quanto ivi è stato esposto, si raccoglie bensì, che l' Abbate può dalle Parrocchie richiamare il suo Canonico, e che il Vescovo non deve opporsi, ma, se ciò sia un privilegio, o una sequela del Voto d' Obbedienza, ed un punto di vera disciplina Regolare, del quale ancora di sopra si è parlato, quì sta il nodo della controversia: e quando mai si credesse non essere la revocabilità Privilegio, ma sequela del Voto d' Obbedienza, crollerebbe la pretensione de' Canonici Regolari di non poter esser richiamati al Chiostro; dopo che colla licenza del Superiore Regolare hanno ottenuto o Parrocchia, o Canonicato Secolare.

CXXXV. Non volendo però Noi, nè dovendo dissimulare, che a questa lor pretensione può recare gran fondamento lo stile della Sede Apostolica, che conferendogli una Parrocchia Secolare, gliela conferisce *in titulum*, o conferendogli un Canonicato Secolare, ora glie lo conferisce *in titulum*, ora in perpetua amministrazione, giusta le varie idee degli Spedizionieri, il che sembra ostare alla revocabilità. Per lo che il *Zipeo consult. 1. de Institutionibus al num.* 3. espressamente dice, che se la Chiesa è Secolare, e non è unita al Monastero, e ad essa dal Prelato Regolare sia presentato un suo Regolare, e questo sia ammesso dal Vescovo, non può questi esser rimosso dal detto suo Prelato Regolare, essendo stato instituito dal Vescovo *juxta naturam ipsius Beneficii*, che essendo Secolare, porta seco la perpetuità.

CXXXVI. Resta l' ultimo punto de' Canonici Regolari, che rinunziata la Parrocchia, o pure rinunziato il Canonicato, vivono fuori de' Chiostri, e nelle loro Case particolari, non pensando essi più in verun modo alla Religione, nè la Religione ad essi, se non quando essendo ridotti all' ultimo de' suoi giorni, procura, che ritornino al Chiostro, per escludere il jus della Camera, che in vigore delle Constituzioni Apostoliche ne' luoghi, ove è introdotto lo Spoglio, prende il possesso de' Beni dei Religiosi morti fuori di Religione. Il *Navarro nel Consiglio 79. al lib. 5. de Regularibus* approva questo modo di vivere, e con esso pienamente concorda il *Murga de Beneficiis quæst. 2. num. 290.* Fra gli antichi fu di questo stesso sentimento *l' Ancarano nel Cap. Si Religiosus num. ult. de Electione in 6.* ove sostiene, bastare per l' effetto, di cui si tratta, la licenza altre volte ottenuta. Ma se questa licenza fu limitata, ed indirizzata al conseguimento della tal Parrocchia, e del tal Canonicato, ciascheduno può facilmente comprendere, che restando il Canonico Regolare senza Parrocchia, o senza Canonicato, o per averne fatta rinunzia, o per esserne stato privato, essendo spirata la licenza del Superiore Regolare, ed essendo ancora spirato l' Indulto Apostolico, quando esso ancora fosse stato ottenuto, non può, nè deve il Canonico Regolare restarsene al Secolo, e vivere da Prete Secolare. Così argomenta l' *Imola nella Clementina prima num. 41. de Electione*, e così pure argomenta il *Sanchez ad Præcepta Decalogi al lib. 6. cap. 6. num. 36. vers. Credo etiam.*

CXXXVII.

CXXXVII. Alexander VII. & Clemens XI. Pontifices Maximi finguli decrevere, ut Regulares, qui Epifcopi *in partibus* inaugurati ad Vicariatus Apoftolicos ultra mare mittuntur, vel qui adminiftratores, feu vifitatores fiunt Ecclefiarum in dictis partibus exiftentium, fi a Schifmaticis vel Infidelibus impediti minifterium fuum obire non poffint, ad fua Clauftra reverti deberent. Hæc eorum Decreta firmavit Benedictus XIII. in fua Conftitutione *Cuftodes*, edita *die 4. Aprilis 1726.* in cujus paragrapho V. addit: *Decernimus, volumus, & præcipimus, ut Monachi, Mendicantes, & cujufcumque alterius Inftituti Regulares, fpecialiffima etiam mentione digni, qui Epifcopatu fibi pridem collato, quacumque de caufa fe impofterum abdicare permiffi fuerint, Clauftra fuæ Religionis repetere omnino teneantur, & debeant*: atque ab hac lege non eximit nifi eos, qui ab Apoftolica Sede ad novum munus a Clauftro alienum adhibiti effent.

§. ULTIMA,

In qua conclufio totius Differtationis exponitur.

CXXXVIII. HÆC funt, quæ colligere potuimus paucis illis fubfecivis horis, quæ proxime elapfis feriis menfis Octobris nobis vacuæ fuperfuerunt, quamvis eæ quoque plerumque graviffimis affiduifque negotiis, & triftiffimis miferabilis hujus noftri Pontificatus difficultatibus abrumperentur. Omnia, tamquam privatus Doctor, expofuimus, expectantes, antequam quidquam decernamus, aliorum confilium, quod exquirimus ea lege ut totum negotium fumma fide fecretum habeant, quodque maxime exoptamus, ut proximis Dominicæ Refurrectionis feftis diebus in fcriptis proferant de his rebus quæ ftatim fequuntur.

CXXXIX. 1. Utrum Canonici Regulares Lateranenfes, & SS. Salvatoris, accedente Regularium Præfidum, atque Ordinarii permiffione, recipi poffint ad Concurfus Parochiarum Secularium, ac Præbendarum Theologalis, & Pœnitentiariæ vacantium.

CXL. 2. Utrum, pofito quod ad Concurfus admitti poffint, ac prælectionem obtineant, eafdem Parochias, & Præbendas confequi valeant cum fola Regularis Præfidis licentia, & fine Sedis Apoftolicæ auctoritate.

CXLI. 3. Utrum, fi ab aliquo Patrono ecclefiaftico vel Laico ad fecularem quamdam Parœciam nominentur, vel fi eam per Coadjutoriam, feu renunciationem obtinere velint, vel etiam directe ab Ordinario iis in cafibus, in quibus Concurfus minime requiritur, tunc fufficiat fola Regularis Præfidis licentia, an vero præterea neceffaria fit Apoftolica Difpenfatio.

CXLII. 4. Utrum cum eadem fola licentia, & fine Apoftolica Difpenfatione poffint directe ab Ordinario, vel etiam per Coadjutoriam, aut Refignationem, aut Patronorum nominationem confequi Canonicatus, qui non funt Pœnitentiarii, vel Theologales, in Metropolitanis, Cathedralibus, feu Collegiatis Ecclefiis.

CXLIII. 5. Utrum, pofteaquam quolibet ex iis modis quos diximus Parochiam, vel Canonicatum obtinuerint, debeant Canonici Regularis habitum geftare, atque alterum etiam Religiofum fui Ordinis virum focium fibi adjungere.

CXLIV. 6. Utrum Penfionem, vel Seculare Beneficium fimplex obtinentibus e Clauftris exire liceat.

CXLV.

CXXXVII. I due Pontefici *Aleſſandro VII.* e *Clemente XI.* fecero due Decreti, ne' quali determinarono, che i Regolari fatti Vefcovi *in partibus*, e mandati ai Vicariati Apoftolici di là dal Mare, o fatti Amminiftratori, o Vifitatori delle Chiefe fituate in dette parti, non potendo adempire il loro Miniftero per impedimento oppofto dagli Scifmatici, o dagl' Infedeli, doveffero ritornate ai loro Chioftri. Furono quefti Decreti confermati da *Benedetto XIII.* nella fua Conftituzione *Cuftodes*, publicata *ai 4. d' Aprile 1726.* nel paragrafo quinto della quale aggiunfe: *Decernimus, volumus, & præcipimus, ut Monachi, Mendicantes, & cujufcumque alterius Inftituti Regulares, fpecialiffima etiam mentione digni, qui Epifcopatu fibi pridem collato, quacumque de caufa fe impofterum abdicare permiffi fuerint, Clauftra fuæ Religionis repetere omnino teneantur, & debeant*: non eccettuando da quefta legge, fe non quelli, che foffero impiegati dalla Sede Apoftolica con un nuovo Miniftero incompatibile col Chioftro.

§. ULTIMO,

Nel quale fi efpone la conclufione di tutto il Ragionamento.

CXXXVIII. ECco quanto abbiamo potuto raccorre in quelle poche ore, che ci fono reftate di libertà nelle proffime paffate ferie del Mefe d' Ottobre, benchè anche per lo più interrotte dalle fpinofe inceffanti cure, ed amariffimi imbarrazzi del noftro lagrimevole Pontificato. Il tutto abbiamo efpofto, come privato Dottore, afpettando, prima di prendere rifoluzione, l' altrui configlio, che ricerchiamo colla legge del fegreto fopra tutto l' affare, e che vorreffimo in carta per le Fefte della futura Pafqua di Rifurrezione fopra li feguenti punti.

CXXXIX. 1. Se i Canonici Regolari Lateranenfi, e del Santiffimo Salvatore poffano colla licenza de' loro Superiori Regolari, e dell' Ordinario effer ammeffi ai Concorfi delle vacanze delle Parrocchie Secolari, e delle Prebende Teologale, e Penitenziaria.

CXL. 2. Se potendo effer ammeffi ai Concorfi, ed ottenendo la preelezione, poffano confeguire le dette Parrocchie, e le dette Prebende colla fola licenza del Superiore Regolare, e fenza la difpenfa Apoftolica.

CXLI. 3. Se effendo nominati da qualche Padrone Ecclefiaftico, o Laico a qualche Parrocchia Secolare, o volendola ottenere per Coadjutoria, o per rinunzia, o anche confeguirla a dirittura dall' Ordinario, in quei cafi, ne' quali non fi richiede il Concorfo, bafti la fola licenza del Superiore Regolare, ma di più fi richieda la difpenfa Apoftolica.

CXLII. 4. Se colla fola predetta licenza, e fenza la difpenfa Apoftolica, poffano ottenere dall' Ordinario a dirittura, o anche pel mezzo di Coadjutoria, o raffegna, o nomina de' Padroni, i Canonicati, che non fono Penitenziarj, o Teologali, nelle Metropolitane, Catedrali, o Collegiate.

CXLIII. 5. Se ottenendo in qualfivoglia delle dette maniere o Parrocchia, o Canonicato, debbano ritenere l' Abito di Canonico Regolare, ed anche un Regolare in loro compagnia.

CXLIV. 6. Se debba effer loro permeffo ufcire dal Chioftro, ottenendo una Penfione, o pure un Benefizio femplice Secolare.

CXLV.

CXLV. *7.* Utrum, postquam e claustris cum Parochia, vel Canonicatu, & si fas esset, etiam cum Pensione, & Beneficio simplici egressi fuerint, possint legitima ex causa a Regulari suo Præside ad claustra revocari, coosentiente, vel dissentiente Episcopo.

CXLVI. 8. Utrum e claustris egressi, & non amplius Parœcia, Canonicatu, seu Beneficio potientes, vel quia se illis abdicarunt, vel quod ex eorum possessione deturbati sunt, vel quoniam Coadjutorem obtinuerunt, aut rude donati sunt, ad Claustra reverti debeant.

CXLVII. *9.* Quæ conditiones Canonico Regulari necessariæ sint, ut ad Parochiam aliquam asciscatur, vel Canonicatu aliquo donetur.

CXLVIII. Denique, coram quo conditiones illæ comprobari debeant antequam ad collationem deveniatur.

CXLV. *7.* Se usciti dal Chiostro con una Parrocchia, o con un Canonicato, e quando anche fosse loro permesso, con una Pensione, o con un Benefizio semplice, possano per legittima causa essere richiamati al Chiostro dal loro Superiore Regolare, consentendo, o dissentendo il Vescovo.

CXLVI. 8. Se usciti dal Chiostro, e non avendo più la Parroceltia, il Caoonicato, o il Benefizio, o per averli rinunziati, o per esserne stati privati, o per aver ottenuto il Coadjutore, o per essere stati giubilati, debbano ritornare al Chiostro.

CXLVII. *9.* Quali condizioni si richiedano in un Canonico Regolare per esser promosso a qualche Parrocchia, o proveduto di qualche Canonicato.

CXLVIII. Ultimo. Avanti di chi debbano verificarsi le dette condizioni prima della provista.

SS. D.

SS. D. N. D.

BENEDICTI XIV.

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ XIV.

CONSTITUTIO

SUPER

Capacitate Canonicorum Regularium Lateranensium, & Sanctissimi Salvatoris, ad obtinenda Beneficia Ecclesiastica secularia, cum cura, & sine cura, atque Pensiones Ecclesiasticas.

EX BULLARIO BENEDICTI XIV. Tom. I. Num. CXXXV.

BENEDICTUS

EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

QUOD inscrutabili Divinæ Providentiæ consilio Nobis immerentibus demandatum est Apostolicæ servitutis Officium, inter gravissimas curas, quarum pene obruimur multitudine, hanc etiam Nobis imponit, ut eas controversias dirimere, atque aliquando de medio tollere studeamus, quæ jampridem diu agitatæ, magno Ecclesiasticæ disciplinæ detrimento indecisæ adhuc pendere dignoscuntur; idque potissimum, ubi & rei controversæ gravitas, doctorum Virorum judicio, visa est Apostolicæ Decisionis oraculum postulare; & ipsi Romani Pontifices Prædecessores Nostri ejusmodi Decisionis edendæ consilium alias susceperunt; tametsi quominus id perficerent, aliorum fuerint negotiorum occupationibus præpediti.

Celebris jamdudum est controversia, an Canonici Regulares capaces sint obtinendi, & retinendi Ecclesias Parochiales Seculares, absque Indulto Apostolico. Quam quidem controversiam tum veteres, tum recentiores Canonistæ tractarunt in suis Commentariis ad *Cap. Quod Dei timorem, de Statu Monachorum*; nec defuerunt inter Ecclesiasticarum rerum Scriptores, tum Italos, tum ex Regionibus ultra Montes positis, qui hujusmodi quæstionem accurate examinaverint. Hac ipsa de re, flagitantibus Canonicis Regularibus Lateranensibus, bonæ memoriæ Franciscus Maria Pitonius magni quondam nominis in Romana Curia Advocatus, ac deinde Episcopus Imeriensis in Partibus Infidelium, & sanctæ memoriæ Benedicti Papæ XIII. Auditor, amplum composuit volumen, quod licet numquam Typis vulgatum, a Nobis tamen visum, atque perlectum est. Præterea dilectus Filius Cæsar Beovenuti Abbas Generalis Canonicorum Regularium Lateranensium, non multos ante annos, in lucem dedit Opus a se conscriptum, pro asserendo Canonicis sui Ordinis jure obtinendi præfatas Parochiales, absque Indulto Apostolico; in quam etiam sententiam plures clarorum Jurisperitorum Consultationes editæ sunt, ac Typis impressæ in Bullario Canonicorum Regularium Sanctissimi Salvatoris. Denique innumeri propemodum, sive Theologi, sive Jurisconsulti, in suis Operibus, quæstionem hanc instituerunt; quorum aliqui eo usque progressi sunt, ut prædictos Canonicos Regulares, nedum ad obtinendas seculares Ecclesias Parochiales ad præsentationem Patronorum, sive Ecclesiasticorum, sive Laicorum, sed alias quascumque Parochiales Ecclesias ad liberam Ordinariorum collationem spectantes, etiam per concursum assequendas, & se sistendum hujusmodi concursibus, absque Indulto Apostolico, habiles, atque capaces asserere non dubitaverint. Tum a Parochialibus Ecclesiis gradum faciendo ad Canonicatus Metropolitanarum, Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum, horum quoque absque Apostolica dispensatione adipiscendorum, capaces eos esse sustinuerunt. Et, quod magis notatu dignum videtur, idem plane affirmarunt de Beneficiis simplicibus, & Pensionibus Ecclesiasticis; plura congerentes exempla hujusmodi Canonicorum Regularium, qui, absque Romani Pontificis Indulto, tum ad regendas Parochiales Ecclesias seculares, & ad obtinendos Canonicatus atque Præbendas in Ecclesiis Collegiatis, Cathedralibus, & Metropolitanis; tum etiam ad Beneficia Ecclesiastica simplicia, nimirum absque Animarum Cura, vel residentiæ onere, administranda, e Claustris exierunt.

Sane quum in Congregationibus Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ad diversi generis negotia cognoscenda auctoritate Apostolica deputatorum, examinatum sæpe fuerit hujusmodi assertum jus Canonicorum Regularium; sæpe responsum est, eos absque Apostolico Indulto, ad seculares Parochias promoveri non posse. Ita respondit Congregatio Concilii de anno millesimo quingentesimo octuagesimo primo, ejusque responsum approbatum fuit a sanctæ memoriæ Prædecessore Nostro Gregorio Papa XIII. Ita decrevit Congregatio Episcoporum, & Regularium de anno millesimo sexcentesimo septuagesimo pri-

mo primo, expensis prius rationibus suse deductis a Procuratore Generali Canonicorum Regularium Lateranensium; atque hoc pariter Decretum a piæ memoriæ Clemente Papa X. confirmatum, deindeque ad Canonicos quoque Regulares Sanctissimi Salvatoris extensum fuit. Cumque iidem Canonici Regulares Decretis prædictis minime acquiescerent; oblata occasione cujusdam Causæ Placentinæ in Congregatione Concilii propositæ Anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio, in qua agebatur de quodam Canonico Regulari Lateranensi præsentato ad Parochialem Ecclesiam secularem; quamvis Apostolicum Indultum eidem concessum fuisset, additum tamen fuit in Rescripto, ipsis petentibus, ut omnia, quæ præcesserant super hac re Decreta unirentur, utque, auditis Procuratoribus Generalibus, certa, & universalis Lex in hac materia constitueretur; idque a sanctæ memoriæ Innocentio Papa XII. Prædecessore Nostro per Apostolicas Literas in forma Brevis fuit confirmatum.

Hæc tamen Decretorum unio, & generalis Causæ discussio minime peracta fuit. Verum anno Domini millesimo septingentesimo decimo tertio Procurator Generalis Canonicorum Lateranensium postulavit a felicis recordationis Prædecessore pariter Nostro Clemente Papa XI. ut totius Causæ cognitionem prædictæ Congregationis Concilii Tridentini Interpretis examini, & judicio subjiceret; ad hoc ut eadem Congregatio illam discuteret, ac definiret *in mero puncto Juris communis, Concilii Tridentini, Professionis, & Instituti Canonicorum, independenter, & præcisive ab omnibus Resolutionibus, & Decretis Sacrarum Congregationum, judicatis quorumcumque Tribunalium, Rescriptis, & Oraculis Summorum Pontificum, tam favorabilibus, quam contrariis Ordini Canonicorum Regularium, a temporibus Gregorii XIII. usque in præsens emanatis*; super quo Pontificium *juxta petita* Rescriptum obtinuit.

Juvat credere, tunc existentem, aliosque deinceps prædictæ Congregationis pro tempore Secretarios, pro debita erga Pontificis mandatum observantia, diligenter curasse, ut Causa isthæc in Congregatione proponeretur. Equidem, dum Nos in minoribus constituti, eodem Secretarii munere fungeremur, plurium annorum cursu nihil intentatum reliquimus, ut & prædicta controversia ad examen revocaretur, & congrua tandem decisione tolleretur; sed minime licuit, novis semper impedimentis objectis, negotium hoc ad optatum finem perducere. Veruntamen minime dubitabamus (quod etiam prædictis Secretariis, qui ante Nos fuerunt, persuasum fuisse censemus) quin interim inviolate servaretur præcitatum Decretum anno millesimo sexcentesimo septuagesimo primo a Congregatione Episcoporum, & Regularium editum, & a Clemente Papa X. confirmatum; quum potissimum, & ipsorum temporibus, & Nobis etiam hujusmodi Secretarii Officium obeuntibus, frequenter evenisset, ut ab Apostolicâ Dataria, tam ad ipsam Concilii Tridentini, quam ad aliam Episcoporum, & Regularium Congregationem, remitterentur petitiones Canonicorum Regularium, qui pro obtinenda aliqua Parochiali Ecclesia seculari, ad quam a Patronis præsentati fuissent, vel pro assequendo Canonicatu Ecclesiæ Cathedralis, aut Collegiatæ, ab aliquo Episcopo sibi collato, Apostolicum Indultum postulabant. Unde consequens erat, ut opportunis adhibitis diligentiis pro Causæ propositione ad normam Rescripti Clementis Papæ XI. non admodum interesse videretur, si ipsi Canonici Regulares ejusdem Causæ decisionem minime urgerent.

At vero, quum a sanctæ memoriæ Benedicto Papa XIII. Anconitanam Episcopalem Ecclesiam regendam accepissemus, statim ac ad eandem, uti par erat, præsentes accessimus, sero didicimus Nostram hac de re opinionem Nos fefellisse. Siquidem in ea Civitate nonnullos Canonicos Regulares invenimus, qui post relatum Decretum anni millesimi sexcentesimi septuagesimi primi, nullo suffulti Apostolico Indulto, sed de licentia tantum suorum Prælatorum Regularium, ad Parochias seculares, vel ad Canonicatus in Cathedrali Ecclesiâ promoti, è Religiosis Claustris migraverant. Quin etiam unum ex his invenimus, qui quum seculare Beneficium, quod olim obtinuerat, resignasset; tamen extra Claustra similiter, in habitu Presbyteri secularis degebat. Atque hujus quidem conscientiæ securitati, pro Nostri muneris ratione, consulere non omisimus; implorata eidem dispensatione ab Officio Pœnitentiariæ Apostolicæ, cui rem totam referentes, demonstravimus jam moraliter impossibile Oratori fore, claustralis vitæ institutum, & Religiosum habitum reassumere; quum & octuagenario major esset, & mala valetudine laboraret.

Deinde paucis post annis a felicis recordationis Clemente Papa XII. Prædecessore Nostro ab Episcopatu Anconitano ad Metropolitanam Cathedram Bononiæ Patriæ Nostræ translati; idem omnino in hac etiam Civitate, & Diœcesi obtinere comperimus. Contigit autem, quemdam Canonicum Regularem Lateranensem ad Ecclesiam Parochialem secularem de Jurepatronatus Laicorum a Patrono Laico nominari; cumque Nos ante hujusmodi nominationis admissionem, præter consensum Abbatis Generalis ipsius Ordinis, Apostolicum insuper Indultum Nobis exhiberi postularemus, eaque de re apertissimum Clementis Papæ X. Decretum anno millesimo sexcentesimo septuagesimo primo editum extare diceremus; mirati profecto sumus, quum Nobis responderi audivimus, receptam esse in toto Canonicorum Regularium Ordine sententiam, quod præfatum Clementis X. Decretum omne robur amisisset, & in suspenso remaneret, ex quo Clemens XI. anno millesimo septingentesimo decimo tertio, ut supra dictum est, quæstionem illam de ratione obtinendarum a Canonicis Regularibus Parochiarum secularium, an scilicet consensus eorum Abbatis Generalis, nullo interveniente Apostolico Indulto, ad hoc sufficiens esset, Congregationi Concilii examinandam tradiderat. Equidem Nos hujusmodi responsioni, quam agnovimus omni soliditate destitutam, minime acquievimus; neque porro Canonicus ille Regularis ad regimen Parochialis Ecclesiæ, ad quam præsentatus fuerat, a Nobis admissus fuisset, nisi prius Apostolicam dispensationem petiisset, atque impetrasset. Verum ex hoc plenius cognovimus, quam necessarium esset huic controversiæ aliquando finem imponere, ac certam atque universalem regulam stabilire super Canonicorum Regularium capacitate ad obtinendas Parochiales Ecclesias, Canonicatus, aliaque Beneficia Ecclesiastica secularia, vel de licentia dumtaxat eorundem Superioris Regularis, vel non nisi accedente Apostolicæ dispensationis auctoritate. Pro quo tamen nihil a Nobis tunc temporis factum fuit; quum satis esse duxerimus, aliarum Diœcesum curam propriis Pastoribus relinquentes, in commissæ Nobis Ecclesiæ procuratione vigilare.

Jam vero, nullis Nostris meritis, in sublimi Apostolatus culmine constituti, Nostras esse partes reputavimus, quæstionem hanc suprema eadem decisione terminare, & pro concessa Nobis auctoritate, declarare, an prædicti Canonici Regulares, tam Lateranenses, quam Sanctissimi Salvatoris, de licentia tantum suorum Superiorum Generalium valeant Parochiales Ecclesias seculares, & in Ecclesiis Metropolitanis, Cathedralibus, aut Collegiatis,

Cano-

Canonicatus, atque Præbendas, ac demum Beneficia Eclesiastica simplicia obtinere, aut Pensiones Ecclesiasticas percipere, an vero, præter hujusmodi Superiorum Regularium licentiam, Apostolicæ quoque auctoritatis requiratur accessio.

Porro quam methodum piæ memoriæ Clemens XI. pro hujus quæstionis enodatione præscripserat, eam laudatissimi Pontificis mente dignam semper existimavimus: eidemque propterea inhærentes, cupientesque rem ipsam, antequam illius examen alteri committeremus, privatis Nostris studiis penitus introspicere, tempus illud, quod mense Octobri proxime elapso a publicis audientiis vacuum habuimus, in Bibliotheca nostra domestica insumentes, quamplurimos illic existentes Libros, aliosque etiam rariores e celebri Bibliotheca dilecti Filii Nostri Dominici Tituli S. Bernardi ad Thermas Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis Passionei nuncupati Brevium Nostrorum Secretarii, ad Nos allatos, avide evolvimus; sedulo inquirentes, quid Juri communi, quid Concilii Tridentini sanctionibus, quid Professioni ab ipsis Canonicis Regularibus emissæ, ac demum quid eorumdem Instituto magis consentaneum esset; ac super his omnibus prolixam Dissertationem, Canonici Juris principiis, & Historicis notionibus innixam, non quidem Pontificiæ auctoritatis jure, sed privati Doctoris diligentia, elucubravimus.

Quamvis vero, ex præscripto relati Decreti Clementis Papæ XI. hujusce controversiæ examen in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini interpretum hàberi debuisset; nihilominus satius esse duximus totam hujusmodi causam ad Nos avocare, non quidem, ut ipsi per Nos, absque aliorum consilio, eam definiremus, sed ut solemnior, atque commodior ipsius controversiæ discussio accuratissima maturitata perageretur, prout ex inferius dicendis, revera præstitum fuisse apparebit.

Siquidem in consilium hac de re nobiscum assumpsimus Venerabilem Fratrem Nostrum Vincentium Episcopum Prænestinum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Petra, necnon Dilectos Filios Nostros ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteros Cardinales, de Gentilibus, Cavalchinum, Tamburinum, & Besozzium respective nuncupatos, omnes, penultimo excepto, prædictæ Congregationi Concilii Tridentini adscriptos, tres vero etiam priori loco memoratos, olim dum in minoribus agerent, ejusdem Congregationis Secretarios, alterum autem a pluribus annis ipsius Præfectum. His adjunximus Dilectum Filium Magistrum Josephum Alexandrum Furiettum sæpe dictæ Congregationis Concilii Secretarium, nec non alios Prælatos præcipua Romanæ Curiæ munera obeuntes, nimirum Dilectos pariter Filios Magistros Joannem Jacobum Millo Datarium, Clementem Argenvilliers Auditorem, & Xaverium Justinianum Sub-Datarium Nostros; ex Regularibus autem Petrum Aloysium de la Torre Abbatem Ordinis S. Benedicti, Congregationis Cassinensis in eadem Romana Curia Procuratorem Generalem, & olim in sua Congregatione Sacrorum Canonum Professorem; duosque Societatis Jesu Presbyteros, Dominicum Turanum Officii Pœnitentiariæ Apostolicæ Consultorem Theologum, & Ægidium Mariam Giulii Sacrorum Canonum Professorem, eorumdemque in Collegio Germanico-Hungarico de Urbe Lectorem.

His omnibus, & singulis, præfatam Dissertationem Nostram communicavimus, in qua aperte declaravimus, Nos meram, ut præfertur, Doctoris privati personam in ea gessisse, nec aliis ademptam voluisse libertatem in contrarium opinandi, si ita jus, & ratio suaderent; datoque illis trium & amplius mensium spatio, ut totius rei examen ad normam Juris communis, Concilii Tridentini, Professionis, & Instituti Canonicorum Regularium utriusque prædictæ Congregationis exigerent; jussimus, ut singuli suum suffragium aperirent, ac literis consignatum Nobis exhiberi curarent.

Neque vero opus esse judicavimus, ipsos prædictorum Canonicorum Regularium Ordines ad Causam dicendam excitare, ut sive per se, sive per alios, ea deducerent, quæ facere posse putarent pro eorum asserto jure obtinendi Beneficia secularia absque Apostolico Indulto; tum quia rationum, quæ in utramque partem afferri solent, referta sunt, ut initio dicebamus, Theologorum, Canonistarum, aliorumque Scriptorum Ecclesiasticorum Volumina; tum quia post ipsum Clementis XI. Rescriptum, ut pariter supra adnotavimus, & Franciscus Maria Pitonius, prolixa Dissertatione, in qua Canonicorum Lateranensium defensionem suscepit, & istorum Abbas Generalis Cæsar Benvenuti, in suo Opere in publicam lucem emisso, quæcumque ad causam facere poterant, juxta singula Capita in præcitato Clementis XI. Decreto indicata, & a Nobis in prædicta Dissertatione Nostra, ut præfertur, ordinate ac sigillatim expensa, latissime sunt prosequuti; Tum demum quia noluimus novum ipsis Canonicorum Regularium Ordinibus imponere sumptuum onus, postquam toties super eadem re Jurisconsultorum Curiæ Nostræ operam, & calamum adhibuerunt.

Quum itaque prædicti omnes a Nobis requisiti, intra præfinitum tempus suffragium quisque suum Nobis obtulissent; (excepto præfato Vincentio Episcopo Cardinali, quoniam ipse in suis Commentariis ad Constitutiones Apostolicas suam hac de re sententiam pluribus in locis aperuerat & jampridem Typis vulgaverat;) Nos illorum scripta attente perlecta diligentissime expendimus, eademque, una cum prædicta Dissertatione Nostra, Dilecto Filio Magistro Nicolao Antonello, Prælato Nostro Domestico, & Archivii Pontificii in Arce Sancti Angeli existentis Custodi, in eodem Archivio diligenter asservanda tradidimus, ut perpetuis futuris temporibus constare valeat, quam caute, & considerate in hac Causa definienda agere voluerimus.

Et quoniam prædictorum omnium concors fuit sententia; (unius enim dissensus, in duodenario Consulentium numero, uniformitatem non tollit); iidemque in eo convenerunt, quod neque Canonici Regulares Lateranenses, neque Canonici Regulares Sanctissimi Salvatoris, Beneficium quodlibet Ecclesiasticum seculare obtinere, aut quamlibet Pensionem Ecclesiasticam percipere valeant, absque auctoritate Apostolicæ Sedis; Nos eorundem consilium, & sententiam sequentes, atque etiam motu proprio, & certa scientia, atque Apostolica auctoritate, hac nostra in perpetuum valitura Constitutione statuimus, decernimus, & declaramus, eosdem Canonicos Regulares, absque Indulto Apostolico, ut præfertur, cujuscumque Beneficii Ecclesiastici secularis, sive cum adnexo animarum curæ, aut residentiæ onere, sive etiam Beneficii simplicis, & sine cura, ac personalem residentiam non requirentis, & cujuscumque Pensionis Ecclesiasticæ, vere incapaces esse, & censeri debere; eisdemque nec Jus commune, nec Tridentinæ Synodi Decreta, neque Professionem ab ipsis emitti solitam, aut peculiare Institutum, neque demum ullam contrariam consuetudinem, usum, possessionem, seu quasi, aliumque omnino titulum, pro hujusmodi prætensa capacitate ullatenus suffragari,

Proindeque non amplius permittendum, aut ul-

lo modo ferendum esse, ut aliquis ex ipsis, sola interveniente ejusdem Superioris Regularis, sive Abbatis Generalis licentia, consensu, aut prætensa auctoritate, ad animarum curam in Ecclesiis Secularium assumendam, & exercendam, vel ad Canonicatus, sive Præbendas, Dignitates, vel alia quomodocumque nuncupata Officia, aut Beneficia residentialia in Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, aut Collegiatis obtinenda, e Religiosis Claustris exeat, discedat, & extra ea moretur; sed necessarium omnino, semper, & quandocumque esse, & fore speciale Apostolicæ Sedis Indultum, tam ut iidem Canonici Regulares hujusmodi Ecclesiasticorum Beneficiorum sacularium, sive cum animarum cura, sive eum residentiæ onere adnexo, capaces fiant, & existant; quam, ut ad ea assequenda, regenda, & retinenda, e Claustris discedere, & eatra ea degere licita possint. Similiter omnium & quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum simplicium nuncupatorum, aut Ecclesiasticarum Pensionum quarumlibet, eosdem incapaces esse declaramus, & ad ea assequenda ex se inhabiles haberi debere decernimus: At si aliquando aliquem ex ipsis, sive pro Religiosis ipsius indigentiis, sive ob meritum personale, sive alio quocumque titulo, aut causa, de uno, aut pluribus hujusmodi Beneficiis simplicibus, vel de una, aut pluribus Ecclesiasticis Pensionibus ab Apostolica Sede provideri contingat; decernimus, non ideo hujusmodi Canonicum Regularem e Religionis suæ Claustris exire, aut extra ea vitam degere posse; sed in suis Religiosis Domibus, ut antea, & sub legitima suorum superiorum Regularium obedientia manere debere statuimus; contravenientes vero omnibus, & singulis pœnis, adversus Regulares Apostatas latis, atque statutis subjicimus; & iisdem re ipsa, & cum effectu affici, & coerceri mandamus.

Et quidem Canonici Lateranenses, quique a Sanctissimo Salvatore nomen habent, non verbo, aut specie tantum, sed revera & proprie Regulares existunt, ipsisque cum aliis omnibus cæterorum Ordinum Regularibus, communia sunt Vota solemnia, Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ; Ideoque quatenus Regulares sint, æque ac Monachi, ceterique Religiosis quibusque Ordinibus adscripti, incapaces sunt Beneficiorum Ecclesiasticorum secularium, absque Apostolicæ Sedis auctoritate, & dispensatione. Quia tamen, (ut Innocentius III. ait in præcitato *Cap. Quod Dei timorem*) Regulæ inserviunt laxiori, æquum est, majorem cum ipsis indulgentiam adhiberi, & ubi eorumdem Superiorum Regularium consensus adsit, benigniori quadam facilitate, per Apostolicæ Auctoritatis Indulta, ad Secularia Beneficia eosdem admitti. Verum, ut io hujusmodi casibus omnia rite recteque procedant; sequentes Regulas inviolabiliter, respective, sub pœna nullitatis collationis Beneficiorum, tenendas, & observandas, eadem Apostolica auctoritate præscribimus, atqua statuimus.

Ubi nempe agatur de Beneficiis Ecclesiasticis secularibus, pro quorum Collatione Concursus indici non solet, veluti sunt Ecclesiæ Parochiales da Jurepatronatus Laicorum, & in Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, aut Collegiatis Ecclesiis, Canonicatus, atque Præbendæ (exceptis tamen Theologali, & Pœnitentiaria Præbenda, quarum utraque prævio semper Concursu provideri debet); & quidem ubi hujusmodi Beneficia de Jurepatronatus sive Ecclesiastico, sive Laicali existant; & cessantibus quoad Beneficia Jurispatronatus Ecclesiastici reservationibus & affectionibus Apostolicis, integrum esse volumus Beneficiorum Patronis, aliquem ex prædictis Canonicis Regularibus, quem idoneum judicaverint, ad ea Beneficia præsentare, seu nominare; dummodo præsentatio, seu nominatio fiat cum expressa præservatione Beneplaciti Apostolici. Postquam vero præsentatus, seu nominatus Canonicus Regularis, præsentationem, seu nominationem de se factam acceptaverit, cum clausula de obtinendo Beneplacito tam Superioris Generalis sui Ordinis, quam Sedis Apostolicæ; ad ipsos præsentantes, seu nominantes pertinebit consensum exquirere Superiorum Regularium; Qui, si ex discessu hujusmodi Canonici Regularis, ad animarum curam, seu ad Canonicatum in Ecclesia seculari obtinendum evocati, nullum Ordini detrimentum obventurum esse, in Domino reputaverint; multoque magis, si perspectam habentes vitam ab hujusmodi præsentato, seu nominato religiose institutam, & studia ab eodem in Religione laudabiliter peracta, illius operam utilem atque proficuam fore Ecclesiæ illi, cujus servitiis deputatur, in Domino pariter judicaverint; requisitum assensum in scriptis præbentes, testimonium insuper adjicient de ipsius præsentati, seu nominati idoneitate, tam quoad mores, quam quoad doctrinam, sive ad animarum curam, sive ad Præbendam Canonicalem; super quorum veritate ipsorum Superiorum conscientiam districte oneramus. Sed & ab Ordinario, sive ab Ordinariis Locorum, in quibus ipse Religiosus præsentatus, aut nominatus per aliquod tempus commoratus fuerit, requirendum erit, utrum ipsis aliquid adversus illius vitam & mores relatum fuerit, vel alias legitime constiterit.

Quæ omnia, videlicet præsentatio, seu nominatio, & respective acceptatio cum adjectis clausulis præservativis supra enunciatis; item Superiorum Regularium consensus, eorumdemque attestatio; Ordinariorum quoque favorabile testimonium exhibenda erunt Nostro, sive Successorum Nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore Datario, qui facta Nobis, aut Successoribus Nostris, prædictorum omnium relatione, si ita Pontifici videbitur, Litteras Apostolicas super concessione hujusmodi Beneficii eidem Canonico Regulari præsentato, seu nominato ad illius vitam facienda, statim expediri jubebit, vel alias, de ejusdem Pontificis mandato, ante ipsam expeditionem, prædictæ Congregationis Tridentini Concilii Interpretis consilium exquiret.

Id ipsum, quantum rei natura, & circumstantiarum diversitas patitur, tunc etiam observari volumus, & mandamus, quoties Ordinarius ipse Canonicum Regularem Lateranensem, aut Sanctissimi Salvatoris, ad Ecclesiam Parochialem, quam in casu particulari sine concursu conferri posse contigerit, sive ad Canonicatum absque Concursu pariter providendum, & ad ipsius Ordinarii liberam dispositionem, & collationem pertinentem, promovendum putaret. Decernentes in hujusmodi casibus nihil ab Ordinariis propria auctoritate fieri posse, sed Romano pro tempore Pontifici rem totam deferri; item consensum Superiorum Regularium, juxta formam superius a nobis præscriptam, exquiri, & obtineri; omniaque demum, ut præfertur, ad Datarium pro tempore transmitti, ut is relatione Pontifici facta, opportunum super expediendis Literis Apostolicis mandatum accipiat.

Ubi vero agatur de Beneficiis Ecclesiasticis secularibus, ad quæ Concursus indici, & haberi debet; cujusmodi plerumque sunt Ecclesiæ Parochiales ad liberam Ordinariorum collationem spectantes, itemque Ecclesiæ Parochiales de Jurepatronatus Ecclesiastico, & in Ecclesiis Cathedralibus, Metropoli-

tanis,

tanis, aliisque, Præbendæ Theologalis, & Pœnitentiaria; statuimus, nullum Canonicum Regularem, sive Lateranensem, sive Sanctissimi Salvatoris; etiam accedente licentia ipsorum Superiorum Generalium, ad hujusmodi Concursus accedere posse; ipsisque Episcopis, sive aliis Ordinariis quibuscumque districte inhibemus, sub pœna nullitatis Concursus, ne prædictos Canonicos Regulares ad hujusmodi Concursus admittere præsumant, sine prævio Beneplacito Apostolicæ Sedis; pro quo obtinendo sequentem methodum inviolabiliter tenendam, atque servandam præscribimus.

Quoties videlicet Episcopus, aut alius Ordinarius, inter eos seculares Presbyteros, sive Clericos, qui ad Concursum pro Ecclesiæ Parochialis, aut Præbendæ Theologalis, vel Pœnitentiariæ collatione, & provisione habendum, sunt accessuri, neminem ad hujusmodi Parochiam, aut Præbendam idoneum revera esse, in Domino judicaverit; & e contrario aliquem ex Canonicis Regularibus ad prædictas Ecclesiam, aut Præbendas respective aptum, & idoneum existere noverit; Romani Pontificis pro tempore existentis judicio rem totam deferet: a quo si illi indultum fuerit, ut hujusmodi Canonicum Regularem ad Concursum admittere valeat, tunc ab eodem Religioso Canonico requirere debebit, an forte accedente consensu ipsius Superiorum Regularium, hujusmodi Concursui se sistere vellet. Quod ubi is facturum se esse affirmaverit; idem Episcopus Superiores Regulares rogabit pro hujusmodi consensu, seu licentia; quam tamen ipsi Superiores nequaquam impertiri debebunt, nisi simul testati fuerint, & nullum proprio Ordini detrimentum extiturum, si Religiosus vacantem Parochiam, aut Præbendam assequatur, & eundem, ante actæ vitæ, ac doctrinæ merito, dignum esse, qui ad illam promoveatur.

Hisce omnibus in antecessum exacte servatis, licebit Canonicum Regularem ad Concursum admittere; Et nihilo minus si eum præ ceteris probari contigerit, ipsa Parochiæ, seu Præbendæ concessio a Romano Pontifice expetenda erit; transmissis ad Datarium pro tempore omnium præmissorum documentis; ut hic, facta relatione Pontifici, opportuna pro expeditione mandata recipiat.

Si autem contigerit, ut habito Concursu pro Ecclesiæ Parochialis, aut Præbendæ Theologalis, vel Pœnitentiariæ provisione, nullus ex Concurrentibus de Clero Seculari idoneus repertus fuerit; aut si, hujusmodi Concursu indicto, intra præfinitum tempus nemo ex Clero Seculari ad illum accesserit; Episcopus autem vacantem Ecclesiam, aut Præbendam alicui Canonico Regulari Lateranensi, aut Sanctissimi Salvatoris utiliter concedi posse crediderit, pari modo Apostolicum assensum ad hoc exquirere debebit; habitoque Rescripto juxta petita, quod, annuente Pontifice, in ea verba conceptum esse poterit: *pro gratia servatis servandis*; tunc Episcopus cum ipso Canonico Regulari, & cum ipsius Superioribus ea servabit, quæ superius a Nobis præscripta sunt; ac de præmissorum omnium implemento opportuna documenta ad Datarium transmittet, Romano pro tempore Pontifici exhibenda, ut eo jubente, ad concessionem hujusmodi Ecclesiæ, aut Præbendæ per Literas Apostolicas procedi possit.

Denique, quod pertinet ad Ecclesiarum Parochialium, aut Canonicatuum renunciationes, seu resignationes, vel Coadjutorias, nec non collationes Beneficiorum Ecclesiasticorum simplicium, aut Pensionum Ecclesiasticarum reservationes; quum in his omnibus, non solum ex superius dictis, propter Regularem qualitatem Resignatarii, aut Coadjutoris deputandi, sive de prædictis Beneficiis, aut Pensionibus providendi, verum etiam ratione tituli intrinseci hujusmodi Collationum, Apostolicæ Auctoritatis interventus semper, & omnino requiratur; Nos Romanorum Pontificum Successorum Nostrorum arbitrio, & prudentiæ omnia relinquenda esse ducimus. Confidimus autem, neminem fore ex præfatis Successoribus Nostris, qui in hujusmodi casibus, præter alia ad Resignationes, aut Coadjutorias admittendas, sive constituendas, & ad Beneficia simplicia conferenda, vel Pensiones Ecclesiasticas reservandas, de jure requisita, rerum insuper, ac personarum ratione habita, ea quæ superius a Nobis circa præmissas concessiones statuta sunt, præ oculis habere, & mature perpendere omittat.

Equidem inspecto Canonicorum Lateranensium, & Sanctissimi Salvatoris Regulari Instituto, non licet eis, quoad vivunt, post solemnem Votorum Professionem, e Religiosis Claustris discedere, & a Superiorum Regularium obedientia se subtrahere. Quamvis autem, ut antea dictum est, hujusmodi Legi subjecti sint, & esse debeant etiam post assequutum aliquod Seculare Beneficium simplex, aut Ecclesiasticam Pensionem, cujusmodi certis in casibus ab Apostolica Sede Regularibus concedi, & assignari contingit; Attamen satis patet, neque permanentiam intra Claustra, neque immediatam Superioribus Regularibus subjectionem consistere ullo modo posse cum Animarum cura, aut cum Canonica Residentia, si aliquem ex iisdem Canonicis Regularibus Ecclesiam Parochialem, aut Canonicatum, & Præbendam, vel Dignitatem, aut aliud Seculare Beneficium Ecclesiasticum personalem residentiam requirens contingat quomodolibet obtinere.

Illud vero Dubium in Congregationibus hujus Urbis, & Curiæ frequenter discussum, ac disputatum fuit; an scilicet hujusmodi Canonici Regulares, post adeptam in Ecclesiis Secularibus Parochiam, sive Canonicatum, e Claustris egressi, retinere deberent Habitum sui Ordinis, an vero Clericorum Secularium vestibus uti possent; Item de iis, qui ad Parochorum Officium sunt promoti, quæsitum fuit, an alterum Canonicum Regularem, dum possent, in sui consortium assumere, & apud se habere tenerentur. Super quibus non una fuit sententia, tam prædictarum Congregationum, quam eorum, quos nuper a Nobis in consilium adhibitos esse memoravimus. Verum Nos, justis, & rationabilibus de causis animum Nostrum moventibus, decernimus, atque statuimus, prædictos Canonicos Regulares, sive ad Animarum curam gerendam, sive ad Canonicatum obtinendum in Ecclesiis Secularibus, e Claustris egressos, habitum Clericalem Secularem assumere posse, & ab obligatione secum retinendi Socium sui Ordinis, liberos, & immunes esse, & fore. Eosdem tamen monitos volumus, ne, propterea quod extra Religiosa Claustra vitam degunt, & Clericorum Secularium Habitum deferunt, ideo se absolutos, aut dispensatos esse arbitrentur ab observatione Votorum, quibus se in Regulari Professione Deo manciparunt; sed sciant, se teneri eadem Vota servare, & implere in iis omnibus, quæ cum Animarum Rectoris, aut Canonici Secularis Officio conjungi possunt. Episcopo autem, sive Ordinario Loci, per omnia subjecti sint; ipsumque, etiam Superioris Regularis loco agnoscant, & colant. Ac demum suas partes esse intelligant, sanctioris conversationis exemplo, sedulitate in Officio obeundo, frugalis vitæ parsimonia, copiosa eleemosynarum largitione, veluti quibusdam religiosæ perfectionis insigniis, etiam in habitu Seculari, pro Canonicis Regularibus in oculis Hominum se gerere.

Quæſitum præterea fuit, utrum hujuſmodi Canonici Regulares, qui Parochialem Eccleſiam, vel Canonicatum Secularem eſſent adepti, poſſent a ſuis Superioribus Regularibus, legitimis ex cauſis, ad Religionis Clauſtra revocari; qua etiam de re non ſatis conformia prodierunt judicata. Sed convenientibus in unam ſententiam his, qui hac occaſione a Nobis conſulti fuerunt, Nobis viſum eſt ſtatuere, ac declarare, prædictos Superiores Regulares hujuſmodi facultate deſtitutos eſſe, ubi agatur de Secularibus Parochiis, aut Canonicatibus in Titulum conferri ſolitis, & alicui ex prædictis Canonicis Regularibus in perpetuam adminiſtrationem rite conceſſis; ſed ad Epiſcopum dumtaxat, ſive ad Ordinarium Loci pertinere, concurrentibus cauſis Canonicis, ad legitimam contra illos privationem per ſententiam procedere: vel alias ipſos, juſtis pariter de cauſis, ad Animarum curam inhabiles, & ab ea perpetuo ſuſpenſos declarare; quo caſu hi, qui ſic per ſententiam privati, aut perpetuo ſuſpenſi exiſtent, utique Religioſum habitum reſumere, & ad propria Clauſtra redire teneantur.

Denique diſputatum fuit, utrum Canonicus Regularis, ſi reſignaverit Eccleſiam Parochialem, aut Canonicatum Secularem, quem obtinuerat, Habitum Regularem reſumere, & Religioſis Clauſtra iterum ingredi debeat; itidemque, an id locum habeat, ubi de prædictis per ſententiam privatus, vel a Parochialium munium exercitio perpetuo ſuſpenſus, ſive ad ea obeunda inhabilis declaratus fuerit; atque etiam, ubi Coadjutorem in Parochia, aut in Canonicatu eidem deputari contingat; vel poſt laudabilem operam in Canonicatu per annos quadraginta aſſidue præſtitam, privilegium Jubilationis, ut vocant, ipſi fuerit conceſſum. Et in his quidem cum diſtinctione procedendum cenſentes, ut omnem dubitandi occaſionem perpetuo removeamus, decernimus, atque ſtatuimus, Canonico Regulari, qui ſe Parochia, aut Canonicatu abdicaverit, vel iis per ſententiam legitime privatus, vel ad gerendum Parochiæ regimen inhabilitatus, & ab eodem perpetuo ſuſpenſus fuerit, ad Habitum Regularem, & Inſtituti ſui Monaſteria redeundum eſſe. Non ita vero, ſi extra caſum perpetuæ inhabilitationis, & ſuſpenſionis, Coadjutorem habuerit in Canonicatu, aut in Parochialis Curæ regimine, vel per jubilationem a ſervitio Chori fuerit exemtus; quum & ii, qui Coadjutorem habent in affectæ valetudinis, aut ingraveſcentis ætatis ſubſidium, teneantur in loco Parochiæ, aut Canonicatus reſidere, ut præſto ſint, quoties legitimum Coadjutori impedimentum obvenerit, ipſius Parochiæ, aut Chori neceſſitatibus, quoad poterunt, inſervire; & qui Jubilationem obtinuerunt, valeant pro libito Chorum frequentare, atque etiam, non obſtante hujuſmodi Jubilatione, ſi Divinorum Officiorum ratio id exigat, poſſint ad ſervitium Eccleſiæ revocari.

His porro declarationibus, atque decretis, quæ prævia matura deliberatione, auditoque, ut præfertur, nonnullorum Venerabilium Fratrum Noſtrorum, aliorumque prudentum, atque Doctorum Virorum conſilio, per has Literas ferimus, atque Apoſtolica Auctoritate ſtatuimus, pluribus controverſiis finem factum iri confidimus; Eademque opera tam Epiſcopis, aliiſque Locorum Ordinariis, quam ipſis, de quibus agitur, Ordinibus Regularibus, utiliter conſultum eſſe exiſtimamus; Epiſcopis nempe, ſive Ordinariis, quorum frequentes audivimus querelas, ſuper nimia facilitate, qua hujuſmodi Canonici Regulares ad Eccleſias Parochiales, aut Canonicatus Seculares convolabant, ſola muniti licentia ipſorum Superiorum Regularium; quos quidem ſuſpicabantur in ea concedenda, haud difficiles ſe præbere, ubi de turbulentis hominibus, atque ipſi Religioni inutilibus ageretur: Ipſis vero etiam Canonicorum Regularium Lateranenſium, & Sanctiſſimi Salvatoris Ordinibus, quos peculiari ſemper benevolentia proſequuti ſumus; ex quibus non paucos probitate, & doctrina inſignes, ſuorumque reſpective Ordinum amantes, & olim, quum in minoribus ageremus, & poſtquam etiam Apoſtolicam hanc Sedem tenemus, aperte conquerentes audivimus, non raro evenire, ut deprecatorum ſtudio, & auctoritate, cui Superiores obſiſtere, aut nollent, aut non auderent, illos ex Collegis ſuis cogerentur amittere, & quorum permanentia majorem utilitatem, atque ſplendorem conſequuturus erat ipſorum Ordo, a quo iidem multos annos hanc in ſpem educati, & alti fuerant, ac religioſis virtutibus, optimiſque diſciplinis imbuti.

Quocirca eaſdem præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod Canonici Regulares prædicti, aut quilibet alii, etiam ſpeciali nota, & expreſſione digni, in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, illis non conſenſerint, aut ad ea vocati, & auditi non fuerint, aut ex alia quacumque cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauſo, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut alio quolibet defectu notari, impugnari, in jus, vel controverſiam revocari, ad terminos juris reduci, aut adverſus illas aperitionis oris, aut quodcumque aliud juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari poſſe, ſed eaſdem præſentes ſemper firmas, validas, & efficaces eſſe, & fore, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodocumque ſpectabit, inviolabiliter obſervari; Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios, & alios quoslibet, quavis auctoritate, & poteſtate fungentes, & quandocumque functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; & ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Non obſtantibus, quatenus opus ſit, Innocentii III. Prædeceſſoris prædicti diſpoſitione in prædicto Capitulo *Quod Dei timorem*, nec non de jure quæſito non tollendo, aliiſque Noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, ac quibuſvis Apoſtolicis, etiam in Univerſalibus, Provincialibuſque Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, Ordinis quoque Canonicorum Regularium, & utriuſque eorum Congregationis prædictæ, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, Ordinationibus Capitularibus, uſibus, ſtylis etiam quantumvis inveteratis, & quacumque ultimi ſtatus exiſtentia, aliiſque in contrarium præmiſſorum quomodolibet facientibus, vel extantibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, utrique, vel alterutri Congregationum prædictarum, earumque Monaſteriis, Superioribus, & Perſonis in genere, vel in ſpecie quomodolibet forſan conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia

expreſ-

expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse, ac plenissime, & amplissime Motu pari derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Ceterum, quia difficile foret, ipsas præsentes Nostras Literas ad singula loca, ubi opus esset, deferri; volumus, ut earum transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem ubique fides habeatur, tam in judicio, quam extra, quæ eisdem præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostræ Constitutionis, definitionis, declarationis, Statutorum, decretorum, atque ordinationum infringere, vel eidem ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, septimo Idus Julii, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

RE-

RECENTIS EDITORIS
ADMONITIO.

RANCISCO I. Romanorum Rege in Imperatorem electo, cum Benedictus XIV. per suas Litteras in forma Brevis exaratas die 28. Novembris an. 1746. Capitulis & Canonicis Ecclesiarum Cathedralium, Metropolitanarum, & Collegiatarum in Sacro Romano Imperio existentium præcepisset, ut Primarias Preces ab eodem Imperatore ipsis porrectas reciperent, Archiepiscopus Laodicenus, Apostolicus Coloniæ Nuntius, authenticum earumdem Litterarum exemplar ad Capitula mittens suæ Jurisditioni subjecta hæc verba scripsit: *Placuit Summo Pontifici concedere Imperatori Preces, quas vocant Primarias*; cumque idem Pontifex Maximus postea intellexisset, verba illa non levem in Germania rumorem excitasse, atque in plurimorum censuram incurrisse, ad ipsum Archiepiscopum Laodicenum eruditissimam Epistolam dedit, qua eorumdem verborum defensionem suscipiens multiplici argumentorum genere demonstravit, Jus Primariarum Precum ab Apostolicæ Auctoritatis fonte proficisci. Hanc Epistolam Italice simul & Gallice exhibemus, ut primum typis edita fuit sine loci & temporis nota, sed, quantum conjicere licet, Romæ excusa.

LETTERA ISTRUTTIVA

DELLA SANTITA' DI NOSTRO SIGNORE

PAPA BENEDETTO XIV.

A

MONSIG.^a ARCIVESCOVO DI LAODICEA

NUNZIO APOSTOLICO IN COLONIA.

BENEDICTUS PP. XIV.

1. ENERABILIS *Frater, salutem, & Apostolicam Benedictionem.* Avendo Noi, mediante un nostro Apostolico Breve spedito sotto il giorno 28. Novembre del 1746. dato avviso ai Capitoli, e Canonici delle Chiese Cattedrali, Metropolitane, e Collegiate esistenti nel Saero Romano Imperio, che non v'erano ora le difficoltà, che altre volte erano insorte circa le Primarie Preci, e che però, non volendo Noi tralasciare verun segno della nostra Pontificia benevolenza, colla quale riguardiamo il nostro Carissimo in Cristo Figlio Francesco Re de'Romani eletto Imperadore, gl'ingiungevamo, che ricevessero, ed ammettessero quelle Preci, che il predetto avrebbe loro esibite, ad effetto che le persone in esse indicate fossero provedute de'Benefizj; ed avendo ella, in esecuzione de' nostri ordini, trasmessa ai Capitoli sottoposti alla sua Nunziatura una copia autentica del predetto nostro Breve, accompagnandola con una sua lettera circolare, nella quale sono inserite le seguenti parole: *Placuit Summo Pontifici concedere Imperatori Preces, quas vocant Primarias*: intimandogli il riceverle, e dar loro esecuzione, abbiamo inteso, aver le dette parole appresso alcuni eccitato qualche bisbiglio, e qualche critica; il che, per vero dire, ci è dispiaciuto, essendo Noi pienamen-

LETTRE INSTRUCTIVE

DE NOTRE SAINT PERE LE PAPE

BENOÎT XIV.

A

M.^r L' ARCHEVÊQUE DE LAODICÉE

NONCE APOSTOLIQUE A' COLOGNE.

BENOÎT PP. XIV.

1. ENERABLE Frere, salut, & Benediction Apostolique. Par un de nos Brefs expedié le 28. de Novembre 1746. ayant donné avis aux Chapitres, & aux Chanoines des Eglises Cathedrales, Metropoles, & Collegiales existeotes dans le Sacré Romain Empire, qu'il n'y avoit pas à present les difficultés, qui autres fois s'étoient rencontrées touchant les Premieres Prieres, & que cependant ne voulant omettre aucune marque de Notre Bienveuïllance Pontificale, avec la quelle Nous envisageons Notre très-cher Fils en Christ François Roi des Romains, elû Empereur, Nous leurs enjoignions, qu'ils reçussent, & admissent les Prieres, qu'il leur auroit exhibées, afin que les Personnes specifiées en icelles fussent pourvuës des Benefices. Et Vous en execution de nos ordres ayant transmis aux Chapitres dependans de votre Nonciature une copie authentique de notre dit Bref, en l'accompagnant d'une lettre circulaire, dans la quelle sont inserés les mots suivans: *Placuit Summo Pontifici concedere Imperatori Preces, quas vocant Primarias*: les sommant de les recevoir, & de les mettre en execution, Nous avons appris, que les dits mots ont excité quelque murmure, & critique, ce qui, pour dire la verité, Nous a deplû, étants pleinement persuadés, que les mots ci-dessus sont bien

namente persuasi, che le accennate parole siano ben fondate, ed appoggiate alla pura, e semplice verità.

2. Riconosciamo additarsi in quelle parole, che il jus delle Primarie Preci proviene dal fonte dell' Autorità Apostolica; tanto più che in sequela della detta Pontificia concessione nella citata lettera s'ingiunge ai Capitoli l'eseguire quanto in essa si contiene. Sappiamo esservi un gran contrasto, se il predetto jus derivi dall'accennato fonte, o pure dall'altro della Maestà Imperiale; per lo che *Pietro Mulero* ne' Commentarj del Jus Pubblico *de Concordia discordantis Germaniæ* al cap. 1. §. 23. ripone questa questione fra gli esempj della discordante Germania, come anche ben riflette *Giorgio Enrico Ayrero* nel suo moderno Trattato delle Primarie Preci al §. 23. col quale ancora concorda *Giovanni Federico Pfeffingero* nel tom. 3. sopra le Istituzioni del Jus Pubblico del *Vitriario* alla pag. 89. nelle note alla lettera A: *Quo jure Imperatores Primarias Preces concedant, adhuc hodie in controversiam trahitur.*

3. Ma nello stesso tempo sappiamo, non mancare nella Germania Autori, che riconoscono, il detto jus derivare dal fonte dell'Apostolica autorità. Questo è il parere di *Mattia Stefano*, benchè Autore, che Noi non sappiamo se sia della nostra Comuoione, nel suo Trattato *de Jurisdictione* al lib. 2. part. 1. cap. 1. membr. 2. n. 116.: *Imperator habet potestatem Primariarum Precum super Beneficiis primo vacaturis, quam tamen potestatem non habet Imperator vigore Cæsareæ Majestatis, sed dumtaxat concessione, & Indulto Papæ.* Nella stessa maniera discorrono il *Gaill. Practicar. Observation. lib. 2. observat.* 155. nel fine: *Hinc apparet, valere Cæsareas Preces Primarias super Beneficiis primo vacaturis, quas Pontificis Indulto & privilegio Cæsar benemeritis, vel aliis personis idoneis conferre consuevit. Paolo Mattia Webnero* nelle sue Pratiche Osservazioni alla lettera P. pag. 337.: *Potestas autem supradicta Precum Primariarum in omnibus Ecclesiis Germaniæ Imperatori Romanorum a Summo Pontifice ex privilegio concessa est*: e poco dopo: *Quam tamen potestatem Imperator proprie non habet vigore Cæsareæ Majestatis, sed tantum ex concessione, & Indulto Papæ.*

4. Ed i pubblici, e dotti Professori delle celebri Università della Germania (non volendo Noi io questa nostra Istruzione prevalerci d'altri Scrittori, che di quelli dell'inclita Nazione Germanica) chiaramente insegnano, essere sentenza de' Protestanti, che il jus delle Primarie Preci non abbia altro fonte, che quello della Maestà Imperiale; ed essere sentenza de' Cattolici, che il jus delle Primarie Preci ha il suo fondamento unico nell'Apostolica concessione. Il *Pikler* al lib. 3. delle Decretali tit. 38. num. 28. quesit. 1. parla delle Primarie Preci, e così dice: *Habent originem suam, ut omnes Catholici contra Hæreticos Scriptores, qui in hac materia nullius sunt auctoritatis, ex Indulto, gratia, & concessione Sedis Apostolicæ, licet sit usus antiquissimus.* Lo *Scharz* nel Trattato giuridico al lib. 3. delle Decretali tit. 5. *de Præbendis & Dignitatibus* al §. 10. discorre della stessa materia, e dopo avere nel num. 94. sostenuto, derivare il jus dall'autorità Pontificia, così soggiunge al nom. 95.: *Hæc quidem est sententia melioris notæ & conscientiæ Doctorum Catholicorum. Acatholici plerique, quibus vel nomen Summi Pontificis invisum est, Primarias Preces Indultum Apostolicum vocitari non patiuntur; sed hoc jus Imperatoriæ Majestati, independenter ab annutu Summi Pontificis,* tam-

bien fondés, & appuyés sur la pure, & simple verité.

2. Nous reconnoissons, qu'on fait voir au doigt dans ces mots, que le droit des Premieres Prieres provient de la source de l'Authorité Apostolique, d'autant plus qu'en consequeoce de la dite Concession Pontificale dans la lettre citée on enjoint aux Chapitres d'executer tout ce qui y est contenu. Nous sçavons, qu'il y a une grande difference, à sçavoir, si le dit Droit derive de la susdite source, ou bien de celle de la Majesté Imperiale; C'est pourquoi *Pierre Muler* dans les Commentaires du Droit public *de Concordia discordantis Germaniæ*, chap. 1. §. 23. rapporte cette question parmi les exemples de l'Allemagne discordante, comme aussi *George Henri Ayrer* reflechit bien dans son Traité moderne des Premieres Prieres au §. 23. avec le quel aussi s'accorde *Jean Frederic Pfeffinger* au tom. 3. sur les Institutions du Droit public de *Vitriarius* à la pag. 89. *dans les* Notes à la lettr. A. *Quo jure Imperatores Primarias Preces concedant, adhuc hodie in controversiam trahitur.*

3. Mais en même tems Nous sçavons, qu'il ne manque pas d'Autheurs dans l'Allemagne, qui reconnoissent, que le dit Droit derive de l'Authorité Apostolique. C'est l'opinion de *Mathias Stephano*, quoiqu'Autheur, que Nous ne connoissons pas s'il est de notre Communion, dans son Traite *de Jurisdictione* lib. 2. part. 1. cap. 1. membr. 2. nom. 116. *Imperator habet potestatem Primariarum Precum super Beneficiis primo vacaturis, quam tamen potestatem non habet Imperator vigore Cæsareæ Majestatis, sed dumtaxat concessione, & Indulto Papæ.* De la même maniere discnurent *Gaill. practicar. observat. lib. 2. observat.* 155. *in fin. Hinc apparet valere Cæsareas Preces Primarias super Beneficiis primo vacaturis, quas Pontificis Indulto, & Privilegio Cæsar benemeritis, vel aliis Personis idoneis conferre consuevit. Paul Mathias Webner* dans ses Observations pratiques à la lett. P. pag. 337. *Potestas autem supradicta Precum Primariarum in omnibus Ecclesiis Germaniæ Imperatori Romanorum a Summo Pontifice ex Privilegio concessa est*; & peu après: *Quam tamen potestatem Imperator proprie non habet vigore Cæsareæ Majestatis, sed tantum ex concessione, & Indulto Papæ.*

4. Et les publics, & sçavaots Professeurs des celebres Universités d'Allemagne (d'autant que Nous ne voulons pas Nous prevaloir daos notre Instruction d'autres Ecrivains, que de ceux de l'illustre Nation Allemande) enseigneot clairement, que c'est une opinion des Protestaos, que le Droit des Premieres Prieres n'a point d'aotre source, que celle de la Majesté Imperiale, & que c'est une opinion des Catholiques, que le Droit des Premieres Prieres a son fondement unique dans la concession Apostolique. *Pikler* au liv. 3. des Decretales tit. 38. nom. 28. quest. 1. parle des Premieres Prieres, & dit: *Habent originem suam, ut omnes Catholici contra Hæreticos Scriptores, qui in hac materia nullius sunt auctoritatis, ex Indulto, gratia, & concessione Sedis Apostolicæ, licet sit usus antiquissimus. Scharz* dans le Traité Juridiqoe au liv. 3. des Decretales tit. 5. *de Præbendis, & Dignitatibus* §. 10. discourt de la même maniere, & après avoir ao nombre 94. soutenu, que le Droit derive de l'Authorité du Pape, il ajoute ainsi au nombre 95.: *Hæc quidem est sententia melioris notæ, & conscientiæ Doctorum Catholicorum. Acatholici plerique, quibus vel nomen Summi Pontificis invisum est, Primarias Preces Indultum Apostolicum vocitari non patiuntur, sed hoc* jus

tamquom aliquod regale adhærere intendunt. Lo *Schmalzgrueber* al lib. 3. delle Decretali tom. 1. tit. 5. *de Præbendis & Dignitatibus* §. 8. num. 326. ivi: *Quæritur secundo, unde hoc jus Primariarum Precum Imperatori competat. Acris de hoc inter Catholicos, & Acatholicos Scriptores disceptatio est. Volunt posteriores plerique, hoc jus Imperatori competere ab insita suæ Personæ per electionem Majestate &c. Sed contrarium uno ore docent Scriptores Catholici.*

5. Fra gli Acattolici non manca chi è persuaso, che il jus delle Primarie Preci non ha altro fondamento, che l'autorità Pontificia. *Pietro Siring* nella sua Dissertazione *de Pace Religiosa* alla conclus. 31. è di questo sentimento, ed in sequela d'esso esclude il jus delle Primarie Preci ne' luoghi della Religione Riformata. *Arumeo* nel discorso terzo *ad A. B. thes.* 35. insegna, non potersi negare all'Imperadore il jus delle Primarie Preci anche ne' luoghi predetti, essendo esso fondato nel diritto della Sua Maestà Imperiale. Ma *Martino Rumellino* ne' Commenti alla Bolla d'oro di Carlo IV. Imperadore dissert. 4. pag. 101. dopo aver riferito il sentimento del predetto *Arumeo*, non si dà per appagato: *Hanc sententiam*, parla della sentenza, che nega all'Imperadore le Primarie Preci ne' luoghi della Religione Riformata, *impugnat Arumæus ex contrario fundamento, quod scilicet Imperator hanc potestatem, non ex Indulto Papali, sed vi Superioritatis habeat: quod quidem si certo demonstrari posset, res expedita foret*. E ne' Trattati della Pace di Westfalia gli Ambasciadori de' Protestanti pubblicamente sostennero, che le Primarie Preci erano appoggiate, non alla Maestà Imperiale, ma agl' Indulti de' Papi; come attesta *Adamo Cortrejo* nella sua Opera del Jus Pubblico al tom. 1. part. 4. *in observatione ad Concordata* pag. 45. num. 49. ed ecco le di lui parole: *An vero impertiantur Preces*, parla degl' Imperadori, *ex Indulto Pontificum, an vi competentis Majestaticæ potestatis propriæ, non inter Jurisconsultos modo, sed ipsos Imperii Status anxie disquisitum est. Equidem in Tractatibus Pacis Westphalicæ Legati Protestantium originem hujus juris adscribunt Pontificibus*. Il *Vitriario* nelle sue Istituzioni *Juris publici* al lib. 3. tit. 2. num. 10. dice, che prima della Pace di Westfalia era vigente la detta controversia, ma ch'essa è stata tolta di mezzo nell'art. 5. della detta Pace al §. 18. ove viene stabilito, che l'Imperadore in avvenire goda delle Primarie Preci in tutti que' luoghi, ne' quali prima le godeva, purchè, vacando il Benefizio per morte d'uno della Confessione Augustana, si porgano le Preci per un altro, che sia della stessa Confessione, e purchè, vacando qualche Benefizio ne' luoghi misti dell'una e l'altra Religione, si nomini al Benefizio uno, che sia della Religione dell' immediato defunto. Il *Pfeffingero* nelle note al citato luogo del *Vitriario* alle lettere A, B, e C, diffusamente illustra tutta la contesa. Lo stesso si fa da *Filippo Andrea Burgoldense* nella Notizia delle cose dell' Imperio Romano-Germanico, o sia ne' Discorsi Giuridico-Politici sulla Pace di Munster alla par. 2. membr. 2. num. 4. Ed il *Boehmero* nel Jus Ecclesiastico de' Protestanti al tom. 2. della terza edizione lib. 3. tit. 5. *de Præbendis & Dignitatibus* §. 102. non ha difficoltà di sostenere il partito favorevole al solo diritto Imperiale, pe'l motivo, ch'è stato riconosciuto, ed approvato nella Pace di Westfalia: *Sufficit Cæsari inveterata consuetudo longæva praxi, & ipso Instrumento Pacis Westphalicæ sponsione Imperii publica roborata, quam Pontifex infringere non potest*. E *Burcardo Gottelsio Stru-*

jus Imperatoriæ Majestati independenter ab annutu Summi Pontificis tamquam aliquod regale adhærere intendunt. *Schmalzgrueber* au liv. 3. des Decretales tom. 1. tit. 5. *de Præbendis, & Dignitatibus* §. 8. nom. 326. *Quæritur secundo, unde hoc jus Primariarum Precum Imperatori competat. Acris de hoc inter Catholicos, & Acatholicos Scriptores disceptatio est. Volunt posteriores plerique, hoc jus Imperatori competere ab insita suæ Personæ per electionem Majestate &c., sed contrarium uno ore docent Scriptores Catholici.*

5. Parmi les Acatholiques il y en a encore qui sont persuadés, que le Droit des Premieres Prieres n'a point d'autre fondement, que l'Autorité du Pape. *Pierre Siring* dans sa dissertation *de Pace Religiosa* à la Conclusion 31. est de ce sentiment, & en consequence il exclude le Droit des Premieres Prieres dans les lieux de la Religion Reformée. *Arumæus* dans le discours 3. *ad A. B. thes.* 35. enseigne, qu'on ne peut refuser à l'Empereur le Droit des Premieres Prieres même dans les lieux susdits, étant fondé sur le Droit de sa Majesté Imperiale; Mais *Martin Rumelin* dans les Commentaires à la Bulle d'or de Charles IV. Empereur diss. 4. pag. 101. après avoir rapporté le sentiment du susdit *Arumæus*, il n'en est pas content: *Hanc sententiam*, il parle de l'opinion, qui refuse à l'Empereur les Premieres Prieres dans les lieux de la Religion Reformée, *impugnat Arumæus ex contrario fundamento, quod scilicet Imperator hanc potestatem non ex Indulto Papali, sed vi superioritatis habeat: quod quidem si certo demonstrari posset, res expedita foret*. Et dans les Traités de la Paix de Westphalie les Ambassadeurs des Protestans soutinrent publiquement, que les Premieres Prieres étoient appuyées, non sur la Majesté Imperiale, mais sur les Indults des Papes, comme atteste *Adam Cortejus* dans son Ouvrage du Droit public tom. 1. par. 4. dans l'Observation *ad Concordata*, pag. 45. n. 49. & voici ses paroles: *An vero impertiantur Preces*, il parle des Empereurs, *ex Indulto Pontificum, an vi competentis Majestaticæ Potestatis propriæ, non inter Jurisconsultos modo, sed ipsos Imperii Status anxie disquisitum est. Equidem in Tractatibus Pacis Westphalicæ Legati Protestantium originem hujus Juris adscribunt Pontificibus*. *Vitriarius* dans ses *Institutiones Juris publici* l. 3. tit. 2. n. 10. dit, qu'avant la Paix de Westphalie la dite Controverse étoit en vigueur, mais qu'elle fut otée dans l'article 5. de la dite Paix au §. 18. où on etablit, que l'Empereur à l'avenir jouisse des Premieres Prieres dans touts les lieux, dans les quels il en jouissoit auparavant, pourvù que (le Benefice étant vacant par la mort d'un de la Confession d'Augsbourg) on presente les Prieres pour un autre qui soit de la même Confession, & qu'en cas de vacance de quelque Benefice dans les lieux melés de l'une, & de l'autre Religion, l'on nomme au Benefice un qui soit de la Religion du Possesseur decedé. *Pfeffinger* dans les Notes au lieu cité de *Vitriarius* lett. A, B, & C. eclaircit au long toute la dispute. En fait autant *Philip. Andreas Burgoldensis* dans la Notice des choses de l'Empire Romain-Germanique, ou dans les Discours Juridico-politiques sur la Paix de Munster par. 2. membr. 2. n. 4. & *Boehmer* dans le Droit Ecclesiastique des Protestants au t. 2. de la 3. edition, liv. 3. tit. 5. *de Præbendis, & Dignitatibus* §. 102. il ne fait point de difficulté de soutenir le parti favorable au seul Droit Imperial, par le motif, que ce Droit a été reconnu, & approuvé dans la Paix de Westphalie: *Sufficit Cæsari inveterata consuetudo longæva praxi, & ipso Instrumento Pacis West-*

Struvio in Syntagmate Juris publici cap. 10. §. 32. dopo aver esposto, che prima della Pace di Westfalia gl' Imperadori nelle Primarie Preci facevano menzione dell' Indulto Pontificio, confessa, che l' hanno poi tralasciata in ossequio della medesima. Nel che altresì concorda *Adamo Cortrejo* nel luogo citato alla pag. 48. sotto il n. *61.* del qual punto tratterassi prima di compire la presente Istruzione.

6. Chionque vorrà senza prevenzione di partito considerare, chi è, che al fonte dell' Apostolica autorità riferisce il jus delle Primarie Preci, e chi è, che alla Maestà Imperiale il tutto ascrive, e per qual cagione alle volte si è tralasciato di far menzione dell' Indulto Apostolico nelle Primarie Preci spedite dagl' Imperadori, ed in oltre che tal modo d' agire, di pensare, e di scrivere, è appoggiato alla base della Pace di Westfalia, riprovata per tanti capi da questa Santa Sede, e particolarmente per essere in essa ammessi gli Acattolici ad esser capaci del benefizio delle Primarie Preci: *Precumque Primariarum eidem Ferdinando Regi in Imperatorem electo a præfata Sede Apostolica concessarum ad participationem admittuntur*: come si legge nella Bolla del nostro Predecessore Innocenzo X., che incomincia: *Zelo Domus Dei*, spedita nel dì 20. di Novembre del 1648., vedrà chiaramente con quanta giustizia nella di lei lettera è stato indicato, che l' autorità Pontificia è quella, a cui s' appoggia il jus delle Primarie Preci.

7. Resterà poscia il predetto ancora più persuaso di questa verità, se avrà la sofferenza di vedere, a che si appoggia il sentimento favorevole alla Santa Sede, ed a che si appoggia il sentimento favorevole alla Maestà Imperiale. Gli Autori Cattolici seguaci del primo, considerando, che le Primarie Preci non sono una semplice raccomandazione, ma che contengono un ordine positivo, ed un precetto, che il nominato in esse sia provisto del Benefizio Ecclesiastico, a cui ha ottenuto le Preci, come, parlando della natura ed indole delle medesime, ben discorrono l' *Hoffmanno* nel suo Lessico universale alla parola *Preces Primariæ*, ed il *du Fresne* nel Glossario *ad Scriptores* al tom. 5. dell' ultima stampa nella parola *Preces Primariæ*, inerendo alla disposizione de' Canoni, ed alla disciplina della Chiesa, strettamente vogliono, che una persona laica, quantunque ornata della Maestà Regia, o Imperiale, nè sia, nè possa esser capace d' un simile diritto, se non le viene accordato dal fonte dell' Ecclesiastica autorità. Ciò si desume dal Can. *Hadrianus* alla dist. *63.* dal Cap. *Sacrosancta*, e dal Cap. *Massana*, *de Electione*: e giacchè, quanto possiamo, vogliamo prevalerci degli Autori Alemanni, *Hermanno Ermete* nel Trattato, che intitolò *Fasciculum Juris Publici*, al cap. 11. pag. 155. num. 8. e seguenti, discorre ampiamente la materia ne' termini precisi delle Primarie Preci; e fattasi l' opposizione, che il Principe laico non può possedere diritti spirituali in sequela di qualsivoglia consuetudine benchè immemorabile: *At dices: Consuetudo etiam memoriam hominum excedens, tribuens facultatem laico ad Prælaturas & Beneficia, a Canonibus damnatur, & corruptela dicitur; idque quia laicus etiam Principali & Regia potestate fulgens jura spiritualia possidere nequeat*: risponde, che cessa ogni inconveniente, in vigore dell' Indulto del Papa: *Respondetur namque, per auctoritatem Pontificis accedentem, Imperatorem fieri capacem, quia agit cu consuetudine auctoritate Apostolica roborata. Sola tamen consuetudo, vel præscriptio etiam immemorabilis, hoc jus laico tribue-*

Westphalicæ sponsione Imperii publica roborata, quam Pontifex infringere non potest. Et *Burcard Gottelf Struve in Syntagmate Juris Puplici* c. 10. §. 32. après avoir exposé, qu'avant la Paix de Westphalie les Empereurs dans les Premieres Prieres faisoient mention de l' Indult du Pape, avouë, qu'ils l' ont ensuite laissé en consideration de la dite Paix. En quoi aussi s'accorde *Adam Cortrejus* au lieu cité pag. 48. n. *61.* On traitera de ce point avant que d'achever la presenre Instruction.

6. Quiconque voudra sans prevention de Parti considerer, qui est celui, qui rapporte à la source de l'Authorité Apostolique le Droit des Premieres Prieres, & qui est celui, qui attribuë le tout à la Majesté Imperiale, & pour quelle raison quelquefois ou a omis de faire mention de l' Indult Apostolique dans les Premieres Prieres expediées par les Empereurs, & de plus qu' une telle maniere d'agir, de penser, & d'ecrire est appuyée sur la base de la Paix de Westphalie rejettée par le Saint Siege par tant de raisons, & principalement parcequ' on y a admis les Acatholiques pour être capables du benefice des Premieres Prieres: *Precumque Primariarum eidem Ferdinando Regi in Imperatorem electo a præfata Sede Apostolica concessarum ad participationem admittuntur*: comme on lit dans la Bulle de notre Predecesseur Innoc. X. qui commence *Zelo Domus Dei*, expediée le 20. Novembre 1648. verra clairement avec combien de justice il a été specifié dans votre lettere, que l'Autorité Pontificale est celle sur la quelle est appuyé le Droit des Premieres Prieres.

7. Il restera encore plus persuadé de cette verité, s'il a la patience de voir à quoi s'appuye le sentiment favorable au Saint Siege, & à quoi s' appuye le sentiment favorable à la Majesté Imperiale. Les Autheurs Catholiques partisans du premier, considerant, que les Premieres Prieres ne sont pàs une simple recommandation, mais qu' elles contiennent un ordre positif, & un precepte, que le nommé en icelles soit pourvû du Benefice Ecclesiastique, pour le quel il a obtenu les Prieres, comme, en parlant de leur nature, & qualité, raisonnent fort à propos *Hoffman* dans son Lexicon universel à la parole *Preces Primariæ*, & *du Fresne* dans le Glos. *ad Scriptores* au t. 5. de la derniere impression sur le mot *Preces Primariæ*; car adherant à la disposition des Canous, & à la Discipline de l'Eglise, ils veulent absolument, qu'une personne laïque, quoiqu'ornée de la Majesté Royale, ou Imperiale, ne soit, ni ne puisse être capable d' un semblable Droit, s'il ne lui est accordé par la source de l' Authorité Ecclesiastique. On tire cela du Canon *Hadrianus* à la distin. *63.* du chap. *Sacrosancta*, & du chap. *Massana*, *de Electione*, &, puisque, autant que Nous pouvons, Nons voulons Nous prevaloir des Autheurs Allemands, *Herman Ermete* dans le Traité qu'il nomma *Fasciculum Juris publici* c. 11. pag. 155. n. 8. & suivans traite amplement de la matiere dans des termes precis des Premieres Prieres, & se faisant l'opposition, que le Prince laïque ne peut posseder des Droits Spirituels en consequence de quelque coutume, que ce soit, quoiqu'immemoriale: *At dices: Consuetudo etiam memoriam hominum excedens, tribuens facultatem laico ad Prælaturas, & Beneficia, a Canonibus damnatur, & corruptela dicitur; idque quia laicus, etiam Principali, & Regia potestate fulgens jura spiritualia possidere nequeat*: il repond, que tout inconvenient cesse en vigueur de l' Indult du Pape: *Respondetur namque, per auctoritatem Pontificis accedentem, Imperatorem fieri capacem, quia agit eu consuetudine Auctoritate Apostolica robora-*

re non posset, quia principale requisitum, facultas scilicet possidendi jus Ecclesiasticum, sine Indulto Papæ deficeret: e soggiungendo il *Frischio*, che il jus di cui si tratta, non è Spirituale, ma profano e temporale, replica *Ermete*: *Verum, cum non sit sola perceptio redituum Beneficium Ecclesiasticum, sed ejus principale sit jus administrandi Sacramenta, prædicandi, cantandi in Templo, & Officia Sacra alia peragendi, communis sententia Canonistarum a Frischio recedit*. Questo comune sentimento degli Autori Cattolici è anche ben riconosciuto da un Autore Acattolico *Giacomo Bernardo Multz* nella sua Opera intitolata *Majestas Imperatoria* alla part. 2. cap. 33. *de Religione* pag. 939. ove così espone il sentimento degli Autori Cattolici: *Ex mente Catholicorum, qui omnes collationes Beneficiorum ad Pontificem pertinere, & sine ipso in talibus nihil validi a sæcularibus fieri posse credunt*. E coerentemente alla dottrina de' Cattolici il *Gerard* pubblico Professore di Legge Acattolico, nella sua Opera stampata in Lipsia *de Precibus Primariis Imperatoris* alla quest. 4. num. 22. porta le concessioni fatte dai Romani Pontefici ai Principi per poter nominare ai Benefizj. Ma gli Autori Acattolici nel volere additare il fondamento della loro asserzione talmente s' imbarazzano, che la confusione, che in ciò anche regna fra loro, basta per dimostrarne l'insussistenza: qual confusione è ingenuamente ammessa dal *Tomasio* nelle note al Trattato di *Monzambano de Statu Imperii Germanici* cap. 5. pag. 474. dell' ultima edizione di Ala 1714. ove, dopo aver riferiti i Trattati fatti pro e contra nell'occasione della controversia, che fu sopra questa materia fra Clemente XI. e Giuseppe I. Imperadore, della quale altrove parlerassi, così scrive: *In singulis his scriptis multa reperies, quæ multis dubiis sunt obnoxia, non tam vitio Auctorum, quam quod tota materia de Jure Primariarum Precum hactenus sit confuse exposita, adeoque in plerisque assertionibus emendationem potissimum ex genuina historia de origine, & progressu Primariarum Precum hactenus plane neglecta desumendam desideret*.

8. Il *Mattenesio*, lo *Sprengero*, lo *Speidelio* ricavanò l'origine delle Primarie Preci dal rito una volta praticato, che quando gl' Imperadori si coronavano, erano fatti Canonici di alcune Chiese, d' Argentina, di Liegi, di Bamberga, di Colonia, ed anche di S. Pietro di Roma. Ma il *Frischio* ne' suoi Opuscoli varj stampati in Norimberga l' anno 1731. alla part. 1. tratt. 5. cap. 2. num. 43. e segg. si protesta di non poter venire in questa opinione. Il *Boehmero* nel cit. tom. 2. al lib. 3. tit. 5. §. 103. dice, non parergli, che ben' argomenti chi dice: l'Imperadore diventa Canonico d'Aquisgrana, o di Colonia; dunque in tutte le Cattedrali, Collegiate, e Conventuali della Germania può esercitare il diritto delle Primarie Preci: *Quodnam vero sit filum consecutionis, Imperator fit Canonicus Aquisgranensis, vel Coloniensis, ergo in omnibus Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis, & Conventualibus potest Preces Primarias exercere, non video*. E l'esposto partito è anche abbandonato dall' *Ayrero* nella sua Opera delle Primarie Preci al §. 21. ove pure riflette, che, se l' Imperadore avesse il detto jus come Canonico, non potrebbe far di meno di non riconoscerlo dal Papa: *Sane, si titulo Canonicatus exerceret Imperator, haud dubie beneficio Pontificis illud adscribendum foret*. E *Gabriele Schwedero* nell' Introduzione al Jus Pubblico sez. 1. c. 5. pag. 283. non si vuol sottoscrivere all' esposta origine delle Primarie Preci, sup-

38. Par les notices survenües on sçait, que de la Cour de Vienne on avoit envoyé au Cardinal son Ministre à Rome une lettre, par la quelle on pensoit d'accomplir la promesse de correspondre par ecrit, & avec civilité à l'Indult deja expedié par Nous des Premieres Prieres: *comitatem pro comitate*; mais pourtant, selon ce qu'on a aussi appris, le Cardinal n'ayant pas crû, que la lettre transmise fût conçuë dans les termes, qu'il s'étoit figuré lui même, dans le tems, qu'on esperoit, qu'avec ses representations ulterieures on auroit fait une nouvelle lettre, Nous apprenons, qu'il s'excite une plainte, parceque dans votre lettre circulaire, avec la quelle vous accompagniés le Bref, vous avez inseré les paroles ci-dessus rapportées: *Placuit Summo Pontifici concedere Imperatori Preces, quas vocant Primarias.*

39. Nous avons été veritablement surpris de ce nouveau sujet de plainte, car vous n'avez pas ecrit, que ce qui est très-vrai, c'est à dire, que Nous avons expedie l'Indult des Premieres Prieres, & vous n'avez pas d'ailleurs inseré dans votre lettre des paroles qu'il ait fallu n'y pas inserer, d'autant qu'on n'a jamais parlé de la formule des lettres circulaires des Nonces, & que par consequent Nous n'avons donné aucun ordre à nos Nonces touchant la forme de la dite lettre, & que vous vous êtes servi des paroles qui sont propres au Ministre Apostolique, du quel ce seroit une grande indiscretion, que de pretendre, qu'il ne se servit pas de ces termes qui sont propres à son caractere, & Ministere.

40. D'autant plus ensuite, que vous vous êtes arreté aux paroles: *Placuit Summo Pontifici concedere Imperatori Preces, quas vocant Primarias*, en excitant les Chapitres à les mettre en execution, & sans passer plus outre, ni ajouter clairement, & sans besoin de tirer consequence, comme vous auriez pû faire, que de notre Indult depend le Droit, & l'exercice des Premieres Prieres, vous étant contenté de laisser la consequence à qui auroit vû notre Bref accompagné de votre lettre, & qui, comme Nous avons repeté plusieurs fois, avoit deja été concerté.

41. Il arrive journellement, que celui qui a obtenu les Premieres Prieres a besoin du secours Apostolique, où parcequ'il n'a pas l'âge requis par les Canons, ou parcequ'il a quelqu'autre Benefice incompatible, ou parceque lui est contraire quelqu'autre empechement canonique; & cependant il recourt au Saint Siege pour les derogations convenables, qu'on lui accorde par le canal de la Daterie; & deja à cette heure cela est arrivé plusieurs fois à l'egard des Precistes favorisés par le present Empereur François I. Les recourrans dans la requête font une mention expresse de l'Indult Apostolique des Premieres Prieres accordé par Nous à l'Empereur pour justifier leur nomination: *A Serenissimo Principe Francisco Romanorum Rege in Imperatorem electo, vigore Indulti Primariarum Precum eidem Francisco Regi in Imperatorem electo per Sanctitatem Vestram Apostolica auctoritate concessi, nominatus fuit &c.*; Voila la formule. C'est pourquoi Nous voulons bien demander, si au moins au Nonce du Pape il peut être permis, sans offenser personne, de se servir des mêmes expressions dont se sert le Preciste nommé par l'Empe-

reur,

nando le parole da lei usate nella lettera: *Placuit Summo Pontifici concedere Imperatori Preces, quas vocant Primarias:* colle altre usitate dai Precisti, che ora ripetiamo: *A Serenissimo Principe Francisco Romanorum Rege in Imperatorem electo, vigore Indulti Primariarum Precum eidem Francisco Regi in Imperatorem electo per Sanctitatem Vestram Apostolica auctoritate concessi, nominatus &c.:* ci pare con questo solo d'aver detto tanto, che basti per dimostrare l'insossistenza della querela. Terminiamo poi la Lettera con ingiugnerle, ch'essa sia fedelmente conservata negli Atti della sua Nunziatura, come un'autentica pruova del nostro operare, e come una regola, e norma in tutte le altre occorrenze, che potessero succedere. Nella Lettera poi abbiamo inserita la materia; sì perchè, sentendone essa parlare, sia in grado di poter rispondere; sì perchè coll'occasione della querela eccitata per la consaputa sua lettera, abbiamo pruove autentiche, spargersi, che la prerogativa delle Primarie Preci è prerogativa puramente Imperiale, che non ha bisogno della concessione di veruno, escludendo in questo modo la S. Sede.

42. Saranno senza dubbio note alla di lei erudizione le gravi controversie, che furono fra il Pontefice Bonifazio VIII. e Filippo il Bello Re di Francia. Faceva il Papa un capo di querela, che il Re conferisse Benefizj, il che non poteva fare senza espresso, o tacito consenso del Papa: *Ad te hujusmodi Ecclesiastica Dignitatum, Personatuum, Canonicatuum, Beneficiorum, & Præbendarum collatio non potest quomodolibet pertinere, nec pertinet, nec per tuam collationem potest alicui jus acquiri sine auctoritate, vel consensu Sedis Apostolicæ tacitis vel expressis, quæ qui accipit, & se denegat accepisse, eis propter ingratitudinem est privandus.* Non negava il Papa, che il Re non potesse conferire, quando lo faceva col consenso tacito, o espresso della Sede Apostolica; ma pretendeva, che il Re confessasse di farlo coll'assenso della medesima. E Filippo il Bello replicava, che si serviva del suo jus in quel modo, che S. Lodovico, e gli altri suoi Predecessori se n'erano serviti da tempo immemorabile, il che era ben noto allo stesso Pontefice: *Respondit Rex, quod collatione Beneficiorum usus est, & utitur, sicut ad eum pertinet de jure, & bona consuetudine, sicut Sanctus Ludovicus, & alii Prædecessores sui usi fuerunt a tempore, cujus memoria non existit, nec circa hoc fecit, aut intendit facere aliquam novitatem, nec credit, quod Papa sibi facere velit, qui longum usum suum, & Prædecessorum suorum in collatione hujusmodi novit plenissime ab experto.*

43. La pretensione Pontificia di sopra esposta si legge appresso il *Raynaldi* all'anno 1311., num. 34., e la Regia risposta si vede nella *Storia* delle differenze fra Bonifazio VIII., e Filippo il Bello alla pag. 90., e 93. Questa controversia viene esaminata dal *Tomassino* nella sua Opera dell'antica, e nuova disciplina della Chiesa alla part. 2. lib. 1. cap. 55. num. 6., e dice, non sembrargli, che meritasse un sì grave impegno; imperocchè se già il Papa, ed il Re sapevano, che i Predecessori Pontefici avevano avuta notizia delle Regie collazioni, che le avevano tollerate, e che però v'era intervenuto un tacito consenso, non si può capire, come il Papa, ed il Re, che sapevano il fatto com'era, dovessero aver ripugnanza nel confessare, che v'era intervenuto un tacito consenso Pontifi-

cio:

reur, & comme sans doute on Nous repondra qu'ouï, en combinant le mots, dont vous vous servez dans la lettre: *Placuit Summo Pontifici concedere Imperatori Preces, quas vocant Primarias:* avec les autres employées par les Precistes, que Nous repetons maintenant: *A Serenissimo Principe Francisco Romanorum Rege in Imperatorem electo, vigore Indulti Primariarum Precum eidem Francisco Regi in Imperatorem electo per Sanctitatem Vestram Apostolica auctoritate concessi, nominatus &c.:* il Nous semble par cela seul d'avoir dit autant qu'il suffit pour demontrer l'insubsistence de la plainte. Nous finissons ensuite cette Lettre en vous enjoignant, qu'elle soit fidellement conservée dans les Actes de votre Nonciature, comme une preuve authentique des nos actions, & comme une regle dans toutes les autres conjonctures qui pourroient arriver. Nous avons d'ailleurs approfondi la matiere; tant parcequ'en cas, que vous en entendiez parler, vous soyez en état de pouvoir repondre, que parcequ'à l'occasion de la plainte excitée par votre lettre Nous avons des preuves authentiques, qu'on fait courir le bruit, que la prerogative des Premieres Prieres est une prerogative purement Imperiale, qui n'a besoin de la concession de personne, en excluant de cette façon le Saint Siege.

42. Vous n'ignoretez pas sans doute les grands demelés qui s'eleverent entre Boniface VIII. & Philippe le Bel Roi de France. La plainte capitale du Pape étoit, que le Roi conferoit des Benefices, ce qu'il ne pouvoit faire sans un exprès, ou tacite consentement du Pape: *Ad te hujusmodi Ecclesiastica Dignitatum, Personatuum, Canonicatuum, Beneficiorum, & Præbendarum collatio non potest quomodolibet pertinere, nec pertinet, nec per tuam collationem potest alicui jus acquiri sine auctoritate, vel consensu Sedis Apostolicæ tacitis, vel expressis, quæ qui accipit, & se denegat accepisse, eis propter ingratitudinem est privandus.* Le Pape ne nioit pas que le Roi ne pouvoit conferer, quand il le faisoit avec le consentement tacite, ou exprès du Saint Siege; mais il pretendoit, que le Roi avoüat, qu'il ne le faisoit, qu'avec le dit consentement. Et Philippe le Bel repliquoit, qu'il se servoit de son Droit de la même maniere, que Saint Louïs, & ses autres Predecesseurs s'en étoient servis depuis un tems immemorial, ce que le Pape sçavoit bien: *Respondit Rex, quod collatione Beneficiorum usus est, & utitur, sicut ad eum pertinet de jure, & bona consuetudine, sicut Sanctus Ludovicus, & alii Prædecessores sui usi fuerunt a tempore, cujus memoria non existit, nec circa hoc fecit, aut intendit facere aliquam novitatem, nec credit, quod Papa sibi facere velit, qui longum usum suum, & Prædecessorum suorum in collatione hujusmodi novit plenissime ab experto.*

43. On lit la pretension du Pape ci-dessus exposée dans *Raynaldi* à l'année 1311. nomb. 34. & on voit la Reponse Royale dans l'Histoire des Demelez entre Boniface VIII., & Philippe le Bel aux pag. 90. & 93. *Thomassin* examine cette Controverse dans son Ouvrage de l'ancienne, & de la nouvelle discipline de l'Eglise à la par. 2. liv. 1. ch. 55. nomb. 6. où il dit qu'il ne lui semble pas, qu'elle meritat un si grand engagement, car si deja le Pape, & le Roi sçavoient, que les Pontifes Predecesseurs avoient eû connoissance des collations Royales, qu'ils les avoient tollerées, & que par cela il s'y etoit trouvé un tacit consentement, on ne peut pas comprendre comment le Pape, & le Roi, qui sçavoient le fait comme il étoit, dûssent avoir de la repugnance d'avouër qu'il y avoit eû

un

cio: *In aperto est, tanti non fuisse eam rem; ut merito de ea contenderetur tantopere, & tamdiu, cum & Pontifici & Regi persuasissimum esset, antiquos Pontifices non nescisse, & saltem tolerasse hanc Galliæ Regum consuetudinem; ex quo fiebat, ut tacita saltem eorum intervenisset consensio. Cum ita res se haberet, cum ita utrinque in confesso esset, jam vereor, ut satis causæ fuerit vel Pontifici, vel Regi, quamobrem confiteri detrectarent, quod detrectare non poterant, juri Regio Pontificiam accessisse saltem tacitam consensionem.*

44. Dà il Tomassino torto al Papa, perchè non dicesse liberamente, che nelle collazioni era intervenuto un tacito assenso de' Papi; e dà torto al Re, perchè sapendo, che la cosa stava così, non lo dicesse liberamente. Ciò stante, possiamo fondatamente sperare, che quell' Autore di tanto merito, e di tanta esperienza nelle cose Ecclesiastiche, se dovesse dare il giudizio nella presente controversia, darebbe a Noi tutta la ragione, e darebbe tutto il torto alla Parte contraria. Noi abbiamo dato l' Indulto delle Primarie Preci alla Maestà dell' Imperadore Francesco I. seguitando l' esempio de' nostri Predecessori, ed in seguela delle petizioni a Noi fatte in di lui nome, come di sopra si è dimostrato, e Noi liberamente lo confessiamo. Chi poi ha ottenuto l' Indulto, e chi se ne prevale, è quello, che dissimula d' averlo ottenuto, e fa un capo di querela, perchè i nostri Ministri, per facilitargliene l' effettuazione, e per levare le opposizioni, che si farebbero da quelli; ai quali sono indirizzate le Prime Preci, loro notificano, che da Noi è stato spedito l' Indulto. E però, se, giusta il Tomassino, ha ragione chi ingenuamente confessa ciò che è stato, ed ha torto chi nega quanto è seguito, nella presente controversia il di lui giudizio sarebbe a pro nostro, e sarebbe contrario agli altri. Che è quanto dovevamo accennarle, dandole l' Apostolica Benedizione. *Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 28. Octobris 1747. Pontificatus Nostri Anno Octavo.*

un consentement tacite du Pape: *In aperto est, tanti non fuisse eam rem, ut merito de ea contenderetur tantopere, & tamdiu, cum & Pontifici, & Regi persuasissimum esset, antiquos Pontifices non nescisse, & saltem tolerasse hanc Galliæ Regum consuetudinem; ex quo fiebat, ut tacita saltem eorum intervenisset consensio. Cum ita res se haberet, cum ita utrinque in confesso esset, jam vereor, ut satis causæ fuerit vel Pontifici, vel Regi, quamobrem confiteri detrectarent, quod detrectare non poterant, Juri Regio Pontificiam accessisse saltem tacitam consensionem.*

44. Thomassin donne le tort au Pape de ce qu' il ne disoit pas librement, que dans les Collations il s'étoit trouvé un consentement tacite des Papes; & il donne tort au Roi, parceque, sçachant, que la chose étoit ainsi, il ne le disoit pas librement. Cela étant Nous pouvons esperer avec fondement, que cet Autheur d' un si grand merite, & d' une si grande connoissance dans les affaires Ecclesiastiques, s'il devoit porter son jugement touchant la Controverse presente, Nous donneroit toute la raison, & donneroit tout le tort à la Partie contraire. Nous avons donné l' Indult des Premieres Prieres à Sa Majesté l' Empereur François I. en suivant l' exemple de nos Predecesseurs, & en consequence des demandes qu' on Nous en a faites en son nom, comme l' on a montré ci-dessus, & Nous l' avoüons franchement. Après tout celui qui a obtenu l' Indult, & qui s'en sert, dans le même tems dissimule de l' avoir obtenu, & fait une plainte capitale de ce que nos Ministres pour lui en faciliter l' effet, & pour ôter les oppositions, qui feroient ceux, aux quels sont adressées les Premieres Prieres, leur font sçavoir, que Nous avons depèché l' Indult. C'est pourquoi si selon Thomassin celui-là a raison qui avoüe ingenument ce qui a été, & a tort celui qui nie tout ce qui est arrivé, son jugement dans le present Differend feroit en notre faveur, & feroit contraire aux autres. Voila tout ce que Nous avions à vous marquer, en vous donnant la Benediction Apostolique. *Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 28. Octobris 1747. Pontificatus Nostri anno VIII.*

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

BENEDICTI PAPÆ XIV.

EPISTOLA

AD NOBILEM VIRUM

FLAMINIUM CORNELIUM

SENATOREM VENETUM

typis impressa Romæ an, 1753.

DILECTO FILIO NOBILI VIRO SENATORI FLAMINIO CORNELIO.

BENEDICTUS PP. XIV.

Dilecte Fili, Nobilis Vir, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

ACCEPTISSIMUM munus Nobis oblatum est a Dilecto Filio Hieronymo Lombardo, Presbytero Soc. Jesu, sedecim Voluminibus Historiæ a te compositæ constans, quorum tredecim sunt de Venetæ, tria autem de Torcellanæ Urbis sacris Ædibus: quorum ita lectione delectati sumus, ut singularem tibi pietatis ac religionis, Nobis aliis etiam indiciis perspectæ, laudem tribuerimus, & studium istud tuum sacræ eruditionis etiam apud posteritatem propagandæ vehementer probaverimus. In quo ut & tu pergas, & alii exemplo tuo commoti, nostraque commendatione incitati exercere se velint, non dubitavimus ultro tibi ac sponte hisce litteris de tam egregio tuo Opere gratulari. Plurima sane in eo antiquitatis monumenta e secretioribus tabulariis, ubi neglecta obsolescebant, eruta animadvertimus, quæ cum Nobis perquam insignia ac præclara visa sunt, tum magno, ac multiplici usui omnigenæ eruditionis studiosis hominibus esse poterunt.

Singulare semper, ac tanquam proprium inclytæ Patriæ istius tuæ decus fuit, Christianæ pietatis ac religionis studium. Neminem adhuc, qui aliter senserit, extitisse censemus: nec vero quemquam, qui non ita sentiat, fore persuasum habemus, quamdiu tua hæc Volumina perennarint, in quibus tam multa ejus rei, & certissima documenta continentur. Quin etiam futurum existimamus, ut ii etiam, qui ad legendum mirificam legendarum in eo genere rerum opinionem afferent, earumdem copia atque excellentia veluti obruantur, pluraque ac præstantiora inter legendum offendant, quam quot aut quanta animo præconcipere atque expectare potuerunt. Nos certe cum meritum laudis ac debitum Reipublicæ Venetæ testimonium haud ita pridem dare vellemus, quod schismaticum quemdam Episcopum, Græcum hominem, a quo verendum erat, ne homines ex eadem gente Catholicis Sacris addicti, & Latino eidemque Catholico Episcopo subjecti, aliqua pravorum dogmatum contagione inficerentur, consistere intra imperii sui fines passa non est, attulimus quidem non pauca, ex veteri annalium memoria repetita, similis propemodum rationis, fortitudinis, atque constantiæ singularis exempla; verumtamen tam multa alia instituto illi nostro atque consilio perquam apta atque accommodata præteriimus, quæ duodecimo tuæ Historiæ Volumine, quo carebamus, complexus es, de istius Reipublicæ acerrimis actis, sapientissimisque decretis, quibus, ne inter Græcos S. Georgii Sacerdotes ulli schismatico locus esset, & sæpe & diligentissime cavit.

Utilitate igitur, eaque insigni, Opus hoc tuum, Dilecte Fili, commendatur: quæ sola satis esse deberet, ut illud hominum favor, te omnium gratulatio prosequeretur. Sed, quo & tu eo confecto magis lætere, & nemo a te susceptum fuisse forte miretur, summorum virorum exemplo factum tuum tueri, atque adeo commendare potes. Nam, ut Venetos ipsos tuos, qui in aliqua istius argumenti tui parte versati sunt, omittamus, quam multi & patrum, & nostra memoria similem spartam ornarint, non ignoramus. Marcus quidem Antonius Guarinus Ferrariæ urbis, cujus erat civis, totiusque Ferrariensis diœceseos Ecclesiasticam historiam scripsit, eamque anno 1621. vulgavit: qua breviter quidem, verumtamen dilucide, atque accurate earum cum originem, tum progressus, ac decora, & ornamenta persecutus, non vulgariter de suis civibus meritus censeri debet. Nec minus Joanni Baptistæ Biancolinio, qui nostra hac ætate Opus illud suum, pluribus Voluminibus comprehensum, & *Notizie Storiche delle Chiese di Verona* inscriptum, edidit, debere se civi suo Veronenses profitentur. Quid Urbs hæc nostra, totius Christiani Orbis princeps, Roma? quam multa in ea ejusdem operæ atque industriæ suppetunt exempla? cujus quidem Urbis Basilicas, atque Ædes Deo in Sanctorum honorem constitutas, plurimi pietate atque doctrina præstantes viri egregiis commentariis illustrarunt, quibus & sacræ antiquitatis studiosorum eruditio mirandum in modum adjuvatur, & ipsorum Templorum religio ac sanctitas, ab antiquissimis repetita ac ducta temporibus, iis hominibus, qui nunc sunt, ac nostris etiam posteris commendatur. Extant Panvinii, extant Severanii de septem, per eamque occasionem de aliis plurimis Romanæ Urbis, atque agri Ecclesiis tractatus luculentissimi. Ac Panvinius quidem singulares de Lateranensi, ac de Vaticana Basilica libros a se conscriptos moriens reliquit: quorum alterum Rasponius Cardinalis in suos de eadem Lateranensi Basilica commentarios pene integrum transtulit; alter in Vaticanæ tabulario manu scriptus adservatur. Liberianam Paullus de Angelis illustravit. Nec vero nostris etiam temporibus defuerunt, qui similem operam sacris aliis Ædibus & S. Mariæ in Cosmedin, & S. Joannis ante Portam Latinam, & Ss. Martyrum Marcellini ac Petri, & Ss. Laurentii ac Damasi, & S. Mariæ de Ara Cæli, & S. Mariæ trans Tiberim, & S. Alexii, & Ss. Cosmæ ac Damiani ingenti cum doctorum hominum adprobatione doctissimi ipsi viri ac præstanti dignitate impenderunt: ne quidquam interea aut de iis magnis, tantaque ac tam recondita eruditione refertis

fertis Voluminibus dicamus, quæ haud ita pridem super Basilica Vaticana prodierunt, aut de minoribus iis, quibus ejusdem Basilicæ dignitas, atque præstantia celebratur, aut Altaria sacræque Reliquiæ recensentur atque illustrantur. Quin hoc ipso tempore novam Liberianæ Basilicæ historiam apparari condique scimus, antiquissimis atque eximiis monumentis, a laudato Paulio ignoratis, certe in suo commentario præteritis, locupletatam.

At nonnulli sunt, quemadmodum accepimus, qui Operis a te, Dilecte Fili, suscepti atque absoluti sic utilitatem ac decus agnoscunt, ut tamen negent, sæcularem hominem manus illi admovere debuisse, eamque provinciam alicui e Clericorum aut Monachorum ordine intactam relinquendam fuisse contendant. Quod quidem Nobis & novum, & permirum accidit; qui ita semper judicavimus, neque Ecclesiasticos, neque laicos homines ad ejusmodi opera accedere oportere, qui non sint satis ab ingenio, eruditione, doctrinaque instructi atque parati: at vero, quibus ea ornamenta insunt, & facultas operi non impar reperitur, eos sive sacris, sive laicis hominibus adnumerentur, æque in ejusmodi instituto versari, æqua Ecclesiæ sanctæ tali scriptorum genere prodesse convenire.

Nimis antiqua consectari videremur, si fidem sententiæ nostræ dictoque facturi, aut S. Justini Philosophi, aut Athenagoræ Atheniensis, aut Arnobii Africani, aut Didymi Alexandrini, aut Lactantii Firmiani, aut S. Prosperi Aquitani, aut Severini Boetii, aut Cassiodori, aut Evagrii Epiphaniensis, aut plurium aliorum (qui omnes de Ecclesiasticis rebus in nullum ipsi Ecclesiæ ordinem cooptati libris suis, luculenter scriptis, egerunt) exempla in medium afferremus. Propiora igitur & locis & temporibus videamus.

Nullis Ecclesiastici ordinis sacris initiatos fuisse constat duos illos, Ecclesiasticis certe Scriptoribus accensendos, insignes viros, Franciscum Mariam Florentinum Lucensem, & Philippum Bonarrotium Florentinum. Atque ille quidem professione Medicus (teste Maraccio in *Biblioth. Mar.* T. I. pag. 420.) valda probandas in Martyrologium Romanum adnotationes conscripsit atque vulgavit. Bonarrotius vero, Romæ aliquandiu commoratus, Nobisque per id tempus cognitus ac familiaris, Opus sane luculentum ac plane Ecclesiasticum composuit, atque edidit deinde Florentiæ anno 1716. hac inscriprione: *Osservazioni sopra alcuni frammenti di vasi antichi di vetro, ornati di figure, trovati ne' Cimiterj di Roma.*

Ad Ecclesiasticas scriptiones Juris Canonici tractationem pertinere, nemo sane negaverit. Atqui in ea versatos esse plurimos non Ecclesiasticos viros, compertum est, ut Joannem Andreæ, Joannem Calderinium, Joannem Lignanensem, Petrum Ancharanium, Antonium Butriensem, multosque præterea vel ipsis Ecclesiasticis Juris Canonici Scriptoribus Gofredio, Innocentio, Bernardo Compostellano, Ostiensi, Durando, Archidiacono, Joanni Monacho, Panormitano propemodum comparandos: quorum plerique cum in celeberrima Bononiensi nostra Universitate docuerint, ea re ipsa admoniti Carolum Sigonium non præteribimus, qui eloquentiam Bononiæ professus, nec ullam Ecclesiastici muneris partem attingens, tamen Ecclesiasticam Severi Sulpicii historiam eruditissimis commentationibus illustravit, & Episcoporum Bononiensium seriem diligenti descriptione contexuit. Paullus vero Masinius memoria nostra in prægrande illud suum *Bononiæ perlustratæ* Volumen quidquid ad ejus Urbis insignes sanctitate viros, quidquid ad Episcopos, ad Templa, atque Cœnobia pertinet, etsi non admodum accurate digestum, contulit atque congessit. Denique hominis patrisfamilias Valerii Zanii Comitis præclara scripta typis edita circumferuntur, quibus multa de sanctissimis quibusdam Bononiensis civitatis hominibus, non ita vulgo nota, ac tamen scitu dignissima continentur. Masinii autem & Zanii laboribus plurimum adjutos se se Bollandiani Sanctorum rerum gestarum collectores non uno celeberrimi Operis loco testantur.

Sed jam ad illustres cives tuos, Dilecte Fili, atque inclytæ Venetorum Reipublicæ Scriptores, qui nullis ipsi sacris initiati, de rebus tamen sacris plurimi anta te scripserunt, veniendum est. Ac primo Caroli Capelli Senatoris amplissimi commentarius, Paulo III. prædecessori nostro nuncupatus, occurrit, *de observanda secundum Deum & secundum Deum colenda Ecclesiastica Majestate, & Sanctorum Apostolorum constitutionibus & decretis*. Atque is quidem, quum apud Ferdinandum Romanorum Regem Reip. legatione fungeretur, unum & alterum *de justa Dei contra nos indignatione* commentarium conscripsit: id quod ex Dilecti Filii, Nobilis Viri, Equ. Marci Fuscareni, S. Marci Procuratoris, egregio Opere inscripto *della Letteratura Veneta* pag. 362. didicimus. Ecclesiastica Hieronymi Mutii Justinopolitani Opera, quæ non pauciora, quam liberos, moriens anno 1575. post se reliquit, illa præserim adversus Petrum Paullum Vergerium civem suum, insignem illum Catholicæ Religionis perfugam ac proditorem Episcopum, si cui nota non essent, is valde in rebus apertissimis caligaret. Ea certe hominem magnopere sanctissimo Pontifici prædecessori nostro Pio V. commendarunt: & in Capponianæ Bibliothecæ, in Vaticanam illatæ, Catalogo, itemque in Fontaninii *Eloquentiæ Italicæ* Libro, denique in Apostoli Zeni super eodem Libro Adnotationibus pag. 182. memorantur. Si quis autem ejusdem conditionis generisque Scriptores, qui aut de sacris patriæ suæ Ædibus, aut da sanctorum virorum rebus præclare gestis egerunt, eaque re non minus hominum eruditioni ac litteris, quam Christianæ pietati profuerunt, velit recensere, is laudatum Equitis Fuscareni Opus adeat; sibique abunde, suæque curiositati satisfactum intelliget; libro præsertim II. pag. 168. ubi de Andreæ Danduli Ducis Chronico agitur, in quo & multarum Ecclesiarum institutiones, & Cœnobiorum plurimorum fundationes, & sacrorum Corporum ac Reliquiarum acquisitiones recensentur: & lib. III. pag. 304. ubi Bernardi Justiniani, Equitis, & S. Marci Procuratoris, commentarius de vita ac rebus gestis Sanctissimi Patriarchæ Laurentii, patrui sui, valde latino atque eleganti sermone conscriptus, commemoratur: & libro IV. pag. 341. ubi bini Lauri Quirinii, unus autem Paulli Zilii F. Mauroceni, Senatorum, *de Judæorum perfidia* Tractatus afferuntur; eodemque libro pag. 361. inter reliquos Venetos, qui, cum laici essent, scriptis suis Sanctorum virorum acta persecuti sunt, Leonardus Justinianus, Ludovicus Fuscarenus, Franciscus Diedus, Andreas Maurocenus, Jo: Franciscus Lauredanus, Nicolaus Sagundinus recensentur. Prope in infinitum posset excrescere numerus eorum Venetorum sive ex patricio, sive ex inferioribus ordinibus, qui res sacras non sacri ipsi homines, ingenti sacræ literaturæ bono, vario scriptorum genere pertractarunt. Eum, qui iis, quos certe non multos duximus nominandos, contentus non sit, ad P. Joannis Augustinii ex Ordine Min. Observ. Opus, quod inscribitur *Notizie istorico-critiche intorno la vita, e le opere degli Scrittori Veneziani*, rejicimus, pagina quidem Præfationis 47. Operis vero ipsius pag. 164. 171. 287. 289. 325. Nobis, quæ pauca, eaque

Opusc. Miscell. P 2

eaque de paucis diximus, dicta sufficiant: nisi quod duos tacitos præterire nequaquam volumus aut debemus, Apostolum nempe Zenum, cujus magnum merito est inter litteratos nomen, de quo apud eumdem Equ. Fuscarenum tom. I. pag. 375. cognovimus, eum collatis conjunctisque cum Joanne Baptista Leonardutio Presbytero studiis atque operis, Venetorum Antistitum ac Patriarcharum, quin etiam Primiceriorum, atque adeo singulorum uniuscujusque Parœciæ Parochorum seriem ac successionem descripsisse: & Scipionem Maffejum, qui Operis sui, quod *Verona illustrata* inscripsit, part. II. lib. 2. Veronensium Episcoporum historiam complexus est: de cujus hominis dignitate atque omnigena eruditione nemo est qui non magnifice & sentiat & loquatur; ut propterea supervacaneum esse statuamus quidquam a Nobis hoc loco de ejus summis laudibus dici; quum præsertim verendum fortasse esset, ne qui institutam cum eo ante annos amplius quadraginta amicitiam sancte ad hanc diem ac jucunde coluerimus, eidem potius amicitiæ, quam ipsi veritati, testimonium dedisse videremur.

Ecclesiasticarum igitur rerum, ab hominibus non Ecclesiasticis tractatarum, exemplis abundamus. Sed, qui ejusmodi tractationem solis Clericis ac Monachis adjudicare sententia sua volunt, eos uno illo Canonicarum Constitutionum Capite *Quicumque, de hæreticis, in sexto*, non recte, neque ut par est intellecto, niti existimamus. Canonis hæc verba sunt: *Inhibemus quoque, ne cuiquam laicæ personæ liceat publice vel privatim de Fide Catholica disputare: qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur.* Cujus Canonis interpretationem illam a Glossa relatam, simulque improbatam, Nos etiam improbamus: *Forte intellexerunt de laico ad modum Ultramontanorum, qui illitteratos laicos vacant, & litteratos Clericos vocant.* Cardinalis Cajetanus in Comment. ad art. 7. quæst. 10. 2. 2. S. Thomæ, *Leges*, inquit, *feruntur secundum id, quod est in pluribus. Communiter autem laici non sunt docti in Fide adeo, ut sunt Theologi sufficientes ad hoc. Unde posset licite contra hanc legem disputari a laico, quando casus esset, ut, non secundum verba, sed intentionem legis, agendum esset.* Luculentus item Auctor Penia *in adnotat. ad Inquisitorum Directorium part. 1. quæst. 10. comment. 25. §. Verum ut hæc apertius*, diserte docet, interdictum laico nequaquam esse disputationem de rebus Fidei cum hæretico homine instituere, modo ille doctrina excellat, & Catholicorum dogmatum contra hujus sophismata, in Fidelium periculum atque perniciem excogitata atque jactata, defendendorum rationem norit. Neque alia Pirhingii sententia est ad tit. 7. Decretalium *de hæreticis*, lib. 5. sect. 2. §. 3. num. 28.

Sed nihil necesse est in alienas ab instituto nostro quæstiones abire. Agitur enim, non de disputatione, quæ voce, sed quæ scripto instituatur: quod quidem postremum multo certe longius abest a periculo. *Aliud est*, inquit egregie Sylvius in 2. 2. S. Th. quæst. 10. art. 7. *scribere confutationes hæreseon, aliud voce disputare.* Fit enim sæpe, cum voce verbisque contenditur, ut clamosiores, callidiores, argutiores, denique impudentiores, non vero qui ratione atque ipsa veritate plurimum valent, superiores, vulgi atque imperitorum judicio, discedant: qua ex re factum esse, ut ejusmodi altercationes cum hæreticis hominibus commissæ, haud ita secundos exitus aliquando habuerint, recte animadversum est a Driedonio libro II. *de Scriptura Sacra* cap. 3. a Ruardo Tapero *Orat.* 5. denique a Cochleo in *Actis Lutheri* ad an. 1537. Præterea institutum hoc scribendi tuum, Dilecte Fili, tuique similium, nihil habet commune cum disputationibus illis contra hæreticos sive voce sive scripto institutis. Id unum agis, ut, conquisitis a te undique atque collectis venerandæ antiquitatis sacris quibusque monumentis, & Catholicorum pietatem augeas, & litteratorum hominum eruditioni servias. Cui certe consilio tuo atque proposito Canonicam sanctionem illam nihil omnino adversari, manifestum est.

Habes igitur, quo te, Dilecte Fili, consoleris; quem etiam ingentes Deo gratias agere convenit, cujus numine ac beneficio tibi concessum est, ut operam laboresque tuos in ejus obsequium, atque in Templorum, quæ domus illius in terris sunt, illustrationem posses impendere. Nos quidem Opus nostrum *de Synodo* iterum in hac Urbe aliquanto auctius excudendum hoc ipso tempore curamus: in cujus Operis lib. VI. cap. 8. num. 8. honorifice commemorari tua hæc scripta animadvertes; qua commemoratione non id quidem spectavimus, ut novum aliquod illis decus accederet, verum ut intelligeres, cum reliquorum de iisdem honorificentissima opinione nostrum quoque judicium consentire. Nam, quanto plausu vulgo excepta sint, quantique fiant (ut recens minimeque illud quidem vulgare testimonium atque judicium omittamus, quo istius Veneti Cleri Congregatio numisma tibi cudendum, tanquam homini optime de se atque insigniter merito, unis omnium suffragiis decrevit) clarissimorum Bollandianorum Patrum non uno ingentis sui Operis loco, recentissimeque in S. Joannis Chrysostomi haud ita pridem vulgatis Actis; numero præsertim 1495. gravissima ac præclara judicia satis superque declarant. Nec vero dubitamus, quin pari doctorum hominum adprobatione ac plausu reliqua tua excepta sint, quæ hoc eodem in genere ad hanc diem in lucem prodierunt, quorum lectione Nos item mirum in modum delectati sumus; qualis est in primis Dissertatio tua illa novissima *de cultu S. Simonis pueri Tridentini M. apud Venetos, notis illustrata*: quam ab eodem Dilecto Filio Hieronymo Lombardo Nobis oblatam & libenter excepimus, & tua singulari eruditione, exquisitoque criterio dignam judicavimus. Hortamur autem te, ut studium, ac facultatem excellentem istam tuam in ejusmodi alia quamplurima sacra argumenta, cum ab eruditis expetita, tum lucis maxime indigentia, conferre deinceps velis; quo majori & tibi honori, & inclytæ Patriæ tuæ ornamento, & Ecclesiæ Dei utilitati esse possis. Nos tibi interea, Dilecte Fili, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 22. Decembris 1753. Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto.

BENE-

BENEDICTI XIV. P. M.
EPISTOLA
PRO CARDINALI HENRICO NORISIO
APOLOGETICA
Ad Supremum Hispaniæ Inquisitorem.

Edita est ante Historiam Pelagianam Card. Noris novis. editionis an. 1766. typis Remondinianis pag. VII.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater salutem & Apostolicam benedictionem.

DUM præterito Mense Junio, ut aere liberiori frueremur, in Arce Castri Gandulphi rusticaremur, ad Nos delata fuit epistola P. Gioja Generalis Ordinis S. Augustini in Civitate Florentina degentis, ut Visitationem expleat suorum Thusciæ Conventuum. Porro in Epistola nos monitos fecit, insertas fuisse in Expurgatorium ab Hispania Inquisitione, cui praees, editum, inter libros prohibitos Historiam Pelagianam, & Dissertationem super V. Synodo Œcumenica, editas a claræ memoriæ Henrico Cardinali Norisio sui Ordinis Religioso; cumque Nostram auctoritatem interpellasset, nedum ut vulneri Suæ Religioni inflicto mederemur, sed ut etiam imminentia mala, ac perturbationes in Hispania propediem excitandas averteremus, respondimus, factum ab eo Nobis expositum, Nobis esse prorsus ignotum, Nosque debitas super veritate facti informationes esse sumpturos: Cumque id jam præstiterimus, & Nobis abunde constet, factum a P. Generali Nobis expositum veritati inniti, & inter libros proscriptos in Expurgatorio Hispano recensita Cardinalis Norisii Opera reperiri, cogimur abrumpere silentium, teque, Ven. Frater, fraterne interpellare, & paterne admonere, ut aquam præpares, quæ vastum incendium jam præparatum extinguat.

Etsi memorata Norisii Opera aliquid Bajanismi, aut Jansenismi redolerent, prout Auctor Bibliothecæ Jansenisticæ immerito autumavit, post tot annorum lapsum, in quorum decursu ea summo plausu excepta sunt, nonne prudens Ecclesiastica œconomia exigebat, ut a proscriptione abstineretur, quam uniusquisque prævidere poterat multa mala esse excitaturam, unitatem Ecclesiæ Hispanæ esse scissuram, obstrepentibus videlicet, prout unusquisque prævidere poterat, Augustiniani Ordinis Alumnis, & ipsorum Asseclis, obstrepentibus tot aliis doctis Viris in Hispania degentibus, & partium studio non abreptis, paratisque ad assumendam defensionem Auctoris non incogniti, non gregarii, sed Literatorum sui temporis facile principis, & ex solo literaturæ Ecclesiasticæ, & profanæ merito Sacro Cardinalium Collegio adscripti?

Nota profecto tuæ erunt eruditioni, quæ prostant in Ecclesiasticis historiis prudentis œconomiæ exempla, juxta quæ pro scandalo frænando, malisque imminentibus avertendis nostri Majores censuerunt a rigore Juris recedere, etsi locus illi esse debuisset. Nos tibi tantum nonnulla certe tibi ignota suggeremus. Tempore felicis recordationis Clem. XI. examinanda, & proscribenda delata sunt celebris Tillemontii Opera. Accusatores ex eis multa deprompserant censura digna: Pontifex autem silentium imposuit, ratus, multa mala ex ejus prohibitione esse derivatura. Similique œconomia usus est, cum supremæ Romanæ Inquisitioni exhibitæ fuerunt ab Accusatoribus Vitæ Sanctorum a Bollando inceptæ, & deinde a Papebrochio, aliisque Soc. Jesu Patribus continuatæ; etsi multa, & bene multa sagaces accusatores deprompsissent, quæ Theologicam Censuram merebantur. Notum tibi procul dubio erit opus non multis ab hinc annis editum, Typisque impressum, quod etsi nomine Auctoris careat, omnes tamen probe sciunt esse Bossueti Episcopi Meldensis, quod ipse dum viveret composuerat; ita jubente Gallorum Rege Ludovico XIV. sed manuscriptum in nonnullis Bibliothecis reliquerat. Totum Opus versatur in asserendis propositionibus a Clero Gallicano firmatis in Conventu anno 1682. Difficile profecto est aliud opus reperire, quod æque adversetur doctrinæ extra Galliam ubique receptæ de Summi Pontificis ex Cathedra definientis infallibilitate, de ejus excellentia supra quodcumque Concilium Œcumenicum, de ejus Jure indirecto, si potissimum Religionis, & Ecclesiæ commodum id exigat, super Juribus temporalibus Principum Supremorum. Tempore felicis recordationis Clem. XII. Nostri immediati Prædecessoris serio actum est de Opere proscribendo, & tandem conclusum fuit, ut a proscriptione abstineretur, nedum ob memoriam Auctoris, ex tot aliis capitibus de Religione benemeriti, sed ob justum novorum dissidiorum timorem.

Notum denique tibi erit nomen Ludovici Antonii Muratori adhuc viventis, multorum librorum communi plausu receptorum editoris. Oh quam multa in eis reperiuntur censura digna! Quot hujusce furfuris Nos ipsi eos legentes offendimus! Quot Nobis ab Æmulis, & Accusatoribus oblata sunt! & Nos usque adhuc abstinuimus, & abstinebimus ab Operum condemnatione, Nostrorum Prædecessorum exemplis edocti, qui pacis, & concordiæ amore a proscribendis iis, quæ proscriptionem merebantur, cessarunt, quando videlicet censuerunt plus mali, quam boni ex proscriptione derivandum.

Hæc procedunt in hypothesi, in qua Norisiana Opera Bajanismum, aut Jansenismum redolerent. Quid autem dicendum erit, cum ea Bajanismi, & Jansenismi nota careant, & carere constet post multiplicatum super eis examen in hac suprema

Inqui-

Inquisitione Romana, cui Summi Pontifices pro tempore viventes præsunt, quique mox recensita examina suo calculo approbarunt?

Quæ mox subdemus, non ex historiis, non ex Auctoribus uni vel alteri parti faventibus, sed ex monumentis, quæ ex Archivio Supremæ Inquisitionis ad nos deferri fecimus, deprehenduntur. Antequam Norisius Historiam Pelagianam, & Dissertationem super V. Synodo typis ederet, rumor insurrexit Bajanismi, & Jansenismi; & hinc factum est, ut Opus extra Urbem edendum, Theologorumque, & Extraneorum Revisorum approbatione munitum ante editionem ad Urbem transmissum fuerit, Novi idcirco Revisores in Urbe fuerunt deputati, & cum hi nihil mali, aut sanæ doctrinæ adversans in Opere invenissent, Auctori datum est, ut jure suo uteretur, compositumque Opus Typis ederet.

Opere edito novæ adversus illud excitatæ sunt controversiæ, eo potissimum sub obtentu, quod ei furtive additæ ferebantur nonnullæ paginæ, quæ non erant in Opere manuscripto, quæque idcirco non fuerant Revisorum oculis subjectæ. Purgavit se ab hac calumnia Norisius, & nulla nota ejus Operi inusta fuit; communisque plausus nedum perseveravit, sed auctus etiam fuit.

Degebat Norisius Florentiæ apud Magnum Hetruriæ Ducem, & Ecclesiasticæ Historiæ Cathedram in Universitate Pisana moderabatur, tantique Viri fama cum ad aures Innocentii XII. tunc Ecclesiam Universalem gubernantis devenisset, ipsumque ad Urbem evocasset, ut Officio Primi Custodis Bibliothecæ Vaticanæ fungeretur, ipsiusque Æmoli bene prævidissent, ipsum ad Urbem fuisse vocatum, ut inter Cardinales mox creandos adscriberetur, Pontifici Innocentio XII. detulerunt Norisium esse Virum doctum, sed malæ doctrinæ, & libellis in vulgum sparsis veteribus repetitis accusationibus Jansenianæ doctrinæ ipsum insimularunt.

Hæsitavit Innocentius, & ne in Sacrum Cardinalium Collegium Virum adscriberet, malæ, aut dubiæ doctrinæ, octo deputavit Theologos, qui a partium studio abessent, illisque curæ dedit, ut in Norisii Opera acrius animadverterent. Theologi mandatis ea, qua decet reverentia strenue morem gesserunt. Ipsorum sententiæ in Congregatione supremæ Inquisitionis, suffragantibus etiam Cardinalibus eidem adscriptis perpensæ sunt, cumque nihil anathemate, vel alia censura dignum in Operibus fuerit adinventum, Pontifex Innocentius Theologorum, & Cardinalium sensum, facto comprobavit; Consultorum quippe Inquisitionis Collegio Norisium adscripsit, quod utique non fecisset, si de ejus sana doctrina vel minimam habuisset suspicionem.

Æmuli etsi hoc novo fulmine percussi, nocendi animum nullatenus deposuerunt, sed ne supremæ Inquisitionis judicium ab ipso summo Pontifice, ut vidimus, comprobatum directe impugnare velle viderentur, nonnullos tantum dixerunt sibi scrupulos superesse adversus Norisii doctrinam, quos & sparsis in Vulgus libellis ediderunt: & tunc jussu Pontificis Innocentii, quinque eruditas Dissertationes Norisius elucubravit; primam *de uno e Trinitate passo*: secundam, hoc est *Apologiam Monachorum Scythiæ ab Anonymi scrupulis vindicatam*: Tertiam *de Anonymi scrupulis circa veterum Semipelagianorum sectatores*: Quartam, quæ continet *Responsionem ad appendicem Auctoris scrupulorum*: Quintam denique, cui titulus: *Jansenianí erroris Calumnia sublata*. Prodierunt hæ Disputationes Romæ anno 1695. iterumque typis impressæ sunt inter Opera omnia Cardinalis Norisii editionis Veronensis anni 1732. In eis celeberrimus Auctor universis Adversariorum petitionibus occurrit, scrupulos injectos exturbat, evellit, eradicat, & cum jure merito plaudentibus omnibus, ut victor in Cardinalium Collegium fuerit adscriptus, ab eodem Innocentio quoque inter Cardinales supremæ Inquisitioni Romanæ præsidentes relatus est; & in ea, sicut & in aliis Congregationibus, quibus adscriptus fuit, usque ad obitum strenue, & maxime utilem operam navavit.

Ex his, quæ fuse tibi, Venerabilis Frater, exposuimus, colligere poteris, Bajanismi, & Jansenismi notam Norisio impactam, novam non esse, eamque repetitis solemnibus Romanis judiciis fuisse penitus eliminatam; non licuisse Hispanæ Inquisitioni eam iterum in controversiam vocare, multoque minus inter proscriptos libros Opera Norisiana recensere, justissimos esse clamores Ordinis Augustiniani, & aliorum ipsi adhærentium, nec Nos denique, qui nedum memores sumus eximiæ benevolentiæ, qua nos, etsi in ætate juvenili constitutos Cardinalis Norisius prosequebatur, sed ulterius vestigiis Pontificum Prædecessorum Nostrorum inhærere tenemur, patienter esse laturos injuriam in Expurgatorio Hispano adversus Cardinalem Norisium ex improviso, & immerito jactatam. Te Venerabilis Frater, ex corde diligimus, nota nobis est tua eximia doctrina, noti toi labores pro Ecclesia Dei exantlati. Te merito æstimamus, enixeque admonemus, & admonendo etiam rogamus, ut opportuna pares remedia, nec sinas dissidia inter te & Nos exoriri, & inter Inquisitiones Romanam & Hispanam. Tu scis in celeberrimis quæstionibus de Prædestinatione, & Gratia, & de modo conciliandi humanam libertatem cum Omnipotentia Dei, multiplices esse in scholis opiniones. Thomistæ traducuntur, uti destructores humanæ libertatis, & uti sectatores nedum Jansenii, sed etiam Calvini; sed cum ipsi objectis apprime satisfaciant, nec eorum sententia fuerit unquam a Sede Apostolica reprobata, in ea Thomistæ impune versantur, nec fas est ulli Soperiori Ecclesiastico in præsenti rerum statu eos a sua sententia removere. Augustiniani traducuntur tanquam Sectatores Baji, & Jansenii: Reponunt ipsi se humanæ libertatis fautores esse, & oppositiones pro viribus eliminant, cumque eorum sententia usque adhuc a Sede Apostolica damnata non sit, nemo est, qui non videat a nullo prætendi posse, ut a sua sententia discedant. Sectatores Molinæ, & Suaresii a suis adversariis proscribuntur perinde ac si essent Semipelagiani: Romani Pontifices de hoc Moliniano systemate usque adhuc judicium non tulerunt, & idcirco in ejus tuitione prosequuntur, & prosequi possunt: Uno verbo, Episcopi, & Inquisitores non notas, quas Doctores inter se digladiantes sibi invicem opponunt, attendere debent, sed an notæ invicem oppositæ sint a Sede Apostolica reprobatæ. Hæc libertati Scholarum favet, hæc nullum ex propositis modis conciliandi humanam libertatem cum Divina Omnipotentia usque adhuc reprobavit. Episcopi ergo, & Inquisitores, cum se dat occasio, eodem modo se gerant, etiamsi uti privatæ personæ unius potius quam alterius sententiæ sint sectatores. Nos ipsi etsi uti privati Doctores in Theologicis rebus uni faveremus opinioni; uti Summi Pontifices tamen oppositum non reprobamus, nec sinimus ab aliis reprobari. Hi sunt animi nostri sensus, quos libenter tibi patefacimus; teque interea plenis ulnis amplectentes tibi Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 31. Julii 1748. Pontificatus nostri anno VIII.

SAN-

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
BENEDICTI PAPÆ XIV.
LITERÆ APOSTOLICÆ IN FORMA BREVIS
AD SACRÆ THEOLOGIÆ MAGISTROS SOCIETATIS SORBONÆ.

DILECTIS FILIIS SACRÆ THEOLOGIÆ MAGISTRIS SOCIETATIS SORBONÆ

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

AD Volumina illa de Beatificatione & Canonizatione Sanctorum a Nobis, dum in minoribus essemus, & ad satisfaciendum muneribus tenuitati nostræ injunctis, & ad aliis in iisdem officiis vices nostras deinceps subituris levamen & subsidium laborum afferendum conscripta, primæ Bononiensis, & alterius Patavinæ editionis ad Vos, Dilecti Filii, alias missa; postulatis etiam vestris Paterna benignitate obsecundantes, eadem de Beatificatione & Canonizatione Sanctorum tertium typis Romanis impressa, atque cætera quoque Volumina a Nobis jamdudum composita, & insimul edita, quæ duodecim tomis continentur, ad Vos perferenda mandamus.

Non est sane, ut de ipsis Operibus nostris, quæ jam accepistis, quamquam deinde adanctis atque illustratis, quidquam amplius Vobiscum loquamur; eum semel atque iterum pluribus propositam animo nostro in iisdem adornandis rationem Vobis explicaverimus.

Hoc tamen addendum est, omnia sive ad factam denuo accessionem, sive ad illustrationes adjectas spectantia, octo tomis comprehendi. Nimirum quatuor primi iidem sunt, qui tum Bononiæ, tum Patavii cum aliquot adjectionibus in lucem prodierant. Quintus ad Canonizationum negotium pertinens complectitur Acta Canonizationum a Nobis celebratarum. Sextus rem ipsam Canonizationum respicit; in ipso enim Decreta a Nobis in Causis Beatificationum, Canonizationum, & Sacrorum Rituum usque ad Pontificatus nostri annum decimum promulgata habentur. In septimo Appendices reperiuntur, quæ primis quatuor tomis de Beatificatione & Canonizatione Sanctorum non paucam lucem & utilitatem afferunt. Octavus denique tomus copiosissimum rerum omnium in tomis de Beatificatione & Canonizatione Sanctorum tractatarum Indicem subministrat.

Quoad reliqua vero quatuor Volumina ejusdem editionis, nonus quidem tomus exhibet Tractatum de sacrosancto Missæ Sacrificio. Decimus Tractatum de diebus festis Sanctissimi D. N. Jesu Christi, ejusque Beatissimæ Genitricis semper Virginis Mariæ, ac nonnullorum Sanctorum, qui in Civitate & Diœcesi nostra Bononiensi recoluntur. Undecimus eas subministrat Institutiones, quas pro salutari Ecclesiasticæ disciplinæ regimine ejusdem Civitatis & Diœcesis nostræ Bononiensis duximus proponendas. Tandem duodecimus totus insumitur de Synodo Diœcesana.

Præter hæc, nolumus a Vobis desiderari tria alia Volumina typis Congregationis Propagandæ Fidei edita, in quibus habentur quamplurimæ Apostolicæ nostræ Constitutiones, & Literæ, sive sub Plumbo, sive in simili forma Brevis datæ ac propositæ. Ac primum sane ab initio Pontificatus progreditur ad annum millesimum septingentesimum quadragesimum sextum; ab hoc anno alterum in annum millesimum septingentesimum, quadragesimum octavum desinit; tertium denique absolvitur in anno millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo.

Porro, cum ex eorumdem lectione perspicere possitis occasionem, mentemque nostram, & causas, quibus adducti ejusmodi Opera in lucem dedimus; haud opus est, ut Vos in hoc diutius moremur: quin potius bonorum omnium largitori Deo gratias agamus immortales, suppliciter exorantes, ut, quemadmodum inter tot, assiduasque Ecclesiasticas curas & sollicitudines, tam gravissima incommoda eapropter a Nobis suscepta ac perlata superare fecit, ita dignetur labores nostros, quicumque sint, Divina sua virtute fovere & cumulare, ut non inutiles habeantur; sed ad majorem sui Divini Nominis gloriam, ad verum Sanctorum suorum cultum, & æternam Christifidelium salutem semper prosint & cedant.

Quod vero ad Collegium vestrum bonarum artium, nobiliorumque disciplinarum cultu illustre attinet, etsi sæpe Vobiscum ex animo gratulati, meritas quoque Apostolicæ prædicationis laudes, prout opportuna se se Nobis dedit occasio, eidem detulimus; haud tamen ignari, quantum semper illinc præsidii, atque ornamenti obvenerit Catholicæ Religioni, atque Apostolicæ huic Sanctæ Sedi, persuasum Vobis, Dilecti Filii, esse cupimus, tam præclaram a primis adolescentiæ nostræ annis gerere opinionem, ut sensim crescentibus annis magis magisque aucta Paternam voluntatem ad Vobis, Collegioque vestro opportune gratificandum propensam amplius devinxerit.

Eapropter pergratum atque perjucundum Nobis accidit, cum literas a Vobis accipimus; quippe quæ eximiis vestræ erga Nos observantiæ notis insignes, & gravissimis firmissimisque vestræ, vestrorumque Antecessorum constantis erga Apostolicam hanc supremam S. Petri Cathedram reverentiæ adhæsionisque argumentis refertæ, & Vobis, Collegioque vestro nova pariunt decora, & Nobis, sacrosanctæque Religioni novam de virtute vestra gaudendi, Vosque laudandi opportunitatem præbent.

Summum itaque Pastorum Principem, Jesum Christum, qui per ineffabilem suæ bonitatis abundantiam imbecillitati nostræ suas in terris vices gerendas dedit, enixis precibus obsecramus, ut Vos, Collegiumque vestrum nova induat virtute ex alto, & tueatur de monte sancto suo; dum Nos, Dilecti Filii, Vobis cælestis præsidii auspicem, & studiosæ nostræ erga Vos voluntatis pignus, Apostolicam Benedictionum peramanter impertimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 14. Julii 1753. Pontificatus Nostri Anno Decimo tertio.

Cajetanus Amatus.

A D

AD SANCTISSIMUM DOMINUM NOSTRUM

BENEDICTUM PP. XIV.

SOCIETATIS SORBONÆ

RESPONSIO.

BEATISSIME PATER,

EXPECTABAMUS quotidie dum Voluminum, quæ in novissimo SANCTITATIS VESTRÆ Brevi memorantur, munus exoptatissimum ad nos perveniret. Acceptorum jamdiu præstantia ad nova denuo assequenda provocabat.

Eximio illo lucubrationum vestrarum fructu potiri aliquandiu in votis erat, ut debitam propensæ vestræ in nos voluntati gratiam, si fas esset, vividius persolveremus. Pollicita tandem, quæ studiose aucupabamur, nuperrime adepti sumus. Gaudium vel ipsa exacuit expectatio; rei oblatæ pretium, offerentis majestas totos occupavere, & in eos lætitiæ, qua sumus delibuti, sensus erumpere non distulimus; nec nos latebat quantum existimationis apud probos omnes Societati nostræ vestra hæc beneficentia conciliaret. Non latuit voluptas quam cepimus.

Concipe animo, BEATISSIME PATER, Filios munerum Parentis optimi a loco quem incolunt, non a cordibus, semoti appetentissimos, munerum quæ a Te per manum amantissimam ad nos deferebantur; Paternos enim affectus non parum commovit Cardinalis de Tencin Provisor noster Eminentissimus, cum eumdem Ecclesiæ Romanæ ornamentum, Gallicanæ columen, Sorbonæ olim Alumnum, nunc insigne præsidium haberemus. Quam suave nobis & honorificum Scripta Summi Pontificis ab ea Societati nostræ porrigi dextera, quæ, ipsa plaudente Gallia, Roma nectente lauream, tot præclara in Fidei decus opera mandaverit immortalitati!

Agitatur in absolutissimo tuo illo Opere & luculenter pertractatur ardua materies, & a fere nullis, ut ferebat argumenti splendor, enucleata quæstio. Artes ingenuæ omnes manum admovere. Criticorum disciplina quidquid acuminis, quidquid abstrusi Divinarum rerum scientia, quidquid considerati Jurisperitorum præcepta, quidquid reconditi rerum ante actarum cognitio sibi vindicant, huic Operi perficiendo contulere; ut vix unius videri possint Opera, nisi illius cui ab ipsomet Deo erudienda Ecclesia committeretur.

Cultus nostri rationem, quo Sanctos Dei amicos prosequimur, flocci faciebant hæretici: Cælum ipsum ab impiis scommatibus ulta est SANCTITAS TUA. Dignoscant jam, quales & quantos revereatur Roma. Tam expensam in suo contubernio Sanctitatem curiosius rimentur novi homines, hujusque notæ, hujusque judicii Christianos exhibeant. Sed quid appellamus hæreticos? Vel ipsi Te demirantur, imo gratulantur nobis, regiminis tui amore detinentur, tam sapienter sancitas venerantur leges, mores in Principe suavissimos amant, loca illa, quæ tuo imperio beas, invisunt; inter Romæ veteris ostenta Te delicias novæ fere solum suspiciunt; fulgentem fronti serenissimæ Thiaram non invidiose contemplantur, Te magis tuorum amore, quam splendore illo, Patrem esse vel ipsi spargunt, Romam ope tua felicem jactant, fata Urbis pene agnoscunt, ita ut ex sua defectione intabescere videantur.

Hæc sane in causa sunt, BEATISSIME PATER, cur potissimum teneremur desiderio Voluminum illorum, quibus tam varia sapientioris imperii acta asservantur. Intelligimus Constitutiones illas Apostolicas, cæteraque excellentissimi regiminis tui monumenta; ipsa beatissimi regni texunt historiam; illos eventus, quos jamdiu fama occupavit, opportune revocant, pulcherrimæ institutionis formam delineant. Quales illic expediuntur difficultatum nodi? Quam præsens instantibus omnibus Ecclesiarum caussis commodatur subsidium? Obversantur animo Leones, Gregorii, Innocentii, qui in summis rerum angustiis positi, ita tamen factis coævos, ita scriptis posteros illustravere, ut æque omnibus retro sæculis ac suis temporibus leges tulisse & imperasse censeantur.

Ex sanctis illis fontibus haurire gestiunt viri vere Theologi. Etenim, BEATISSIME PATER, inter eos qui Societati nostræ nomen dederunt, alii sacris Codicibus operam dant, alii Sanctorum Patrum imbuuntur præceptis, alii dirimendis Fidei controversiis vacant; non pauci in Moralis Disciplinæ studium incumbunt: omnes suæ formam doctrinæ ad Summorum Pontificum normam componere consueverunt: hæc didicere a majoribus institutionis avitæ tenacissimi; non enim consectari rivulos, sed ipsum fluminis caput aperire mens fuit, nec aquas nisi ex illo manare in Fidelium agros passi unquam sumus. Si ad alicujus nominis famam aliquando excreverit Sorbona nostra, illud Pontificum auspiciis contigisse gloriamur; fulgoremque, qui non ab illa erumperet luce, tenebras esse duceremus. Expansis enim Romæ Vexillis militavimus semper; hinc illis, quas ipsa suscepit, clarescere potuimus inimicitiis. Eam fidem, quam a veteri variæ gentes experiebantur, fidem eam fatis melioribus a nova experti sumus. Vix in incunabulis erat Societas nostra, cum Clemens Pontifex IV. votis Roberti de Sorbona Fundatoris nostri annuens, Sorbonicos Sedi Romanæ peculiari patrocinio vindicavit. Sorbonam adultam fovere Summi Pontifices, provectioris acuere virtutem, sub Petro merentis laudavere militiam.

Sorbonam hanc nostram, SANCTISSIME PONTIFEX, quam beneficiis Tibi devincere amas, amore & veneratione constanter tuam suscipe. Paternam Benedictionem impertiendo illud efficias, ut quæ ab initio pro Fide molitur, feliciter cedant, & ex instituto pro Aris Collegio, Ecclesia in posterum fructus percipiat uberrimos.

Hæc apprecantur tam Sanctæ Sedi æterno obedientiæ nexu mancipati, quam SANCTITATEM TUAM summa veneratione prosequentes, totque beneficiorum memores

BEATISSIME PATER

SANCTITATIS VESTRÆ

Loco ✠ Sigilli.

Parisiis die 7. Decembris anno 1753.

Devotissimi, & humillimi Filii Sorbonici Theologi

Michael Franciscus Duviviers de Lorry Prior Domus, & Societatis Sorbonicæ.

SAN-

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
BENEDICTI PAPÆ XIV.
EPISTOLA

AD RR. PP.

ARCHIEPISCOPUM TARRACONENSEM PRÆSIDEM,

CETEROSQUE EPISCOPOS PROVINCIALIS CONCILII TARRACONENSIS

Typis edita Romæ an. 1758.

VENERABILIBUS FRATRIBUS

ARCHIEPISCOPO TARRACONENSI PRÆSIDI,

Ceterisque Episcopis Provincialis Concilii Tarraconensis.

BENEDICTUS PP. XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

LITTERAS vestras accepimus, per quas humili ac supplici prece a Nobis postulabatis, ut Officium cum Lectionibus secundi Nocturni propriis in memoriam S. Liborii Episcopi, pro Ecclesia SS. Celsi, & Juliani de Urbe jam approbatis, quod in Civitate Tarraconensi recitatur, non solum ad omnem Tarraconensem Provinciam extenderemus, sed elevationem quoque ritus ad duplex secundæ classis Vobis largiremur; ita ut, quemadmodum in Ecclesia vestra, etiamsi Festum S. Apollinaris cum S. Liborii solemnitate occurrat, Officium tamen de S. Liborio recitatur, sic fieri liceat in tota Provincia. Qua quidem super re Sacrorum Rituum Congregatio, a Nobis interrogata, id, quod sequitur, responsum edidit:

TARRACONEN.

Sanctissimus Dominus Noster BENEDICTUS PAPA XIV. *ad supplices preces Archiepiscopi, & Patrum Concilii Tarraconensis, benigne indulsit, ut in Clero Seculari, & Regulari Provinciæ Tarraconen. Officium cum Missa in memoriam S. Liborii Episcopi de Com. Conf. Pontif. cum Lectionibus secundi Nocturni propriis, jam pro Ecclesia Collegiata SS. Celsi, & Juliani de Urbe approbatis, sub ritu duplicis minoris recitari possit, & valeat; servatis tamen Breviarii, & Missalis Romani Rubricis. Die* 15. *Martii* 1758.

Loco ✠ Sigilli.

D. F. Card. Tamburinus Præf.

M. Marefuscus S. R. C. Secretarius.

Juxta hujus Decreti tenorem, facultas Officii proprii, alias pro Ecclesia SS. Celsi, & Juliani de Urbe approbati, quod Tarracone pariter recitatur, ad Provinciam Tarraconensem totam extenditur: ritum vero quod spectat, ille decernitur duplicis minoris esse debere. Neque enim consentaneum est, qui Ecclesiæ Metropoliticæ, atque Urbi Tarraconensi convenit, ubi S. Liborius colitur tamquam Patronus, eundem ritum ad totam Provinciam extendere, quæ illum in Patronum non elegerit.

Perseveret igitur, & in sua veteri devotione permaneat erga S. Liborium Tarraconensis Urbs, atque Provincia universa, ita tamen, ut e finibus Ecclesiasticæ disciplinæ non excedat. Ad ejusdem S. Liborii opem illi in primis confugiant, qui nephriticis doloribus oppressi sunt; quotidiana quippe constat experientia, infirmos, hujusmodi morbo laborantes, implorato istius Sancti patrocinio, inde liberari: cujus rei mentionem faciunt veteres tum Breviarii Hymni, tum Missarum Sequentiæ, quæ in Ecclesiis Paderbonensi, necnon Trevirensi legebantur, ac Moguntina, ut videre est apud Bollandianos, atque argumentis innumeris ab ipsa experientia ex Italia petitis comprobari potest. Peregrinus Carlenus Amerinus, Abbas, quasdam Tibiæ S. Liborii, quasdam item ejus Cranii particulas a Canonicis Paderbonensibus dono obtinuit, ut inde ad Patriam suam Ameriam in Italiam transmitteret. Curtius vero Clementinus *in Vita S. Liborii pag.* 95. *& pag.* 172. *& seq.* abundanter satis, & copiose narrat sanationes a nephriticis doloribus S. Liborio deprecante consecutas. Anno denique 1651. Petrus Aloysius Cardinalis Carafa nonnullas S. Liborii Reliquias ab Episcopo Paderbonensi impetravit, quas in Ecclesia SS. Celsi, & Juliani de Urbe collocavit, instituta prius solemni supplicatione. Quæ tum non modo occasio, sed etiam causa fuit, cur pro antedicta Ecclesia Lectiones proprias, a felicis recordationis Cardinali Colloredo recognitas, atque emendatas, anno 1695. Sacrorum Rituum Congregatio approbaverit, quas deinde ad alia loca extendit: in quibus Lectionibus hæc ipsa verba, inter cetera, continentur: *Ejus virtus contra nephriticos dolores præcipue clarescit, continuis testata beneficiis, ob quæ peculiari fidelium pietate multis in regionibus celebratur.*

Atque hæc habuimus, quæ ad Vos, vestrasque litteras rescriberemus. Nihil igitur aliud restat, nisi ut Fraternitates Vestras Paterna benevolentia ex intimo cordis affectu simul complectentes, Apostolicam singulis Benedictionem impertiamur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die VII. Aprilis MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Decimo octavo.

SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS, ET D. N. DOMINI

B E N E D I C T I

DIVINA PROVIDENTIA PP. XIV.

LITERÆ APOSTOLICÆ

IN FORMA BREVIS,

In quibus Officium, & Missa propria S. Pulcheriæ Virginis Imperatricis die VII. Julii sub Ritu duplici majori pro Canonicis Regularibus in Lusitania, extenditur ad omnes Sacerdotes Societatis JESU, simulque ad Collegiales, & Seminariorum Alumnos cum ipsis conviventes, Missa vero etiam ad omnes Sacerdotes in eorum Ecclesiis celebrantes.

BENEDICTUS PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

RELIGIOSUM Sanctorum cultum, quos in triumphanti Ecclesia cum Christo Duce regnantes, quoties pio fidelique corde a militantis Ecclesiæ civibus invocati fuerint, opportunam salutaremque porrectis precibus opem accommodare credimus, Catholica Ecclesia, a Spiritu Sancto edocta, ea potissimum ratione promovere ac præcipere studuit & contendit, ut Christifideles non solum præclara heroicarum virtutum exempla ab illis relicta assidue imitari, verum etiam suis in angustiis prælentissimum eorumdem Sanctorum præsidium implorare satagerent & adniterentur.

Atque ad eorum præsertim Domesticorum Dei & beatæ Patriæ Civium venerationem magis magisque provehendam propagandamque incubuit, qui non tam eximiis christianæ pietatis operibus, & assidois christianæ pœnitentiæ exercitationibus addicti se se dignos ac participes æternæ felicitatis reddiderunt, quam incredibili studio, ardenti zelo, & laboribus nunquam intermissis curarunt, ut divini honoris cultus adaugeretur, Catholica Fides sarta tectaque servaretur, ac propagaretur, suprema Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis auctoritas ac reverentia ubique terrarum maximi fieret, debitaque obedientia coleretur, atque filialis erga Beatissimam Virginem Dei Genitricem Mariam pietas & amor in omnium Christifidelium cordibus excitaretur & exardesceret.

Nos autem, qui in illostrandis Sanctorum tam recentium, quam antiquorum actibus, eorumque cultu promovendo, per omnem fere vitæ nostræ ætatem adlaborare, ac tot volumina eapropter edere non omisimus, sæpe mirabamur, (quemadmodum deinceps observavimus ipsos quoque Bollandistas Soc. Jesu Presbyteros de Beatorum Sanctorumque gestis actibusque in lucem emittendis, vindicandis, condignoque honore habendis meritissimos, & Apostolicæ etiam prædicationis encomiis laudandos, mirari) Romanam Ecclesiam, quæ quamplurimos Orientalis Ecclesiæ Sanctos Officio & Missa etiam solemnibus recolere consuevit, Sanctæ Æliæ Pulcheriæ Virginis Augustæ Imperatricis memoriam in Martyrologio Romano dumtaxat recitandam mandasse.

Illa enim in Regia Constantinopolitana Aula educata, asceticæ vitæ institutum inter ipsos Aulæ luxus ac delicias, & continua gravissimaque totius fere Orbis negotia, sive vivente germano fratre Theodosio adolescente Imperatore, sive cum Marciano (a se in Imperatorem, suumque Conjugem, servata tamen castitate, adlectum) ita secta fuit, ut universis summæ admirationi esset, summisque laudibus celebraretur ab omnibus bonis, sanctisque Patribus, atque ab ipsis in primis Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis Pontificibus, qui eam veluti firmissimum Catholicæ Fidei adversus hæreses columen ac præsidium, & luculentissimum christianarum virtutum omnibus utriusque sexus hominibus ac Principibus exemplar a bonorum omnium largitore Deo in aspera illorum temporum conditione datam prædicarunt.

Eapropter Nobis in sublimi hac Sacrosancti Apostolatus Cathedra constitutis perquam maxime gratum accidit, cum primum quidem Nobis oblatus fuit supplex libellus tenoris, qui sequitur:

„ BEATISSIME PATER. *Sancta Imperatrix*
„ *Pulcheria tam a sanctis Patribus, quam a syn-*
„ *chronis scriptoribus maxime celebratur, tum ex*
„ *privata vivendi ratione, tum maxime ob Catho-*
„ *licæ Fidei zelum, quam inconcussam servare,*
„ *tempore quamvis difficillimo, conata est summo*
„ *studio. Non modo enim perpetuam vovit ipsa*
„ *virginitatem, quam etiam in conjugio inconta-*
„ *minatam servavit; verum & auctrix fuit, ut*
„ *sorores suæ virginitatem pariter voverent: sci-*
„ *licet, ut ipsa sanctam Religionem fortius tuta-*
„ *retur; sorores vero, per conjugia, Imperium Re-*
„ *ligionemque in aliquod periculum adducere non*
„ *possent. Fratrem præterea Imperatorem opere &*
„ *consilio adeo prospere adjuvit, ut Imperii feli-*
„ *citas vel cum ipsa ab Aula exulare, vel cum*
„ *ipsa in Aulam redire videretur. Deo autem in*
„ *primis ita inservire studuit, ut noctu etiam ad*
„ *laudes eidem canendas una cum Augustæ fami-*
„ *liæ Principibus, sacrosque Libros legendos, ala-*
„ *criter surgeret.*

„ *Hæc ex Annalibus Ven. Cardinalis Baronii, ex*
„ *Actis Sanctorum per Continuatores Bollandianos*
„ *editis, atque ex luculentissimis aliorum plurium*
„ *Scriptorum testimoniis delibata sunt. Verum præ-*
„ *clariora sunt, quæ sanctissima ac fortissima mu-*
„ *lier, zelo Dei æstuans, pro Catholica Fide ges-*
„ *sit: quæ ut amplius innotescerent, fecit Sancti-*
„ *tas Vestra, dum Conciliorum studia instituit,*
„ *atque in dies promovet, fovetque amantissime.*
„ *Percurrentibus quippe posteriora duo ex quatuor*
„ *illis prioribus Generalibus Conciliis, quæ San-*
„ *ctus Gregorius Magnus Prædecessor S. V. veluti*
„ *quatuor Evangelia venerabatur*, Ephesinum *vi-*
„ *delicet &* Chalcedonense, *quid occurrit, quod*
„ *in maximam Sanctæ Imperatricis laudem non*
„ *vergat? Id tantum innuere sat erit, teste S.*
„ *Leone Magno S. V. itidem Prædecessore, & ab*
„ *illa omnes hæreses fuisse profligatas, & utrum-*
„ *que laudatum Concilium invicte defensum, in*
„ *quorum altero Divina Maternitas, in altero du-*
„ *plex in unitate Personæ Christi natura statuta*
„ *est:*

„ *est: quare idem S. Leo eidem epistolam exultationis & gratulationis totius Ecclesiæ nomine plenam dedit.*

„ *Ad augendum itaque cultum Sanctæ Pulcheriæ Virginis de* Deipara *Virgine, Catholicaque Ecclesia optime meritæ,* & per omnes Mundi partes, in quibus Domini Evangelium prædicatur, celebratæ, *Canonicorum Regularium S. Augustini in Lusitania reformator pro ipsis, cæterisque qui ex concessione Apostolica Calendario eorum utuntur, necnon Patres Societatis Jesu Panormi, & in Romano Tyrocinio Sancti Andreæ degentes, humillime Sanctitatem Vestram exorant, ut facultatem eisdem concedere dignetur recitandi Officium de Sancta Pulcheria singulis annis, ritu duplici majori, die septima Julii, quo mense probabilius videtur eadem obiisse, quamquam dies certo non constat; iisdemque oratoribus, aliisque Sacerdotibus ad illorum Ecclesias confluentibus, facultatem eadem die celebrandi Missam de prædicta Sancta Pulcheria, Officium vero & Missam hic humillime exhibent Sanctitati Vestræ. Et Deus &c.*

Officium autem & Missa sunt tenoris sequentis.

„ *Die vii. Julii in Festo S. PULCHERIÆ Virginis Imperatricis sub Ritu Duplici Majori &c. Officium & Missa de Communi VV. primo loco, exceptis his, quæ hic habentur propria.*

Oratio.

„ Deus, qui B. Pulcheriam Virginem tuam singulari castitatis prærogativa decorasti, quique illi ad defendendam Ecclesiam tuam summum Fidei amorem tribuere voluisti; concede, ut ejus intercessione tibi puris mentibus inhærentes, ab omnium hostium insidiis misericorditer liberemur. Per Dominum, &c.

„ *Lectiones primi Nocturni de Epist. S. Pauli.* De virginibus præceptum Domini non habeo &c.

IN SECUNDO NOCTURNO.

Lectio IV.

„ Ælia Pulcheria Augusta, Patre, Avo, Fratre, atque Viro Romanorum Imperatoribus maxime nobilis, profligatis sua præsertim opera hæreticorum erroribus, & Catholico dogmate circa Incarnationis Mysterium, & Divinam Maternitatem constituto multo nobilior, ab ipsa pueritia, tanta sapientia divinitus prædita fuit, ut ii, quibus post Arcadii patris obitum Imperii procuratio, dum Theodosius adolesceret, commissa fuerat, ejus arbitratu omnia facerent; essetque constans opinio, unius puellulæ virtute ac sapientia, quæ instare atque ingruere videbantur, pericula discussa, & felicitatem Imperio constitutam. Domi assidua disciplinæ exactrix eam vivendi formam inducit, ut illa jam non Aula Imperatorum, sed Asceterium vulgo diceretur. Theodosium fratrem, Eudoxiam, quam illi matrimonio conjungendam curavit, Flaccillam, Arcadiam, Marinam sorores ita imbuebat bonis motibus, exercebatque ad virtutem, ut, quibus ætate non multum præstabat, eorum moderatrix, ac propemodum mater esse videretur. Qua institutione Sorores quantum profecerint, vel ex hoc uno intelligi potest, quod Pulcheriam imitatæ, se, suamque Virginitatem Deo devoverunt: utque Augusta Virgo ea quæ decreverat, amplius confirmaret, omnesque voluntatis suæ testes haberet, ex auro & pretiosis lapidibus sacram mensam in Ecclesia Constantinopolitana pro Virginitate sua, & Fratris Imperio dedicavit; & in fronte ipsius mensæ hæc eadem inscripsit.

Lectio V.

„ Potior autem ejus in Theodosio instituendo eluxit cura; eumque, ubi opus esset, mira quadam dexteritate corrigebat: qui quidem talis est effectus, ut absolutissimum optimi vereque Christiani Principis exemplar fuerit, dum Pulcheriæ consiliis est obsequutus. Post diuturnam cum Fratre concordiam, turbis malevolorum fraude atque obtrectatione in Aula excitatis, tempus nacta, quo sibi jam uni, Deoque vacare posset, secessit in Hebdomum, locum Byzantio suburbanum, ibique vitam agens pene monasticam aliquandiu se continuit: cum vero felicitas Imperii una cum ea exularet, a Fratre accersita, ubi deesse vidit, qui prælia Domini pugnaret, Deboram imitata, fide, ac religione armata processit, & missis in omnem partem epistolis, hortando, monendo, minitando, non pecuniæ, non laboribus parcens, digna effecta est, quam Patres Concilii Chalcedonensis una omnium voce atque præconio Custodem Fidei, pacis Conciliatricem, Expultricem hæreticorum, Piam, Orthodoxam, novam Helenam (sicut Marcianum tunc Imperatorem, novum Constantinum) consalutarent; cuique S. Leo totius Romanæ Ecclesiæ nomine plurimum gratularetur, ejusque caussa exultare se diceret, ac digna Deo vota persolvere, quod de Nestoriana primum impietate, mox de nefario Eutychetis errore perempto duplicem illi & palmam contulerat, & coronam.

Lectio VI.

„ Atque hæ tantæ curarum moles, quas præsertim in Ephesino ac Chalcedonensi Conciliis Romanorum Pontificum auctoritate convocatis necessario susceperat, nihilo illam ad cætera christianæ pietatis officia obeunda fecere segniorem. Assidue cælestium rerum contemplatione, Sacrorum Librorum lectione, corporis afflictationibus sponte susceptis se exercebat. Psalmos de nocte surgens una cum Regiæ familiæ Principibus decantabat, Dei, ac Sanctorum (quorum & colloquio non semel dignata est) cultrix eximia, quæ etiam summopere semper contendit, ut erga eorum Reliquias cultus augeretur. Deiparam in primis coluit, cui hanc ipsam Deiparæ appellationem contra Nestorianorum blasphemias asseruit: voluit namque summa Sapientiæ suæ dispositione Divina Providentia, ut per Virginem summa Virginis dignitas inoffensa penitus servaretur: quam etiam est imitata servando perpetuam in ipso conjugio Virginitatem: cujus denique cultui amplificando complura templa regali plane magnificentia excitavit, donariis auxit, reditibus locupletavit. In placanda Divina Justitia mira pietate enituit. Fuit erga pauperes misericordia plane singulari, quos & materna quadam caritate complexa est quoad vixit, & moriens eorum, quæ assidua effusissimaque liberalitas reliqua fecerat, scripsit hæredes. Quod cautum ab ipsa testamento fuit, diligenter curavit Marcianus, quem pari religionis studio, rebusque omnibus Imperio dignissimum ipsa evexerat ad Imperium, sibique hanc ipsam ob caussam, salva quam Deo voverat Virginitate, conjugem delegerat. Obiit

„ anno quadringentesimo quinquagesimo tertio, „ magno omnium luctu, maximisque Sanctorum „ Patrum, cæterorumque ejus ævi Scriptorum laudibus celebrata.

IN TERTIO NOCTURNO.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem. C. XVII. 3.

„ IN illo tempore dixit Jesus: Hæc est autem „ vita æterna, ut cognoscant te solum Deum „ verum, & quem misisti Jesum Christum. Et „ reliqua.

Homilia S. Cyrilli Episcopi Alexandrini.

De Fide ad Pulcheriam, & Sorores Reginas.

Lectio VII.

„ SANE vos sacras, castissimasque Christi omnium nostrum Salvatoris sponsas, religiosissimæ ac Deo dilectissimæ Imperatrices, orbis „ terrarum ornamentum, sanctissimarumque Ecclesiarum decus optimo jure quisquis appellaverit, in quibus nimirum omne virtutum genus, „ omnisque ornatus Divinæ Majestatis oculis gratus acceptusque mirifice splendet. Neque his „ opibus contentæ, omnem quoque curam, omneque studium adhibetis, quo fide recta, nullamque in partem vacillante, excellatis. Neque Christi Regnum capessere, & ea, quæ illi „ grata sunt, facere, & sentire omittitis, partim „ quidem præclaris actionibus, partim rursum „ cum vestras, tum Principum quoque vestrorum „ aulas Virginitatis gloria condecorantes, partim „ denique sumptuosissima templa Christo Domino „ excitantes; nam & hoc quoque pietatis studium inter cætera ille sanctis vestris animis impertitus est.

Lectio VIII.

„ IGITUR ex sacris literis vobis vere sanctis „ Christi Sponsis (quamquam ad quodvis opus bonum abunde instructæ videamini) aliquid depromam. Hinc etenim, & Emmanuelem verum ac naturalem Deum, & Virginem „ Matrem, quæ eum peperit, veram per ipsum Deiparam esse, planum fiet. Ait Christus, hæc „ est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum „ verum, & quem misisti Jesum Christum. Si „ cum solius verique Dei cognitione Jesu Christi „ cognitionem necessariam, consociatamque esse „ oportet, & hoc ipsum æternam vitam conciliat; cui obscurum esse potest, Christum verum „ esse Deum? Verbum sana caro factum est, sed „ mansit interim Verbum.

Lectio IX.

„ ET ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis; ut sint unum, sicut & nos unum „ sumus. Qualem itaque gloriam Filius a Patre „ accepisse se narrat, quam nobis deinde communem fecerit? Sane ipse ab hac quæstione nos „ liberat, dum ait: ut unum sint, sicut & nos „ unum sumus. Nam etsi Dei Patris Verbum, „ secundum propriam hypostasim, alius a Patre „ esse dignoscatur, naturali tamen identitate unum plane & idem est cum illo. At quo pacto Verbum illud, unum quoque nobiscum factum est? Ad eumdem omnino modum, puta „ secundum essentialem, & naturalem identitatem. At cum Divina natura tanto a creatura „ distet intervallo, ut secundum essentiam cum ea „ coire nequaquam valeat; ecquo, inquis, modo „ secundum naturam unum ille factus est nobiscum, qui omnem omnino creaturam excellit? „ Verbum factus est homo: ut quemadmodum „ in Deitate unum & idem est cum Patre; ita „ secundum naturæ humanæ habitudinem sit unum quoque nobiscum.

„ *Die* 7. *Julii* IN FESTO S. PULCHERIÆ „ VIRGINIS IMPERATRICIS *duplex pro omnibus* „ *Sacerdotibus in hoc Templo celebrantibus. Missa.*

„ *Introitus. Ps.* 44. Vultum tuum deprecabuntur „ omnes divites plebis: adducentur Regi virgines „ post eam: proximæ ejus adducentur tibi in lætitia & exultatione. *Psal. ibid.* Eructavit cor „ meum verbum bonum: dico ego opera mea „ Regi. ℣. Gloria Patri.

„ *Oratio.* Deus, qui Beatam Pulcheriam Virginem tuam singulari castitatis prærogativa decorasti, quique illi ad defendendam Ecclesiam „ tuam summum Fidei amorem tribuere voluisti; „ concede, ut ejus intercessione tibi puris mentibus inhærentes, ab omnium hostium insidiis „ misericorditer liberemur. Per Dominum, &c.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Corinthios. 1. *Cor.* 7. *d.*

„ Fratres, De virginibus præceptum Domini „ non habeo: consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem: quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? noli quærere „ solutionem. Solutus es ab uxore? noli quærere „ uxorem. Si autem acceperis uxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccavit. Tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi. „ Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres: tempus breve est. Reliquum est, ut & „ qui habent uxores, tamquam non habentes „ sint.

„ *Grad. Ps.* 44. Specie tua, & pulchritudine „ tua: intende, prospere procede, & regna. ℣. „ Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. „ Alleluja, alleluja. ℣. Filiæ regum in honore „ tuo, astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Alleluja.

✠ Sequentia S. Evangelii secundum Joannem. *Cap. XVII.* 3.

„ In illo tempore dixit Jesus: Hæc est autem „ vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Jesum Christum. Ego te „ clarificavi super terram, opus consummavi, „ quod dedisti mihi ut faciam. Et nunc clarifica „ me tu Pater apud temetipsum claritate, quam „ habui, prius quam mundus esset, apud te. „ Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo: tui erant, & mihi eos „ dedisti, & sermonem tuum servaverunt. Nunc „ cognoverunt, quia omnia, quæ dedisti mihi, „ abs te sunt: quia verba, quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognoverunt vere, „ quia a te exivi, & crediderunt, quia tu me „ misisti.

„ *Offertorium. Judith XV.* 10. Tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri; quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eo quod castitatem amaveris, „ Sa-

„ *Secreta*. Accepta tibi ſit, Domine, ſacratæ plebis oblatio pro tuorum honore ſanctorum, quorum ſe meritis de tribulatione percepiſſe cognoſcit auxilium. Per Dominum.

„ *Communio Sap. IV.* 1. O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate; immortalis eſt enim memoria illius: quoniam & apud Deum nota eſt, & apud homines.

„ *Poſtcommunio*. Satiaſti, Domine, familiam tuam muneribus ſacris: ejus, quæſumus, ſemper interventione nos refove, cujus ſolemnia celebramus. Per Dominum.

Poſtquam vero de Officio & Miſſa hujuſmodi ad Nos retulit dilectus Filius noſter Fortunatus Tituli S. Matthæi in Merulana Presbyter S. R. E. Cardinalis Tamburinus nuncupatus, Congregationis Sacris Ritibus præpoſitæ Præfectus, edidit Decretum, quod ſequitur.

„ *Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini in Luſitania.*

„ *Ad humillimas preces* SS. D. N. BENEDICTO PP. XIV. *porrectas per P. Gaſparem ab Incarnatione Reformatorem & Viſitatorem Apoſtolicum Canonicorum Regularium S. Auguſtini in Luſitania, Sanctitas Sua benigne conceſſit, ut Officium S. Pulcheriæ Virginis Imperatricis de Communi Virg. ſub ritu duplicis majoris cum ſupraſcriptis Lectionibus ſecundi ac tertii Nocturni, Oratione, ac Miſſa, recitari, ac reſpective celebrari poſſit die ſeptima Julii a Canonicis Regularibus in Luſitania, & ab aliis, qui eorum Calendario ex conceſſione Apoſtolica ibidem utuntur, necnon a Patribus Societatis Jeſu in Civitate Panormi, & in Tyrocinio Romano S. Andreæ degensibus, eamdemque Miſſam etiam a Sacerdotibus exteris ad eorum præfatas Eccleſias confluentibus celebrari poſſe conceſſit. Die 31. Januarii 1752. D. F. Card. Tamburinus Præf. M. Mareſuſcus Sac. Rituum Congregationis Secr. Loco ✠ Sigilli.*

Deinde vero haud minori lætitia affecti ſumus, cum dilectus Filius Ignatius Vicecomes ejuſdem Soc. Jeſu Præpoſitus Generalis, qui maxime profuturum confidens Religioſis ſuæ Societatis Alumnis ubique terrarum degentibus, atque iis præſertim, qui laborioſo Sacrarum Miſſionum miniſterio per Græciam, ubi Sancta Ælia Pulcheria Virgo nata continuo ſuavem ſanctarum virtutum odorem per regiones illas diffudit, addicti ad Orthodoxam Fidem a Mahumeiis erroribus, ab hæreſum ſordibus, & ſchiſmatum diſſidiis vindicandam, puramque edocendam, non ſine maximo animarum profectu, & ſui nominis ac Societatis laude adlaborant, ſi Officium & Miſſa hujuſmodi ad univerſos ſuæ Soc. Jeſu Alumnos extenderentur: eapropter Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis de benignitate & auctoritate Apoſtolica indulgere dignaremur.

Nos itaque memoratum Ignatium Vicecomitem Præpoſitum Generalem, quem propter religioſas virtutes plurimi facimus, magnoque in pretio habemus, ſpecialibus gratiarum favoribus proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus, atque etiam deſiderio, quod laudati Bollandiſtæ hac in re oſtendunt, inclinati

Apoſtolica auctoritate tenore præſentium præinſertum Officium, & præinſertam Miſſam extendimus, atque concedimus, ut ab omnibus ejuſdem Societatis Alumnis ubique terrarum degentibus, necnon Collegialibus, & Seminariſtis in eorumdem Collegiis, ſive Seminariis, ſive Domibus convíventibus, qui ad horas canonicas recitandas tenentur, Officium, & Miſſa ab iis omnibus Sacerdotibus in dictæ Societatis Jeſu Eccleſiis, Oratoriiſque celebrantibus juxta præinſertum decretum ſub iiſdem modo & forma quotannis die ſeptima menſis Julii recitari, & celebrari poſſit.

Decernentes, præſentes literas & in eis contenta quæcumque ſemper firma, valida & efficacia exiſtere & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere debere, ſicque & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales judicari & definiri debere, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Volumus autem ut earumdem præſentium literarum tranſumptis ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die II. Februarii Anno MDCCLII. Pontificatus Noſtri Anno Duodecimo.

Cajetanus Amatus.

DE
SANCTA PULCHERIA
VIRGINE ET IMPERATRICE

Ex Annalibus Ecclesiasticis Cardinalis Baronii.

TOMO V. *ad annum Christi* 404. *numero* cxx. Cedrenus enumerat (Eudoxiæ) filios Pulcheriam, Placillam (seu Flaciliam) Arcadiam, Marinam, ac Theodosium ultimo loco natum : cæterum Marcellinus novissime editam tradit Marinam.

Ad annum Christi 415. *numero* LX.

Quo pariter anno (ut Marcellinus (*a*) est Auctor) idem Theodosius Imperator novo facto hactenus intentato nobilitavit Imperium, cum majorem natu sanctam sororem in Imperii consortium alligans, creavit Augustam, virginem sane prudentissimam, sicut nobilitate, ita & religione cæteris præferendam, ætatem sapientia superantem, agentem annos sexdecim; nam sub Consulatu Theodori & Eutropii (est is annus Domini trecentesimus nonagesimus nonus) natam esse, idem auctor affirmat: licet Sozomenus ei tribuat quatuordecim tantum annos, cum habenas capessivit Imperii; qui hæc de ipsa habet: (*b*) *Divina potentia universi conditrix, tum ipsius Theodosii, tum Imperii procuratricem constituit Pulcheriam sororem: quæ quidem nondum annum decimumquintum agens, super ætatem sapientissima, ac divinum spiritum accepit. Ac primum Deo virginitatem suam devovit: deinde & sorores suas ad idem vitæ institutum educavit; ne forte virum quemquam alium Imperio subinduceret, sed potius omnem invidiæ & insidiarum occasionem præcideret. Ut igitur ea quæ constituerat, consignaret, ac Deum ipsum & sacerdotes, omnesque subditos testes faceret voluntatis suæ; ex auro gemmisque pretiosis admirabile quoddam donarium & spectaculum omnium pulcherrimum pro virginitate sua & Imperio fratris, sacram mensam Ecclesiæ Constantinopolitanæ dicavit, idque ipsum ut cunctis esset conspicuum, in fronte ejusdem mensæ litteris expressit.*

LII. *Postquam autem principatus curam suscepisset, rectissime & magno cum decore Romanum Imperium gubernavit, cum & bene consuleret, & consulta expedite perageret ac scriberet: diligentem enim operam impenderat, ut Romana, Græcaque lingua proprie loqueretur ac scriberet. Rerum porro gerendarum dispositionem fratris auctoritate fulciebat, atque id curabat, ut is pro ætate disciplinis idoneis ex Imperatoriæ majestatis dignitate quammaxime institueretur. Itaque equestris quidem pugnæ, ac reliquam in armis ac litteris scientiam ab earum rerum professoribus discebat: ut vero in processu ornate se ac regulariter gereret, a sorore erudiebatur; de qua videlicet hoc discebat, quid in vestitu, quid in sedendo, quid in ingressu decorum esset; quomodo exhibere risum, & pro re nata tum amabilis, tum formidabilis esse, & eos qui peterent, apposite audire deberet. Haud minime autem eum ad pietatem instituebat; assuescens, ut & continenter oraret, & ecclesias frequenter accederet, & donariis ac cymeliis templa honoraret, & in pretio haberet sacerdotes ac cæteros viros bonos, & eos qui sapientiam Christianorum legibus approbatam sectarentur. Quin etiam cum per doctrinas adulterinas videretur esse turbanda religio, studiose ac prudenter obstitit; nam quod nostra memoria novæ hæreses non insurrexerint, ipsam potissimum in causa fuisse comperiemus, sicut in consequentibus videbimus. Et sane quam magna reverentia Deum coleret, dicere longum foret. At quæ & quot templa magnifice illa construxerit; quotque pauperum diversoria & conventus monasticos instituerit, perennes his ipsis largita sumptus ad suppeditandum incolentibus alimentum: si quis de harum rerum veritate experientiæ suæ credere malit, quam verbis meis: comperiet me neque falsa, neque ad gratiam hæc scribere; si modo apud ejus Curiæ Præfectos conscriptam perlegerit harum rerum historiam, & ex Actis publicis æstimet, an scriptis nostris res gestæ consonent:* hæc Sozomenus, reliqua vero ab eodem de ipsa memoriæ commendata dicemus inferius; reddentes singula singulis annis.

LIII. Sed quantum profecerit ipse Theodosius consuetudine & cura atque exemplo, educationeque ipsius majoris natu sororis Pulcheriæ, ex Socrate (*c*) ista accipe: *Primum, tametsi in ipsa Regia natus, educatusque erat; nihil tamen ex illa educatione omnino contraxit mollitiei tarditatisque: sed adeo solers & prudens fuit, ut illis, qui cum eo sermones conferebant, multarum rerum experientiam consequutus videretur. Deinde tanta corporis & animi tolerantia fuit, ut tum algorem, æstumque forti & virili animo sustineret, tum crebro jejunaret, & maxime diebus Mercurii & Veneris, quas Græci* [illegible] *vocant. Atque hoc ab eo factitatum, dum Christianam vivendi rationem cumulatissime explere contenderet. Ejus Regia non dissimilis fuit monasterio. Nam primo diluculo ille ipse cum sororibus suis hymnos alternatim decantatos recitavit. Quin etiam sacras litteras memoriter pronunciavit. Nam cum Episcopis, perinde ac si sacerdos jam olim designatus esset, de iisdem disseruit. Libros etiam, tum qui sacra Dei eloquia complectebantur, tum qui ab eorumdem interpretibus conscripti erant, multo diligentius quam Ptolemæus Philadelphus olim, in unum colligendos curavit. Porro autem patientia & mansuetudine omnes longe superavit. Nam Imperator Julianus quamquam studium philosophiæ profitebatur, tamen odium contra eos, qui Antiochiæ ejus nomen perstrinxerant, minime compressit, sed Theodoro uni ex illorum numero gravissima tormenta imposuit. At Theodosius, subtilitate ratiocinationum Aristotelicarum penitus derelicta, philosophiæ studium rectis vitæ officiis sedulo excoluit.*

Iram

(a) Marcell. in Chron. (b) Sozom. l. 9. cap. 1. (c) Socr. l. 7. cap. 22.

LIV. *Iram cohibere didicit, dolorem toleranter ferre, neminem qui eum injuria affecerat, ulcisci: immo vero nemo umquam illum ira incensum aspexit. Idemque cuidam ex necessariis aliquando sciscitanti, cur neminem qui intulisset injuriam, morte aliquando mulctasset, sic respondit. Utinam potius mihi potestas esset, eos qui mortui sunt, ad vitam denuo revocandi:* sed hæc alii tribuunt avo, Majori nempe Theodosio, a quo probe dictum nepos didicit & imitatione perfecit; subdit vero Socrates: *Alteri etiam de eadem re interroganti dixit: Non magna res est, neque ardua, ut qui homo sit, mortem oppetat: sed eum qui semel obierit, nemo omnino, licet se de ejus morte maxime pœniteat, nisi solus Deus possit ad vitam revocare. Adeo firme istud ipsum ab eo observatum fuit, ut si quisquam crimen, quod esset capitis supplicio mulctandum, aliquando commisisset, ne ad portas usque civitatis versus locum, ubi mortis subiret supplicium, adduci passus est; quin misericordia commotus, illum revocaverit. Accedit eo, quod cum Constantinopoli in amphitheatro pugnas cum bestiis quodam tempore pro spectaculo ederet, populusque sublato clamore postularet, ut aliquis ex eorum numero, quorum insigniter eminebat audacia, cum fera bestia decertaret, respondit: an non explorate cognitum habetis, nos ita assuefactos esse, ut nulla crudelia spectacula contemplari possimus? Quæ cum populus ex ejus ore audivisset, de reliquo a crudelitatis spectaculis abstinere didicit. Quin etiam adeo pius fuit, ut omnes Dei sacerdotes honorifice coleret, eosque potissimum quos intellexerat pietate imprimis excellere.*

LV. *Fertur præterea, saccum quo Episcopus Chebrorum, qui Constantinopoli mortem obiit, indutus erat, quæsivisse: eumque, quantumvis sordidatum, induisse; persuasum nimirum, se aliquid ex mortui sanctimonia inde percepturum. Quodam anni tempore procelloso admodum & turbido, consueta statutaque spectacula, populo ea flagitante, in Circo edidit. Ubi autem Circus hominibus refertus fuit, tempestas cœpit esse vehementior; ac cum magna vis nivis præceps delaberetur, tum Imperator præcipue declaravit, quo animo erga Deum affectus esset: sic enim populum per præcones compellavit: Quin multo satius est, ut neglecto spectaculo omnes uno ore Deum precemur, uti ab imminente procella conservemur incolumes. Vix hæc verba protulerat, cum omnes in Circo uno animorum consensu, summaque cum alacritate Deo preces fundere cœperunt, totaque civitas quasi una ecclesia fuit. Tum Imperator in media populi frequentia privati hominis habitu incedens, hymnos recitare exorditur, nec spes certe eum frustrata est: nam aer serenus factus est, & annonæ caritas Dei benignitate in omnium rerum affluentiam commutata. Si quando bellum concitabatur, Davidis exemplum imitatus, ad Deum confugit, pro certo persuasus eum bellorum administratorem esse: precumque subsidio adjutus, ea prospere & feliciter gessit.* Hactenus Socrates: ex quibus plane intelligis, quantum valet in recte administrando, securoque servando Imperio erga Deum pietas, & exacte custodita religio: cum tantam molem puer unus atque puella summa tranquillitate ab omni barbarorum & tyrannorum timore securam (quod nec temporibus bellicosissimorum Imperatorum concessum est) feliciter rexerint; Deo nimirum ejusdem Imperii habenas manu apprehendente, atque sua providentia moderante, atque protectione custodiente, posito in eo ipso Salvatore muro (*a*) & antemurale. At hæc dicta sunt occasione Pulcheriæ, Theodosio bonorum omnium conciliatricis, ab ipso hoc anno creatæ insigni virtutum merito Augustæ; quam quidem ipse Theodosius suis a se dari solitis rescriptis Venerabilem Augustam nominate consuevit (*b*).

LVI. At cum tantorum religione Principum, tot tantisque bonis Orientale Imperium fuerit locupletatum; illud ad bonorum cumulum accessit additamentum, dum (quod Sozomenus jure considerat) præclara sanctorum corpora Deus ad opitulationem Fidelium voluit e terra emergere, atque non secus ac vivos perennesque gratiarum fontes erumpere: sic enim ait (*c*): *Interea Orientale Imperium hostibus liberatum fuit, ejusque provinciæ multo cum decore administrabantur, præter omnium sententiam: erat enim adhuc juvenis Imperator. Sed Deus præsenti hoc Imperio manifeste declarari videbatur, qui non solum præter expectationem (quod ad hostes attinet) ita disponeret, verum etiam multorum sancta corpora manifestaret ex his, qui olim ob pietatem illustres extiterunt. Cujusmodi utique & illud est, quod tunc accidit in Zacharia vetusto Propheta, & in Stephano diacono ab Apostolis ordinato. Utriusque autem inventionis, cum miraculosa sit ac divina, modum exponere, necessarium esse duxi:* hæc ipse. Quoto autem Theodosii Junioris Imperii anno Zachariæ corpus inventum sit, penitus ignoratur: sed quod ab eodem auctore primo loco recenseatur inventio Zachariæ, inde opinandi manavit occasio, ut ante S. Stephani & sociorum corpora, Zachariæ reperiri contigerit. Nos vero recensita superius, quæ hujus anni Consulibus consignata erat, inventione S. Stephani, de Zacharia ex eodem auctore Sozomeno reddamus historiam.

LVII. *Exordiar* (inquit) *a Propheta Zacharia: Cophar villa est in territorio Eleutheropolis Palæstinæ. Huic præfectus erat agri ipsius conservus Calimerus quidam, domino quidem suo fidelis, sed morosus interim ac difficilis, & in conterminos agricolas iniquus. Quamvis autem talis esset, Propheta tamen ei vigilanti clara luce apparens, se ipsum revelavit. Et horto quodam demonstrato; Age quæso* (*inquit*) *hic fodito, ab hac sepe in hortum mensura ducta ad cubitos duos, juxta viam quæ ducit ad civitatem Betherebin. Reperies enim arcam duplicatam, ligneam interiorem in exteriori plumbea, & præter hanc arcam, vitreum item vas aquis plenum, & duos etiam serpentes amplitudine mediocres, mites, & innoxios, adeo ut mansueti videri possint. Calimerus igitur ad locum indicatum ex Prophetæ mandato profectus, operi graviter incubuit. Et cum secundum prædicta signa jam in apertum producta & reclusa esset arca sacra: apparuit divinus Propheta, candidam stolam indutus, utpote qui* (*ut opinor*) *sacerdos etiam fuerit. Sub pedibus autem ejus extra arcam jacebat puer regali apparatu sepultus: habebat enim in capite coronam auream, & aurea in pedibus calceamenta, & vestem pretiosam.*

LVIII. *Disquirentibus igitur tum sapientibus ac sacerdotibus de isto puero, quisnam & unde esset, & cur sic ornatus esset? fertur Zachariam, qui tum in Geraris conventui monastico præerat, in vetustum quoddam, sed non canonicum Judæorum scriptum forte incidisse, quo tradebatur, quod Joas Rex Judææ non multo postquam Prophetam Zachariam interfecisset, in domum suam ingentem calamitatem acceperit. Quandoquidem septimo post interfectum Prophetam die, filius admodum ipsi cha-*

rus

(a) *Isaiæ 2.* (b) *l. 29. de lustr. coll. C. Theod.* (c) *Sozom. l. 9. cap. 16.*

rus repente interiit. Colligens igitur se propter iram divinam in hujusmodi calamitatem incidisse, sub illius pedibus puerum sepelivit, quasi hac ratione sese purgaret illis, quæ adversus Prophetam deliquerat. Atque hac quidem ego sic accepi. Propheta vero tametsi sæculis jam plurimis sub terra jacuisset, vivus tamen adhuc apparebat, capite raso, naso oblongo, barba modice prominenti, capite breviusculo, oculos habens aliquantulum profundos ac superciliis contectos. Hucusque Sozomenus: desiderantur cætera, quæ de inventione S. Stephani protomartyris se fore dicturum pollicitus fuerat.

Ad annum Christi 431. *numero* CLIX.

CLIX. Vigilavit, quod numquam obdormivit, pro fide Orthodoxa Pulcheriæ Augustæ studium, quæ fratrem vallatum undique a Nestorianis Comitibus, penitusque obrutum fluctibus mendaciorum eripuit: qui in lucem tandem emersus, quæ vera, quæve essent falsa perspiciens, lucis opera jam edere cœpit; doluitque magnopere sanctam Synodum ex falsis Comitum relationibus gravissima passam esse. Industria quidem & vigilantia S. Pulcheriæ res fidei Orthodoxæ in meliorem statum esse positas, licet nec historici, neque Acta Synodalia tradant: satis superque ad hæc perspicue demonstranda, S. Leonis Papæ, hoc tempore Ecclesiæ Romanæ diaconi, testificatio esse debet; qui postea Pontifex, in omnibus ferme litteris ad eamdem Pulcheriam datis, ejusdem prædicat erga fidem Orthodoxam exhibitum semper studium indefessum & curam propensiorem, hacque ex parte dignam prædicat totius Catholicæ Ecclesiæ præconiis celebrari. Ipsa enim S. Leo non aliunde quam ex rebus jam antea pro Ecclesia Catholica ab ipsa præclare gestis, penitus insinuandi argumentum validum petit, ut adversus Eutychis hæresim tempore sui Pontificatus emergentem ipsam impelleret, ut cum inter alia ista scripsit (*a*), quibus propensior Pulcheriæ animus hoc tempore pro fide solicitæ declaratur.

CLX. *Quod* (inquit) *semper de sanctæ pietatis vestræ mente præsumpsimus, id plenissime experiendo cognoscimus, Christianam fidem, quamvis diversis pravorum appetatur insidiis, vobis tamen præsentibus, & in defensionem ejus a Domino præparatis, non posse turbari: non enim Deus aut suæ misericordiæ sacramentum, aut vestri laboris deserit meritum, quo dudum sanctæ religionis hostem ab ipsis visceribus Ecclesiæ depulistis, cum hæresim suam tueri impietas Nestoriana non potuit: quia non fefellit famulam Dei, & discipulam veritatis, quantum simplicibus infunderetur veneni per illa loquacis hominis colorata mendacia &c.* Rursus vero ad eamdem (*b*): *Offertur ergo pietati vestræ digna materia, qua placitam Domino curam sancti cordis exerceat, & præcedentium meritorum coronas etiam de præsentis erroris abolitione multiplicet: sicut Nestoriana impietas, ita & Eutychiana blasphemia ab omnium est Catholicorum eliminanda consortio.* Hæc & alia plura id genus, quibus ejus adversus Nestorianam hæresim effugandam studium commendatur.

CLXI. Imbuerat quippe ipsa animum sancta lectione librorum, quos Cyrillus Alexandrinus ipso Nestorianæ hæresis exordio (ut dictum est superius) scripserat ad Reginas, inter quas ipsa tunc altius eminebat. Voluit namque summæ sapientiæ suæ dispensatione divina providentia, ut per virginem summa Virginis dignitas, qua Dei mater est appellata, inoffensa penitus servaretur. Hujus igitur clamoribus & aliis vocibus tandem Theodosius excitatus, resipiscens cœpit solertius evigilare, & ea curare, quæ ad fidem illibate servandam conducere viderentur: licet, quod natura clementissimus esset, cum fidei hostibus mitius videretur egisse.

CLXII. Cæterum cum Nestoriani præter spem omnem, quam conceperant, vidissent Theodosium Imperatorem Pulcheriæ Augustæ opera a Nestorio penitus animo alienatum, atque erga Catholicos redditum propensiorem; indigne ferentes, in utrumque commoti, quod aliter non valerent, calumniis ambos vehementissime exagitarunt: furore enim perciti ea nefanda de ipsis jactare non sunt veriti, quæ Suidas narrat his verbis: *Nestorio autem adeo infensa fuit Pulcheria, ut qui illum adamabant, rumorem spargerent, eo invisum esse Pulcheriæ Nestorium, quod illam incestus cum fratre Imperatore Theodosio criminatus esset.* Hæc scelestissimi illi. Sed quid mirum sic in Christi sanctam virginem insanüsse, qui in Virginem virginum sanctissimam Dei Genitricem adeo contumeliosi fuere? Sed miro quodam divino consilio factum est, ut per virginem Christi sponsam Virgo Deipara a Nestorii vindicaretur blasphemiis, dum circumventum ac penitus obrutum Theodosium Nestorianorum fallaciis e tenebris in perspicuam veritatis lucem eduxit. Cedit itaque Pulcheriæ laudi, quidquid ipse ex hoc tempore pro Catholica fide est visus egisse: adscribitur autem domesticorum insidiis, si interdum permissi sunt Nestoriani liberius agere; adversus quos quæ post hæc acta sint, continuatione oratio depromet.

Ad annum Christi 431. *numero* CLXXIX.

CLXXIX. Sed quod omne datum optimum, & omne donum perfectum descendere a Patre luminum sancta Dei Ecclesia novit, eidem ipsi immortales gratias egit, quod vindex extitisset Filii Deitatis, & Matris ejus honoris, utriusque præconia illis vocibus celebrans, quas a sanctis sciret frequentatas esse Patribus, ubique locorum MATREM DEI MARIAM omnium ore cantans, laudans, atque prædicans. Tunc & additamentum illud accepisse creditur Angelica Salutatio: SANCTA MARIA MATER DEI ORA PRO NOBIS, &c. Quod omnium Fidelium ore dici, ac frequentius repeti, & tamquam prima quædam elementa a piis parentibus una ferme cum lacte infantibus propinari consuevit: ut fieret secundum illud Propheticum (*c*): *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem tuam*, illuderentque superbo draconi pueruli.

CLXXX. Sed & Pulcheria Augusta virgo sanctissima, cujus in servanda fovendaque adversus novam hæresim fide Catholica commendata semper est vigilantia atque studium, excitavit (*d*) amplissimum tantæ victoriæ monumentum, veluti triumphalem fornicem, erigens nimirum sub nomine Dei Genitricis Mariæ augustissimum templum in Blachernis juxta mare positum, quod sua postea mole labans Justinianus Imperator (*e*) restituit. Hæc quidem Constantinopoli Novæ Romæ a sancta Pulcheria facta fuere: cujus exemplo excitatæ sunt Fidelium mentes, ut in diversis Orbis partibus id ipsum præstarent; factumque est, ut licet frequens antea esset cultus sanctissimæ Dei Matris; post hæc divino excitante Spiritu, frequentior fuerit atque celebrior, vixque reperiri esset,

(a) *Leo ep.* 32. (b) *Leo ep.* 45. (c) *Psal.* 8. *Matth.* 21.
(d) *Niceph. l.* 14. *c.* 2. (e) *Procop. de ædif. Justin. Imp. or.* 1.

esset, qui absque titulo Dei Genitricis nominaret sanctam Mariam.

Ad annum 439. numero 1. commemorat Theodosium imitatione S. Pulcheriæ multum pecuniæ misisse Hierosolymam egenis distribuendæ, ac Crucem auream lapidibus pretiosis ornatam. Paulo inferius loquitur de Sacris Reliquiis dono ad Pulcheriam missis.

Tomo VI. ad annum Christi 444. numero XLIV. *refert epistolam Theodoreti ad S. Pulcheriam, in qua a dignis laudibus ejusdem S. Pulcheriæ ita exorditur.* Quoniam Imperium pietate exornatis, & purpuram fide illustratis; hæc scribere audemus, nec nostram humilitatem intuemur; sacerdotio enim decentem tribuitis honorem. *Tandem implorato ejus auxilio circa triburorum remissionem, & exposita Cyri Civitatis consternatione, ita concludit:* Spero autem, quod vestra serenitas civitatis malis medebitur: & aliis justis & sanctis actionibus suis hanc etiam adjiciet.

Ad annum 446. Postquam de terræmotu frequenti, de puero in cælum elevato, & de Trisagio SANCTUS DEUS, SANCTUS FORTIS, SANCTUS IMMORTALIS, MISERERE NOBIS disseserit, demum numero XXI. *hæc refert specialiter ad S. Pulcheriam spectantia.*

XXI. Defuncto igitur Proclo, in ejus locum subrogatus est Flavianus. *Erat hic* (inquit Nicephorus) (a) *sacrorum donariorum magnæ Ecclesiæ custos, dignitata presbyter, vita autem cælesti præclarus. Creato itaque Flaviano Episcopo Constantinopolitano, Chrysaphius eunuchus, qui plurimum apud Theodosium Imperatorem valuit, cum minus gratam haberet ejus ordinationem, suggessit Imperatori, ut Patriarchæ significaret, ut electionis, seu congregationis gratia aliquod sibi benedictionis loco mitteret munus. Cui Sanctus Flavianus panes puros misit. Chrysaphius contra, aurum loco benedictionis esse mittendum, contendit. Ille respondit, non sibi esse talium rerum copiam, nisi forte ad hoc sacris uteretur templi donariis; satisque scire Chrysaphium, Ecclesiæ vasa Deo & pauperibus esse debita. His verbis offensus Crysaphius est, & S. Flavianum infenso habuit animo.*

XXII. *Porro Pulcheria Augusta nihil horum conscia erat. Crysaphius interim nullum non movit lapidem, ut Flavianum e sede turbaret. Cum vero id omnino, dum Pulcheria summam rerum administraret, fieri non posse videret: Eudociam Augustam, quæ nondum in Palæstinam reversa erat, sollicitavit; eamque paulatim adversus Pulcheriam concitans, persuadet, ut Præpositum domus Pulcheriæ, qui summam rerum administrabat, sibi adsciceret. Eudocia persuasa Imperatoris tentavit animum, ut Præpositum illum a Pulcheria abduceret. Renuit ille hoc facere, ne germanæ Augustæ aliquam videretur inferre injuriam, cujus ope & consilio tam diu Imperium administrarat. Postquam vero Chrysaphius spe sua frustratus est, idque ei ex sententia non successit: aliam aggressus est viam, Eudociæque persuadet, ut apud Theodosium agat, quo ille Flavianum secreto inducat, ut Pulcheriam in diaconissam adsciceret: sicut enim Consules quidam vi ad Episcopatum assumi, ita etiam & perillustres atque insignes fœminas ad illud ministerium deligi, erat in usu. Quod cum Eudocia ageret frequenti suggestione, id tandem Theodosio persuasit: qui consilium cum Flaviano de ea re agenda communicavit. Ille vero re accepta, se quod opus esset, facturum promisit. Interim autem Pulcheriam, secretis ea de re datis litteris, de omnibus reddidit certiorem: monuitque ne ad se veniret, ne quod sibi displiceret, facere cogeretur.*

XXIII. *Pulcheria his acceptis, tradito Præposito domus Eudociæ, recedens ab urbe, divertit ad Septimum, illic private tranquillam vitam actura. Cumque his per Pulcheriam gestis, facile Theodosius & Eudocia intelligerent, Pulcheriam de secretis initis inter se consiliis redditam certiorem, in Flavianum convertunt odium. Pulcheria autem cum in hunc modum se abdicasset ab administratione Imperii, delata est ad Eudociam summa rerum.* Hæc Nicephorus: reliqua vero de Flaviano suis locis inferius. Vide quo progrediantur privata studia aulicorum, cum omnia miscere, labefactare, atque evertere non curent, ut male conceptas semel aliquando in perniciem innocentium evomant iras.

XXIV. Quod autem ad ipsam Pulcheriam spectat, intercesserat nonnihil offensionis Theodosii & Eudociæ cum ipsa, dum arguere ipsa voluisset Theodosii imprudentiam hujuscemodi facto. Jam negligentia quadam usuvenerat, ut Theodosius oblatis sibi libellis, vel aliis ad regimen Imperii spectantibus a ministris scriptis, absque eorum inspectione subscriberet: quod cum periculose admodum peragi Pulcheria intelligeret, hujuscemodi ludo eum corrigendum, in animum induxit. Libellum scribit, in quo significaretur, emptam a se esse Eudociam conjugem Augustam, si ipse præberet assensum. Oblataque eadem charta Theodosio, ipse ex more ei absque alia inspectione subscripsit: recepit ita subscriptam chartam Pulcheria: quæ accedentem ad se Eudociam aliquando retinuit, vocatamque ab Imperatore reddere recusavit, a se emptam affirmans, ostendens de rata habita emptione Imperatoris chirographum: sicque salso quidem ejusmodi joco Augusti oscitantiam voluit condiisse ac correxisse simul. Sed quod veritas odium pariat, & Principes non facile sibi patiantur illudi: haud æquo id animo ab Eudocia potissimum acceptum fuit: quæ & in Pulcheriam invidia movebatur, quod videret virum suum Imperatorem erga sororem Augustam esse propensiorem, cum illa consulere de rebus agendis, & refundere in eam, quæ essent majoris momenti negotia, se vero despici, & limis oculis ab eo conspici. Cujus infensi animi adversus conjugem Theodosio ejusmodi causa præcesserat.

XXV. Oblatum fuit aliquando Theodosio miræ magnitudinis pomum: quod ipse admiratus, dono dedit uxori. Illa autem acceptum donavit Paulino, quo ob consuetudinem rei litterariæ familiarissime utebatur non sine aliqua suspicione. Ille vero rerum ignarus, ut conciliaret sibi Imperatoris animum, illud ipsum ei donavit: qui eo accepto, de dato pomo uxorem rogat: quæ illud se comedisse mentita est: cum illud proferret, Theodosius mendacem arguit & infidam: cujus rei causa animus Theodosii nonnihil ab ea alienus diu perseveravit, jusso interim occidi Paulino. Hæc ex Nicephoro, Zonara, & aliis. Porro domestica ista diffidia sunt tandem abdicatione Pulcheriæ consopita.

XXVI. Hujusmodi aotem domesticum bellum in perniciem est conversum Ecclesiarum. Conce-

(a) Niceph. li. 14. c. 47.

ptumque semel odium adversum sanctissimum Flavianum, haud abdicatione Pulcheriæ extingui potuit, sed in dies magis magisque studio Chrysaphii eunuchi incenso, occasio quærebatur ejus in ordinem redigendi: destituto namque illo protectione Pulcheriæ, quæ rebus Imperii vale dicto, privatæ vitæ otium fuerat amplexata, haud ei difficile visum est, quovis occasionis prætextu Pontificem aggredi.

XXVII. Sed quem vindictam avide sitienti propinaverit hostis humani generis blasphemiæ calicem, suo loco dicturi sumus abunde. Hic plane apparuit evidens, quonam pacto puræ religionis cultu bene administretur Imperium, & quam feliciſsime cuncta succedant, ubi in eo sancta religio primum sibi locum vindicat. Jam enim ad quadraginta fere annorum spatia, Theodosii licet imbellis & consilii inopis, inter tot barbarorum insultus, est Imperium feliciter propagatum, una sancta virgine pietate pollente habenas regiminis moderante: adeo ut etsi imprudenter aliquando peccare Theodosium ipsum contigerit, & Dei indignationem in se commoverit; tamen misericordiam promeruerit, sororis monitis acquiescens. Ubi vero se ipsa Pulcheria ab Imperio abdicavit; perinde atque destituta gubernaculo navis, ventorum impulsu in diversa fertur continuo peritura: ita plane Theodosii Imperium pro arbitrio aulicorum, non pro ratione consilii ministratum interiit; tantaque moles corruit, cum ejus fundamentum; nempe religio pure servata convellitur. Accidit istud quidem, ubi non amplius usus est Theodosius S. Pulcheriæ consiliis, sed Chrysaphii eunuchi Præfecti cubiculi inflammatis odio & æmulatione affectibus se suaque regenda commisit. In quæ vero malorum abrupta, peccatorumque voraginem tali duce Theodosius miser inciderit, suis locis inferius apparebit.

Post hæc Baronius hoc eodem anno narrat Attilam Hunnorum Regem in Theodosii irrupisse imperium, & in eo miserrimo statu Theodosium sponte se ejusdem Regis tributarium constituisse: pestem & famem Constantinopolim invasisse: Templumque Regiæ Civitatis igne crematum esse. Anno 448. recenset pietatem Theodosii, qui videns diversis cladibus illatis a Barbaris, fame, peste, terræmotu, & penuria exagitari Imperium, offensi Numinis causas rimatus tum gentilitiæ impietatis homines, tum Nestorii sectatores cohibuisse. Hoc anno Eutychetis perfidia, & fusius omnia quæ tunc evenerunt ibidem describuntur, præcipue de Conciliabulo Ephesino, de Hæreticorum fraudibus, de Martyrio S. Flaviani ab ipsis Concilii parricidalis fautoribus.

Ad annum 449. numero XXXII. *inseritur Epistola S. Leonis Papæ ad S. Pulcheriam, quod non posset ire ad Ephesinam Synodum. Et numero* LVIII. *bis commemorat Baronius Epistolam S. Leonis, qua Legatos suos S. Pulcheriæ commendat. Numero* XCVIII. *idem Sanctus Pontifex Sanctæ Augustæ scribit quod quæ fiunt vi, Apostolicis Constitutionibus non præjudicant. Numero* CXLVI. *inseritur Epistola S. Hilarii ad S. Pulcheriam contra Ephesinam Synodum. Alia Epistola Gallæ Placidiæ ad eamdem numero* CLXII. *exhibetur pro defensione Fidei, & Romani Pontificis. Numero autem* LXIII. *hæc referuntur de S. Leone scribente ad S. Pulcheriam.*

LXIII. Eadem quoque die Iduum Juniarum scripta ab eo extat eodem argumento epistola ad Pulcheriam Augustam (*a*), exordiens in hæc verba *Quantum præsidii Dominus Ecclesiæ suæ in vestra clementia præparaverit, multis sæpe probavimus documentis. Et quicquid nostris temporibus contra impugnatores Catholicæ veritatis industria sacerdotalis obtinuit, ad vestram maxime gloriam redundavit.* Egregiam profecto laudem, qua damnatio Nestorii contra faventes ipsi magistratus, tanti testificatione Pontificis, S. Pulcheriæ feratur accepta. Agens ibi demum de sententia & errore Eutychetis imprubi senis, cum divinæ Scripturæ contrariam penitus esse docet, tum etiam Apostolorum Symbolo damnatam ostendit. Commendat denique missos a se Legatos in Orientem ad Concilium Ephesinum.

Ad annum 450. a numero X. *hæc habentur:*

X. Diebus vero tribus interlapsis, ipso decimotertio Kalendas Augustas idem sanctus Leo ad Pulcheriam (*b*) Augustam ea quoque de causa litteras dedit: cui & Legatos commendans, laudat magnopere ejus in restituenda Ecclesiæ pace studium, adeo ut ei tribuat totum quod ageretur in Ecclesia Catholica depressa nimium sublevanda: ipso enim epistolæ exordio hæc præfatur: *Gaudeo fidei clementiæ vestræ, quod religiosum studium dignantor impeditis, ut pax Ecclesiastica renovetur, quæ quorumdam dissensionibus videbatur esse turbata. Debetur enim hoc vestræ specialiter gloriæ, ut ablatis omnibus scandalis, quæ contra Catholicam fidem inimicus excogitatas, una eademque sit per totum mundum confessio veritatis.* Hæc sanctus Leo de Sancta Pulcheria: cujus consilio donec Theodosius seipsum & Imperium moderatus est, nihil felicius ipsis potuit accidere & gloriosius: adeo ut licet olim puerulus, magno tamen splendore refulserit: nam summa pace atque concordia omnibus bene dispositis, feliciſsime illi cuncta cessere, perstitereque, majoreque sunt augmento propagata, quod ejusdem arbitrio, quæ divini Spiritus instinctu in omnibus regebatur, cuncta omnino commiserit.

XI. Certe quidem in ipsius Imperii regimine eximio semper refulgens religionis exemplo Theodosius ex institutione Pulcheriæ, & vitæ moribus integerrimis pollens, superiores omnes Christianos Principes videri poterat superasse: cum vero uxoris & eunuchorum consiliis sese ab eadem sancta Pulcheria ablegavit, quasi optimi regiminis ruptis habenis, in præceps actus, deteriora cæteris Principibus perpetravit: cum favens privatis affectibus, summum Catholicæ fidei intulit detrimentum, & immensa clade Ecclesiam Orientalem affecit: cujus rei gratia in se ipsum primo e patientis Dei manu diræ ultionis fulmen extorsit. Ut plane ad ejus exemplum illud sit sæpe Davidicum repetendum: *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui judicatis terram: servite Domino in timore.* Etenim non homo lacessitur, sed ipse Deus ultionum, qui aufert spiritum Principum, & qui est terribilis super omnes Reges terræ. Cæterum quod miserationes Domini super omnia opera ejus, non statim in Theodosium iræ sagittas emisit, in quibus paravit vasa mortis, ne simul cum corpore & anima æternæ salutis dispendium pateretur; sed pœnitentiæ tempus indulsit, illuxitque fulgore gratiæ suæ, ut sanctæ sororis consiliis acquiesceret, & remedia ab illa ministrata perciperet.

Dein-

(a) Leo ep. 13. (b) Leo ep. 35.

Deinde narrat Baronius mortem Theodosii, vindictam in Chysaphium, objurgatam a Theodosio Eudociam, & prosequitur numero XVII.

XVII. Defuncto autem Theodosio Imperatore, voluntate sanctæ Pulcheriæ, ex Senatusconsulto delatum est Imperium Marciano. Quod enim nullum exemplum præcesserat, ut Augusta sola habenas moderaretur Imperii, & ipsa Deo (ut dictum est) virginitatem vovisset, jamque ætate grandior esset, utpote quæ ageret annos quinquaginta & unum, nata sub Consulatu Theodori & Eutropii; salubre illud consilium iniit, ut conjugii titulo virum eveheret in imperium ætate maturum, consilio gravem, continentia probatum, atque militari virtute ubique spectatum: sicque optimo Imperii regimini opportune consuleret, ut tamen devotæ Deo virginitatis integritati esset omnino prospectum: haud immemor, facti hujus dignissimum in divinis Scripturis exemplum haberi litteris commendatum, cum sanctissima virgo Deipara ita fuit matrimonii legibus juncta conjugi, ut numquam desierit esse virgo. Hoc igitur tam nobile exemplum facere edocuit, quod necessitas exigit temporis, & virtus hominis persuasit. Quisnam autem iste fuerit Marcianus, audiamus Evagrium (a).

Deinde exposita Marciani conditione, & zelo fidei, & quomodo ad S. Leonem literas dedit statuens animo cuncta nutu suo agere, has literas S. Pulcheriæ adjungit:

Leoni reverendissimo Episcopo Ecclesiæ gloriosæ civitatis Romæ Pulcheria Augusta:

XXV. *Litteras tuæ beatitudinis cum omni decenti amnem Episcopum veneratione suscepimus, per quas tuam fidem puram & talem cognovimus, qualis debet cum sanctitate sacro præberi templo. Ego vero, similiter ac meus dominus tranquillissimus Imperator meus conjux, in eadem semper mansimus & manemus, omnem pravitatem atque pollutionem & maleficium declinantes. Sanctissimus igitur gloriosæ Constantinopolis Episcopus Anatolius in eadem fide permansit atque religiane, & tuarum litterarum Apostolicam confessionem complectitur, illo errore sublato, qui ab aliquibus nunc ortus est, sicut eu ejus quoque litteris clarius tua sanctitas agnoscere poterit; & epistolæ similiter Catholicæ fidei, quam ad sanctæ memoriæ Flavianum Episcopum tua beatitudo direxit, sine aliqua dilatione subscripsit.*

XXVI. *Et propterea tua reverentia, quocumque modo prospexerit, significare dignetur; ut amnes etiam totius Orientis Episcopi Thraciæ atque Illyrici (sicut etiam nostro domino piissimo Imperatori meo conjugi placuit) in unam civitatem velociter ab Orientalibus partibus valeant convenire: & illic sancto Concilio & de Catholica confessione, & de his Episcopis, qui ante hoc segregati sunt, sicut fides & Christiana pietas exigit, te auctore decernant. Super hæc autem sciat tua sanctitas, quoniam præcepto nostri domini & tranquillissimi Principis mei conjugis, in gloriosam civitatem Constantinopolim sanctæ memoriæ Episcopi Flaviani corpus allatum est; & in Basilica Apostolorum, in qua consueverunt prædecessores Episcopi sepeliri, competenter est positum. Et omnes (*) similiter Episcopos, qui propter eamdem causam, quoniam cum sanctissimo Flaviano ad concordiam fidei Catholicæ convenerant, exilio deportati sunt, reverti debere, robore pragmatici sui præcepit, quatenus per approbationem Synodi, atque sententiam omnium Episcoporum convenientium, Episcapatum & Ecclesias proprias recipere decernantur.* Hactenus ad sanctum Leonem sancta Pulcheria.

Opusc. Miscell.

Ad annum 451. a numero XXVII. *S. Pulcheriæ Epistola ad Strategium contra tumultuantes inferitur, quæ ostendit ferventissimum hujus Sanctæ zelum; hujusmodi vero est.*

XXVIII. *Intentio nostræ tranquillitatis est, ante civiles causas, sanctas Christi Ecclesias, eisque dicatos in pace consistere, & Orthodouam fidem, quam continere judicamus Imperium, imperturbatam & immotam ab omni hominum genere custodiri. Unde dudum prava quadam emergente discordia, multam curam habuimus, ut undique multitudo sanctorum Episcoporum simul congregaretur in Nicæa, quatenus universorum concordia, omnis turba de medio tolleretur, & in futuro firma & immobilis fides venerabilis prævaleret. Quia ergo secundum nostram sanctionem reverendissimi quidem Episcapi universi convenerunt sustinentes potestatis nostræ præsentiam, quæ non post multum, Deo caoperante, aderit: quidam autem (sicut agnovimus) cum sint soliti conturbare & confundere Deo placitam disciplinam, supervenientes in Nicæam clerici ac monachi atque laici tumultum facere tentant, contendentes absque his, quæ nobis placuerunt: necessarias has pias litteras ad tuam direximus claritatem: quatenus cum omni virtute eos, qui præter nostram evocationem, aut permissionem suorum Episcoporum, ibidem commorantur, clericos sive intra hunc ordinem constitutos, sive aliqui eorum a propriis Episcopis sint remoti, vel monachos, atque laicos, quos nulla ratio ad Concilium vocat, amnino debeas de civitate & ipsis locis eupellere: ut cum omni disciplina confidente sancta Synodo, sine aliqua commotione atque contentione, quæ a Domino Christo revelata fuerint, communiter ab omnibus confirmentur. Scito enim, quod si quis de cætero inventus fuerit tumultuosus ibidem commorari, aut ante præsentiam nostræ tranquillitatis, aut certe post præsentiam, non fortuitum sibi imminere periculum.* Hæc Pulcheria ad Strategium.

Ad annum 452. numero XVII. *inferitur pars Epistolæ S. Leonis ad S. Pulcheriam contra Anatalium, qui Primatum Ecclesiæ Constantinopolitanæ immerito sibi usurpare contendebat, de quo iterum sermo est ad annum 454. numero* V.

Ad annum 453. a numero XVI. *hæc tandem habentur de S. Pulcheria.*

XVI. Sparserat impius ille Theodosius (ut dictum est) rumorem, cum Synodum Chalcedonensem, tum sanctum Leonem Nestorii hæresim confirmasse, id ipsum quoque sapere Imperatorem atque Augustam Pulcheriam: quamobrem miseros illos prætextu defendendæ Catholicæ fidei converterat in furorem; adeo ut ea monachi ausi fuerint, quæ & latrones sævissimi exhorruissent. Sed resipuisse ex lapsis primum Dei benignitate permotos litteris Imperatoriis superiori anno datis ad laicos Hierosolymitanos, ex epistola sanctæ Pulcheriæ constat, quam dedit ad Bassam Abbatissam monasterii, quod erat Hierosolymis: quarum quidem scribendarum litterarum causa illa præcessit, ut sanctimonialibus a scelestissimo Theodosio deceptis succurreret, illisque significaret:

(a) Evag. l. 2. c. 1. (*) hos

onnisi Catholicæ religioni consentientia tum Synodum Chalcedonensem statuisse, tum se etiam redere, ut his persuasæ fœminæ illæ ad Catholicam unitatem connecterentur. Extat quidem ejusmodi sanctæ Pulcheriæ epistola in appendice ad Acta Concilii Chalcedonensis Græce conscripta, ultimaque datarum ab ipsa epistolarum; qua digna memoria ac testimonio pietatis, finem vivendi faciens, suum ad Deum transitum egregie consignavit. Quoniam autem nullibi hactenus extat (quod sciamus) impressa, hic ipsam describere e Græco in Latinum redditam, operæ pretium existimavimus; postrema enim sanctissimæ Imperatricis elogia sæpe sæpius piis auribus inferenda, quis non avide audiat, mentisque thesauro recondat! Est autem ejus epistolæ ejusmodi in codice titulus,

XVII. *Exemplum regiarum litterarum scriptarum ad Bassam Præfectam Asceterio in Ælia a piissima & Christi amante Augusta Pulcheria.*

Serenitatis nostræ studium, animumque in sanctam & Orthodoxam fidem, & quomodo eam usquequaque amplificare & celebrare studemus, nemini dubium esse arbitramur: maxime vero omnium id nosse certo tuam reverentiam confidimus. Sed quoniam his temporibus extitit Simonis magni Samaritani *imitator, seu potius Antichristi præcursor Theodosius, qui quemadmodum affecerit Æliensium civitatem, Palestinæque sanctissimas Ecclesias turbaverit, contra divina & humana jura mala innumerabilia perpetrans; & calumnians sanctam & venerabilem collectam Chalcedone Synodum, quod Symbolum trecentorum decem & octo Patrum commoverit & labefactaverit; & duos Filios, duosque Christos, ac duas personas adorari oportere docuerit; nec reverentiam tuam latet: necessarium duxit pietas nostro per sacras nostros litteras antea missas redarguere memorati nefarii viri mendacia, nostramque fidem nobis a maioribus traditam declarare: & quod juxta Symbolum trecentorum decem & octo Patrum credimus, quod quidem sancta Synodus Chalcedone habita, nihil vel addens vel minuens, confirmavit. Cum vero benignitate atque humanitate Domini nostri & Salvatoris Christi, ii, qui Æliensium urbem incolunt, cognovissent meæ serenitatis, & religiosissimi Domini Orbis terræ, & conjugis meæ majestatis veram & Orthodoxam fidem; ad eam accurrerunt, multisque laudibus Dominum nostrum & Salvatorem Jesum Christum ac nostram potestatem celebrarunt, veniamque delictorum, quæ ante commiserant, orarunt.*

XVIII. *At de illis quidem sacratissimus & piissimus Dominus, & conjux meæ serenitatis, solita usus humanitate, tum typum dedit, quem ipsius pietatem deceat; Nostra autem serenitas considerans præfati scelesti ac nefarii Theodosii calumnias, metuensque ne quas e religiosis fœminis simpliciores circumscripserit, suisque præstigiis ac fallaciis eas voluerit a veritate abducere; volensque undique delere memorati scelesti hominis impietatem; idcirco has ad vos sacras litteras dirigimus, quibus fidem nobis usque a Patribus traditam declaramus, atque volumus omnibus Deo consecratis fœminis prorsus manifestum esse, quam nos fidem secundum expositum Symbolum a trecentis decem & octo sanctis Patribus servamus: Detestamur vero Photini & Apollinaris & Valentini & Nestorii impietatem, ad hæc vero & novellam improbatamque Eutychetis sententiam.*

XIX. *Et credimus Dominum & Salvatorem nostrum Jesum Christum de Spiritu Sancto & Maria Deipara natum esse: Confitentes unum & eumdem Filium Jesum Deum perfectum, & hominem perfectum eumdem, Deum vere & hominem vere eumdem, nulloque modo divisum, aut separatum, aut conversum, Salvatorem Christum semper adoramus: in hac fide sine fluctuatione agere optantes, & anathematizantes eos, qui dicunt duos Filios, aut duos Christos, aut duas personas, vel qui dixerunt, aut scripserunt, aut dicere audent. Quam quidem sanctam & Orthodoxam fidem venerabilis Synodus, quæ proxime Chalcedone habita fuit, confirmavit, nullumque vel additamentum, vel detractionem fecit in exposito sancto Symbolo a trecentis decem & octo sanctis Patribus: ac solius Eutychetis perversam opinionem condemnavit, suffragio sanctis Patribus concinente. Quamobrem reverentia tua, cognita serenitatis nostræ vera & Orthodoxa fide, impensius pro nobis nostroque Imperio orare studeat.* Hactenus Pulcheria ad Bassam Asceteriam, quæ quidem Catholicam fidem sectata est, ut suo loco dicturi sumus inferius.

XX. Porro ipsa Pulcheria post hæc, undecima (*) mensis Septembris, vita in virginitate honestissime atque sanctissime perfuncta, migravit in cælum, ibi coronam cum sanctis virginibus acceptura. Sub his namque Consulibus eam obiisse diem, Mascellinus antiquior chronographus affirmat his verbis: *Pulcheria Augusta Marciani Principis uxor beati Laurentii atrium mirabili opere consummavit, beatumque vivendi finem fecit.* Hæc ipse, cui magis quam Nicephoro (*a*) assentimur, dum ait ipsam vivere desiisse anno sexto Marciani Imperatoris.

XXI. Hæc quidem Christianæ religionis summum decus, cum se ipsam in primis puram sanctamque Deo, cui se voverat, conservarit, & a tenera ætate Imperium divinitus inspirata mirabili providentia gubernarit; cum & omni virtutum genere semper temporibus etiam perditissimis enituerit, & ad diem usque novissimum semper steterit pro fide Catholica sedula patrona & pugnatrix invicta, adeo ut de omnium sui temporis hæresum expugnatione acceptam victoriam ipse (ut vidimus) S. Leo eidem ingenue acceptam semper tulerit: hæc, inquam, Catholicæ fidei ornamentum, dicta die, a cælesti vocata sponso, in æternum cum eo felicius regnatura cælum conscendit. Cujus memoria benedictionibus locupletata, nobili epitaphio in Albo Ecclesiæ ob oculos omnium posita, perennites permansura notis amplissimis collocata, annis singulis solemni ritu, publicoque Diaconorum præconio recoli consuevit, virginisque Augustæ augustum atque celebre monimentum ejusmodi inscriptione piorum auribus redditur semper vivens: *Commemoratio S. Pulcheriæ Reginæ in pace quiescentis: Hæc fuit soror Theodosii Junioris, conjux Marciani pietate præstantissimi Imperatoris: quæ cum virginitatem ipsam ad senectutem usque servasset, multaque præclara opera in templorum & hospitalium domorum ædificia contulisset, & sanctæ Chalcedonensis Synodi Patres adjuvisset, in pace quievit.* Hæc Orientalis Ecclesia; Occidentalis quoque paribus eadem die votis ipsam est prosecuta.

XXII. Defuncta autem est anno ætatis suæ quinquagesimo quarto; quippe quæ, Marcellino auctore, nata ponitur sub Consulatu Eutropii & Theodori, anno Domini undequadringentesimo; Quæ, jam

jam

(*) Forte ex incuria typographi undecima pro decima. Vide Bollandianos. Probabilius est obiisse mense Julio. (a) *Niceph. li. 15. c. 15.*

jam absoluto martyri templo, in Dei templum non manufactum semper manens transferri promeruit; in his enim vivens semper fuit, ut sive Ecclesias, sive monasteria, vel domos erigeret hospitales. In ædificiis vero sacris a se erectis primum locum tenuit illud, de quo dictum est, templum Dei Genitrici dicatum in Blachernis: post hoc illud in via Ducum, ob idque ὁδηγῶν dictum, in quo tradit Nicephorus collocatam ab ea divinam imaginem Deiparæ Virginis, quæ a S. Luca depicta traditione majorum ferebatur; Salvatoris infantis fasciis ab Eudocia Augusta Hierosolymis missis ibidem ab ipsa reconditis, in quarum memoriam trigesima prima mensis Augusti dies fuit perpetuo consecrata. Sed quas S. Germanus (*a*) Constantinopolitanus Episcopus fascias infantiæ vocat, Nicephorus (*b*) fascias sepulchrales appellat. Nobilis pariter fuit Basilica ab eadem S. Pulcheria erecta in Foro Fabrorum, cui Sancti Sepulchri nomen inditum fuit. Agit de his Nicephorus, necnon de dicta sacra imagine: sed ante eum Theodorus Lector (*c*) ait, Pulcheriæ ab Eudocia donatam esse imaginem Dei Genitricis Mariæ a S. Luca depictam, conciliatæ inter eas amicitiæ signo.

XXIII. Ad hæc ipsa plane egregia S. Pulcheriæ opera Cyrillus (*d*) alludere visus est, dum in libro ad Reginas conscripto: *Ecce* (inquit) *& valde sapienter confugientes ad Regnum Christi, operam datis, ut quæ illi probantur, & sciatis & faciatis: partim (ut dixi) operibus & irreprehensibili fide & vestras & Regum aulas perspicua virginitatis gloria decoratis, partim sumptuosissima Christo templa erigitis.* Hæc & alia in Reginarum laodem Cyrillus, Pulcheriæ, inquam, atque sororum virginum. Præstitit quidem ipsa S. Pulcheria illud egregium, ut non solum ipsa sacræ virginitatis cultrix existeret, sed & sanctis sororibus, ut & ipsæ cæleste munus consequerentur, optima conciliatrix extiterit.

XXIV. Fuit plane grande videre miraculum, in Regia illa regiarum virginum monasterium contineri: sed illud singulare superexcellens, in fœmina eademque virgine enitescere una cum monastica observantia simul optimum Imperii regimen, altero munere sine alterius detrimento juncto alteri, immo maximo adjumento utrisque connexis: Nam evidenter apparuit (quod & sæpe superius demonstratum est) cum Imperii habenas ejus arbitrio moderandas germanus ipsius Theodosius Imperator reliquit, nullum unquam felicius, tutiusque Romano Imperio regimen obtigisse, neque aliquando terrarum Orbi tempora feliciora illuxisse. Cum vero perfidia eunuchorum & mentis eversæ Eudociæ conjugis suasionibus Theodosius in transversum actus, a sanctæ sororis consiliis declinavit, se ipsum plane una cum Imperio præcipitem egit; atque simul religionem in maximum discrimen adduxit, & perdidisset illic omnino, nisi (quod testificatione S. Leonis sæpe superius dictum est) ipsa S. Pulcheria collabentem sæpe Orientalem Ecclesiam hæreticorum impulsibus actam, indefesso semper studio suffulsisset. Reliquisse insuper sanctam Pulcheriam cuncta sua bona pauperibus, tradit Theodorus his verbis (*e*): *Pulcheria pia moritur, multis post se præclaris factis, & cunctis bonis, quæ habuit, ad sustentationem pauperum relictis: quibus Marcianus non contradixit, sed cunctorum necessitatibus animo propenso servivit &c.*

HUC usque in unum collecta sunt, quæ sparsim in suis Annalibus a Venerabili Cardinali Baronio de Sancta Pulcheria enarrantur. Longum vero nimis foret, reliquorum, tum vetustiorum tum recentiorum Scriptorum testimonia huc repetere, quæ eximia Sanctæ Imperatricis gesta complectuntur. Interim, ut, quanta postremis hisce etiam Ecclesiæ seculis fuerit Sanctitatis ejusdem æstimatio, apertius pateat, breve aliquod dabitur specimen Auctorum S. Pulc. quæ a quatuor potissimum Auctoribus ex professo, ut inquiunt, descripta sunt.

Horum primus est Matthæus Raderus Societatis Jesu Presbyter, in *Aula Sancta*. Raderum excipit Nicolaus Caussinus, ejusdem pariter Societatis Presbyter, in *Aula* itidem *Sancta* sæpissime recusa, & in septem linguas ad minimum translata, Galliæ Principibus & Magnatibus proposita, in volumine inscripto *Pietas fortunata*. Tertius est Bernardinus Scala in Vita Sanctæ Pulcheriæ Virginis Imperatricis Italice conscripta. Tandem Continuatores Bollandiani nunquam satis laudati tomo tertio Septembris, qui est quadragesimus primus totius Operis Actorum Sanctorum, ad diem decimam ejusdem mensis, qua ejusdem Sanctæ pariter meminit Romanum Martyrologium.

Illud tamen est præmonendum, plures ab iis tum a Radero, tum a Joannis Bollandi Continuatoribus excitari difficultates, quarum aliquæ ad gesta Sanctæ Imperatricis pertinent, aliæ ad gestorum tempus. Illæ quidem satis dilucide a laudatis Scriptoribus explicantur: quibus acquiescere, nemo prudens & cordatus vir renuat. Dubitatio namque, quæ adhuc inter eosdem superesse videtur, utrum duæ an tres fuerint Sanctæ Pulcheriæ Sorores, quæve earum omnium fuerit natu major; facile exsolvitur, si aut tres omnino ejusdem Sanctæ Sorores fuisse affirmes, aut saltem certum esse, illarum unam duplici nomine fuisse appellatam: Sanctam vero Pulcheriam tum fratri Theodosio, tum Sororibus, si unam ad summum excipias (quod tamen minus probabile est) ætate præstitisse. De his autem quæ tempus respiciunt, ex. gr. quoto tempore Sancta Pulcheria ab aula abfuerit, tribusne annis, an aliquot tantum mensibus; item quo tempore, quave occasione in Palæstinam Eudoxia semel & iterum profecta sit; aliisque hujusmodi: quid hic juvat agere, cum nihil cum iis quæ Christifidelibus ad imitandum proponuntur, & in Ecclesiastico hujus Sanctæ Officio enunciantur, commune habeant?

Ad quatuor igitur promissa specimina descendendum. Atque, ut ab iis quæ recentiora sunt, exordium ducatur, pars in primis occurrit nuncupatoriæ epistolæ tomi tertii Septembris Bollandiani, Antuerpiæ editi elapso anno 1751. quæ & scribentium pietatem abunde probat, & legentium animos ad virtutem vehementer excitat.

Mariæ Christinæ Regiæ Principi Hungariæ, Bohemiæ, Hierosolymæ &c. Archiduci, Duci Burgundiæ, Brabantiæ, Luxemburgi, Geldriæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, Mediolani &c., Comiti Flandriæ, Hannoniæ, Namurci, Tyrolis &c.

TANTO jucundior nobis semper accidit, SERENISSIMA ARCHIDUX, perpetua illa ac Regia munificentia, qua Opus nostrum de Actis Sanctorum constanter promovere numquam destitit Augustissima Mater Tua, Magna Maria Teresia, Romanorum Imperatrix, Hungariæ & Bohemiæ Regina, Domina nostra vere Clementissima, quanto utilius honestiusque existimamus Vitas Sanctorum iis offerre Principibus, qui Sanctos imitari a tenella ætate docentur, quique eorum exempla non solum sibi legenda, sed etiam sequenda proponunt ætate maturiore.... Innumera enim exempla ostendunt, multas Principum Aulas non caruisse sanctitatis gloria, nec omnes in solitudinibus vixisse aut in monasteriis, quos ut Sanctos celebrat ac veneratur Ecclesia... Hic ipse tomus tertius Septembris, quem ad nutum Augustissimæ Matris Tuæ debita cum veneratione Tibi offerimus, SERENISSIMA ARCHIDUX, Principem exhibet in aula imperatoria natam & educatam, Imperatoris neptem, Imperatoris filiam, Imperatoris sororem, Imperatoris conjugem, virginem tamen, eamdemque jam ante nuptias Imperatricem: *Pulcheriam* dico, eximiis virtutum ornamentis, ac sanctitatis gloria longe illustriorem, quam omnibus honorum titu-

(a) *German. serm. de fasciis Domini.* (b) *Niceph. li. 14. c. 2.* (c) *Theodor. Lect. Collect. l. 1.*
(d) *Cyrill. de Orthod. fide ad Regin.* (e) *Theodor. Lect. Collect. l. 1.*

titulis modo enumeratis. Quare, cum morum integritas ac sanctitas in multis Regum palatiis amata fuerit ac desiderata, illaque præsertim apud Religiosissimos Majores & Parentes Tuos maximo semper fuerit in pretio, eadem fiducia, qua aliorum Sanctorum virtutes in aliis tomis imitandas proposuimus, unam ex hoc tomo seligendam censuimus Sanctam, quæ illustrium natalium similitudine, vitaque in Aula sancte traducta, Archiducem pietati deditam ad sanctam æmulationem possit accendere. Porro ut facilior Tibi sit ac jucundior sanctæ Imperatricis *Pulcheriæ* imitatio, facere imprimis poterunt exempla domestica: neque enim existimabis duram nimis nimisque laboriosam esse virtutum exercitationem, si virtutes illas, quibus ad insignem sanctimoniam pervenit *Pulcheria*, domi passim exerceri videbis. Sic igitur exempla *S. Pulcheriæ*, in Actis latius legenda, Tibi breviter proponam, ut simul assignare placeat, quam eleganter ea imitetur Augustissima Imperatrix Mater Tua, quam sola fere eaque felici fæcunditate Imperatrici Virgini dissimilem reperio. *Pulcheria* jam diligenter in pueritia erat instituta, ut præter sermonem Græcum sibi vernaculum, eleganter uteretur sermone Latino, tam in scribendo quam in loquendo. Laudanda sane institutio, quæ sanctæ Imperatrici mire profuit ad imperium recte administrandum, &c. &c. &c.

EX BERN. SCAL.

Vita di S. Pulcheria Vergine Imperatrice raccolta da diversi Autori Greci, e Latini per opera di Bernardino Scala Cappellano di N. S. Urbano VIII. Dottor in Teologia e Canonico di S. Lorenzo in Damaso. In Roma per Vitale Mascardi 1636. Con Licenza de' Superiori. All' Illustrissima & molto Rev. M. in Cristo Suor Maria Teresa di Gesù Monaca Scalza Figliuola dell' Eccellentissimo Sig. Contestabile Colonna.

Questa Vita di Santa Pulcheria viene alla luce per opera particolare di V. S. Illustrissima; percioccchè avendo lei accennato all' Eminentissimo & Reverendissimo Sig. Cardinale Barberino il desiderio, che aveva si rinovasse al mondo la memoria d' una santa Vergine Imperatrice così celebre nell' Istorie Greche, e Latine; & l' utile che poteva apportar il buon esempio di quella, mentre da tutti si leggesse anco nella nostra lingua Italiana; con il raggio Solare del suo pio desiderio, toccò la mente di Sua Eminenza disposta a ricever la luce celeste, cooperatrice di tutte l' opere buone, e particolarmente inclinata a conservar gli antichi monumenti delle cose sacre; onde subito mi comandò, che da' più probati Autori la raccogliessi, e riportassi in questa lingua, per soddisfar a lei, e per beneficio universale di tutte le persone divote, &c.

AUTORI DONDE S' E' RACCOLTA L' ISTORIA.

Ex aula sancta Matthæi Raderi a Societate Jesu. Baronio in suis Annalibus ab Anno Christi CCCCIV. usque ad Annum CCCCLIII. B. Cyrillo de orthodoxa Fide ad Reginas. Concilio Ephesino. Concilio Chalcedonensi. Codice Theodos. Cedreno. Evagrio Hist. Eccles. lib. 1. & 2. S. Leone primo Romano Pontifice in Epistolis ad minus undecim S. Pulcheria datis. Nicephoro lib. 14. c. 50. S. Prospero. Palladio. Sozomeno. Photio. Zonara in vita Marciani. Svida in verbo Pulcheria. Epistolis ejusdem S. Pulcheriæ ad S. Leonem, & alios. *Qualche diversità, che si trova in detti Autori concorda il P. Matteo Radero nel suo Indice Cronologo, & altrove nelle annotazioni.*

Hactenus Bern. Scal.

EX NICOLAO CAUSINO.

In Aula Santta Italice edita, ubi de morte S. Pulcheriæ.

La Santa Vergine Pulcheria nel cinquantacinquesimo de' suoi anni, non tanto carica d' età, quanto di meriti, come era stracca da continui travagli, e dalle cure sopportate per lo spazio di quasi quarant' anni, nel Governo di tanti affari, ritrovò il suo riposo nel cambio della Corte di Constantinopoli in quella di Paradiso. Morì in purissima verginità, ch' avea esattamente conservata tutto il lungo della sua vita, lasciando suoi eredi i poveri, che solevano essere le sue delizie, dopo aver erette, vivendo, cinque Chiese, e tra le altre una in onore della Sacratissima Vergine Madre del Salvatore, che le sopravanzava tutte in magnificenza, & molti buoni ospitali, e sepolture per li pellegrini... Noi abbiamo posto la sua Imagine, & il suo Elogio. *Pulcheria Flavii Theodosii junioris soror Augusta, Augustorum filia, soror, neptis, conjux, & Virgo, Propugnatrix Pontificum, magistra Imperatorum, custos fidei, munimen Orthodoxorum, Ecclesiæ, & Imperii decus, nova Elena, novum orbis miraculum. Anno Christi CDLIII. Ætatis LV. Imperii XXXIX. ad cælestem aulam proficiscitur.* Possono da questo scorgere il più breve cammino per arrivare al tempio dell' onore, esser il passare per lo Tempio della Virtù. Non fu mai donna tanto onorata in vita, nè così gloriosa in morte. Quel gran Pontefice San Leone, San Cirillo, e tutti i più rari uomini dell' Oriente, e dell' Occidente affaticarono in onore di lei le loro penne. Le furono fatte nel Concilio acclamazioni tanto magnifiche, e così chiare, che non si saprebbe desiderare cosa alcuna di più specioso. Un poco avanti la sua morte fu gridato nel Concilio di Calcedonia. *Viva l' Imperadrice Augustissima. Viva Pulcheria, viva la novella Santa Elena, conservi Iddio questa Santa, conservi questa Ortodossa, conservi costei, che è conservatrice della Fede.* Quali trofei d' Alessandri, o di Cesari sono da paragonare a questi onori? Radero, che ha scritto dottamente la sua vita, fa un radunamento de' suoi titoli, e la nomina la Santa Pulcheria sempre Vergine, sempre Augusta Vergine fuori del matrimonio, e Vergine in quello, Figliuola d' Imperadore, Moglie d' Imperadore, Maestra d' Imperadori, Protettrice de' Pontefici, conservatrice della Fede, sostegno vero de gli Ortodossi, Onore della Chiesa, Onore dell' Imperio, nuova Elena, nuovo Miracolo del Mondo, nuovo Esempio alla posterità. Questi sono titoli, che le diedero i Santi, & il suo nome in qualità di Santa, è stato descritto nel Menologio de' Greci, e nel Martirologio Romano il decimo di Settembre.

EX RADERO.

Aula Sancta Theodosii Junioris, S. Pulcheriæ Sororis, Eudociæ uxoris Augustorum res gestas complexa, e Latinis, Græcis, editis, ineditis Scriptoribus extructa, concinnata, perpolita, a Matthæo Radero e Societate Jesu. Augustæ Vindelicorum apud Christophorum Mangum. Anno CIↃ. IↃCVIII.

Serenissimæ Elisabethæ Serenissimi Maximiliani Comitis Palatini V. B. Ducis, &c. Conjugi salu-

salutem, & felicitatem precatur Matthaeus Raderus e Societate Jesu.

EX aula veteri ad novam; ex aequa, justa, ad aeque justam, aequam, immo aequiorem, a principe foeminarum, ad principem foeminam donum mitto, non e Graecia translatum, sed e Graecia & Latio collatum, hoc est, ex testatissimis auctoribus Graecis & Latinis delibatum, & in hanc quam S. V. coram spectat, formam speciemque redactum; historiam, inquam, S. Pulcheriae Augustae, mores, vitam, facta omnibus retro saeculis praedicata, futuris praedicanda complectentem. Et quamquam frons libri Theodosium, & Eudociam Pulcheriae conjungat, quod res hujus sanctissimae trigae inter se ita connexae sint, ut separari nullo modo possint; *Aulam* tamen *Sanctam* a S. Pulcheria potissimum nuncupandam putavi, quod illa ejus fundamenta posuerit, in caelum eduxerit, tectumque, & supremam manum imposuerit, & in hanc morum elegantiam, vitae sanctitatem, fidei religionem efformarit. Illa enim fuit, quae Theodosium germanum fratrem suum, ad summam vitae innocentiam perduxit; illa eumdem omnibus liberalibus & imperatoriis artibus ac disciplinis imbui curavit, sub illius magisterio tantam sibi pietatis, eruditionis, religionis famam comparavit, quantam nemo retro principum consecutus fertur. Illa Eudociam quamvis humili loco natam, sed Principi opportunam, in societatem imperii adscivit, ad sanctos mores iustitutam erudivit. Illa trigeminas sorores suas Flaccillam, Arcadiam, Marinam nobilissimas Reginas permovit, ut in summa fortuna fortunam contemnerent, & juxta secum florem virginitatis in ipso flore aetatis, Virginis Filio, publico voto aeternum desponderent, consecrarent, & ad ultimum usque spiritum custodirent. Inde factum, ut ex aula Palatina, fieret Palaestina aut Aegyptia Laura: eaque exercerentur in palatio studia virtutum, quae vix in Ascetarum coenobiis, aut silvis reperirentur. &c.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI BENEDICTI PAPAE XIV. EPISTOLA

AD

P. EMANUELEM DE AZEVEDO

SOCIET. JES. PRESBIT.

De quibusdam rebus ad Tract. De Syn. Dioeces. ejusdem Pontificis pertinentibus.

BENEDICTUS PP. XIV.

Dilecte Fili.

MIRARIS quod in Tractatu nostro de Synodo Dioecesana *lib. 7. cap. 34. num. 7. & seq.* de his delictis differentes, ob quae Persona Ecclesiastica a susceptis Ordinibus degradari potest & Curiae saeculari tradi, quae deinde capitali poena illam punit, sollicitationem in Sacramentali Confessione non recensuerimus; tametsi Gregorius XV. Praedecessor Noster post renovatam praecedentem Constit. Pii IV. praeter alias exilii, triremium, & perpetui carceris poenas, facultatem quoque Judicibus indulserit reos in aliquo casu degradandi, eosque Curiae saeculari tradendi. *Eos quoque, si pro delicti enormitate majores poenas meruerint, debita praecedente degradatione, Curiae Saeculari puniendos tradant*, ut legitur in Constit. laudat. Gregorii, quae incipit *Universi Dominici*. Breviter autem respondemus nos in citato Tractatus nostri loco nullam Gregorianae Constitutionis fecisse mentionem, quod ibi poena degradationis, & traditionis Curiae saeculari imposita fuit *ad terrorem*: neque unquam subinde executioni mandata est, & quidem merito: Cum enim sollicitationis crimen non nisi testibus singularibus probari queat, grave fuisset, atque intolerabile ad degradationem & Curiae saeculari traditionem procedere ob id delictum, quod etsi grave, per testes tamen tantum singulares confirmari potest. Ita testatur Card. Albizius, qui pluribus annis Assessor, & deinde S. Officii Card. fuit, in suo Tractatu *de Inconstantia in Fide part. 1. cap. 15. n. 13. Non obstat Bulla Gregorii XV. contra sollicitantes, qua datur arbitrium supremis Inquisitoribus condemnandi Sacerdotes sollicitantes in poenam etiam traditionis brachio saeculari ex depositione testium singularium, quia Bulla in ea parte fuit potius condita ad terrorem, quam ut executioni mandetur Et ego possum testari, quod licet tempore mei Assessoratus successerint casus enormes in hac materia, nunquam tamen illud arbitrium vidi practicatum*. Et idem Nos quoque testamur, qui in Tribunali S. Inquisitionis antiquissimi fumus.

Tu vero progrederis, Nobisque commemoras aliam reperiri Constitutionem Gregorii XV. 20. Maii ann. 1623. datam, quae incipit *Omnipotentis*: qua Episcopo, aut Inquisitori praecipitur, ut Curiae saeculari tradant sortilegum, qui unum vel plures sortilegiis suis occiderit, tametsi hoc primum delictum fuerit, qood a sortilego patratum sit. Nos tamen non poenitet hujus Constitutionis casum citato loco nostri Tractatus minime inseruisse. Siquidem haec Constitutio Clericos non comprehendit. Nos vero de iis unice casibus loqui intendebamus, in quibus Clerici, non autem Laici ab Judice Ecclesiastico saeculari Curiae tradendi sunt, ut capite ab ea plectantur. Memoratam autem Constitutionem Clericos non comprehendere, aperte docet laudatus Card. Albizius *de Inconstantia in Fide part. 1. cap. 32. num. 150.*, ubi postquam de illa fuse tractaverat, hanc quaestionem proponit: *An autem sortilegus Clericus debeat degradari, & tradi Curiae saeculari? Eamque ita resolvit: Negative concludendum est.* Et sane cum praedicta Constitutio degra-

degradationis non meminerit, tantumque dixerit, *Curiæ sæculari tradatur debitis pœnis puniendus*; id plane ostendit Pontificem noluissa Clericos comprehendere. Posset quidem Clericus sortilegus degradari, & Curiæ sæculari tradi, atque etiam capite plecti, si jam esset inemendabilis, contraque ipsum servata fuisset methodus a Cælestino III. præscripta *Cap. Cum non ab homine, de Judiciis*; quod etiam a Fermosino in Commentariis dicti textus *quæst.* 24. accurate animadversum est. At Nos in nostro Tractatu *lib. 7. cap. 34. num. 8. & seqq.* jam docuimus posse Clericum degradari, & Curiæ sæculari tradi, si in gravibus aliis criminibus, præter aperte commemorata, inemendabilis inventus sit, & adversus ipsum servatæ prius regulæ fuerint, quæ a citato Capite *Cum non ab homine* præscribuntur.

Eadem est responsio postremæ tuæ animadversioni super Constitutione Urbani VIII. incipiente *Magnum*, data *die 20. Junii 1637.* qua Judicibus libera facultas conceditur tradendi Curiæ Sæculari sontes illos, qui ementito nomine ac cognomine uxore prima vivente, secundam ducunt. Etenim cum neque hæc Constitutio degradationem memoret, Clericos non comprehendit. Addi etiam potest, editam fuisse *ad terrorem*. Laicus enim Polygamus, nisi falsos testes induxerit, damnatur ad triremes per quinquennium, si vero induxerit, per septennium atque etiam ultra: ut testis est laudatus sæpe Cardinalis Albizius, *De Inconstantia in Fide, part. 1. cap. 36. num. 75. Polygamus damnatur ad triremes per quinquennium, & si produxerit falsos testes ad probandam mortem prioris conjugis, per septennium, & etiam plus, arbitrio Inquisitoris.* In Sacræ Inquisitionis Regestis binos Polygamos reperimus Curiæ Sæculari 14. Januarii 1588. traditos, Pontifice Sixto V.; & Pontifice Urbano VIII. disputatum fuit præcipue sub die 15. o*ctobris 1636.* de augendis Polygamorum pœnis, qoi secundam vivente prima uxorem ducunt, immutatis nomine & cognomine. Diversas fuisse legimus Cardinalium sententias, majorem vero partem stetisse pro libera potestate tradendi sontes sæculari Curiæ, atque hoc ad memoratam Constitutionem edendam Urbanum movit.

Centum abhinc annis & amplius Constitutio promulgata fuit. Et quamquam polygamiæ plurimæ consecutæ sint, in quibus mutatis nomine atque cognomine, nedum secunda uxor, vivente prima, sed tertia quoque, vivente prima & secunda, ducta fuerit, nullus tamen Polygamus reperitur Curiæ sæculari traditus: sed ad triremes aliqoi per septennium, alii per decennium pro gravitate circumstantiarum damnati sunt. Imo non multo tempore post Urbanam Constitutionem cum Archiepiscopus Beneventanus a S. Congregatione petiisset, quænam pœna Polygamis imponenda foret; septima Aprilis *1646.* in hæc verba responsum est: *Polygamorum pœna, si falsos testes ad suum liberum statum comprobandum non induxerint, post abjurationem de vehementi solet esse damnatio ad triremes per quinquennium; si vero induxerint, per septennium. Falsi testes ipsi quoque damnantur ad triremes per quinquennium, aut brevius tempus pro delicti sui qualitate.* Quod abunde confirmat, quidquid de Urbani Constitutione supra dictom ast.

Hæc autem sunt, quæ tibi exponenda duximus, ut quæsitis tuis responderemus. Interea Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili, peramanter impertimur. Datum apud S. Mariam Majorem die undecima Novembris 1748. Pontificatus Nostri Anno Nono.

A L L O C U T I O
SS. D. N. BENEDICTI PAPÆ XIV.

Habita in Consistorio secreto die 16. Septembris 1748.

DE PRETIOSA MORTE PETRI MARTYRIS

Ex Ordine Prædicatorum, Episcopi Mauricastrensis, Vicarii Apostolici Provinciæ Fo-kiensis in Regno Sinensi.

Ex Libello typis edito Romæ an. 1751. cui titulus: Relazione del Martirio de' VV. PP. Fr. Pietro Martire Sans Vescovo Mauricastrense; Fr. Francesco Serrano, &c. *pag.* 356.

VENERABILES FRATRES.

CONSENTANEUM magnopere arbitramur, si ex hoc loco Vobis exponamus ea, quibus Sancta Catholica Religio magna cum laude prædicatur. Itaque notum facimus Vobis accepisse ex litteris, quæ nuper ex Sinensi Regno ad Nos pervenerunt, Episcopum Mauricastrensem Vicatium Apostolicum Provinciæ Fo-kien, PETRUM MARTYREM nuncupatum, ex Ordine Prædicatorum, pro Fidei Christianæ defensione vitam amisisse; qui propterea, si veteri Ecclesiæ vocabulo uti velimus, *Martyr consummatus* appellari potest. Significatum est iisdem litteris, alium ejusdem Ordinis Virum Religiosum, & ejusdem Episcopi Coadjutorem designatum, una cum tribus aliis ex ipsa eadem Familia Sancti Dominici inclusum carceribus detineri, inustasque front singulorum Sinenses notas, quibus rei mortis ind cantur: qui sane omnes, pro vetusta Ecclesiæ loquei di ratione, *Martyres designati* vocari possunt.

Ubi epistolam in manus sumpsi, eamque legi j pius, ac redundantem in ea gratiam spiritus perspe. mihi videbar priscis temporibus versari, cum florer Ecclesia Dei. His verbis scripsit Sanctus Basilius (*a* Asc

(*a*) *Epist. 164. Edit. Parisien.*

Ascolium Episcopum Thessalonicensem, qui Martyrium recensuerat, quod plures Christiani a Barbaris ultra Danubium degentibus constanti animo pertulerant: iisdem Nos verbis utimur, & rei, quam exposituri sumus, libenter accommodamus. Porro res ita se habuit.

Cum gravissima in Provincia Fo-kien contra Christianos tempestas excitata fuisset, ob quam territi perculsique plurimi a Catholica Fide misere defeiverunt, Mauricastrensis Episcopus, qui Vicarii Apostolici muoere illic fungebatur, latendum sibi censuit in privatis ædibus, & a violento illo turbine paulisper declinandum. Sed imminentem sibi ruinam pertimescente hospitii Domino, cum Episcopum diutius tueri latebris domus suæ recusaret, vix ipse in lucem prodiit, captus fuit, & in carcerem detrusus, ex quo tamen Christianam Fidem verbis & exemplo, quoad potuit, prædicabat. Quinimo ante Judicem constitutus, ipsi libera voce denunciavit, futurum aliud in fine Mundi judicium, ubi vitæ anteactæ rationes exigantur, & pro meritorum conditione præmia, vel supplicia decernantur æterna. Quamobrem conviciis & injuriis primum oneratus, deinde toto vultu ob iteratos colaphos contuso, ac liventi, tandem capitis reus iniqui Judicis sententia declaratur. Illam Episcopus æquo animo libenter excepit, & Sacramentis expiari magno studio postulavit. At, licet quidam Sacerdos, qui summa fide & amore Episcopum suum prosequebatur, nihil intentatum reliquerit, ut Eucharistiæ Sacramentum ad ipsum deferret, vani tamen illius conatus, irritique cesserunt. Postremo, cum dies illuxisset, qua capite plecti debebat Episcopus, carcere eductus, & magna satellitum turba stipatus, ad supplicii locum processit, quem Gentilium multitudo, & non exiguus Christianorum numerus sequebantur. Collo suspensam gerebat tabellam, cui mortis causa scripta erat, videlicet, quod manu Carnificis caput illi obtruncandum esset, ut hujusmodi supplicio reliquis exemplo esset, eo quod suis mendaciis, uti ferebatur, plurimos decepisset. Incredibile est, quam eximiam virtutem, animique magnitudinem præseferret, cum ad mortem subeundam duceretur. Curis omnibus abjectis, assiduas in itinere preces Deo fundebat, & quo poterat maximo studio se ipsum commendabat. Cum pervenisset in locum supplicii, jussus a Carnifice, ut in genua provolveretur, dicto paruit; & solum ab illo tantum temporis spatium exoravit, donec cœptas jam preces absolveret. Quibus peractis, Carnificem ipsemet admonuit, ut rem suam perficeret, qui vibrato gladio caput ab humeris ipsi præcidit.

Gentiles ipsi virtutem tam singularem admirati sunt, cruentoque spectaculo se commotos, ac perculsos magnopere ostenderunt; Christiani vero mortem Pastoris sui lacrymis, ac mœrore prosecuti sunt; ita tamen, ut animum non desponderint, sed corpus decenter efferentes, eo quidem loco prius condiderint, quo rei homines sepeliri consueverunt: sed paulo post in Cœmeterium Fidelium idem corpus deferentes, suæque dignitatis insignibus exornantes, decenti loco illud posuerunt. Cum id fieret, Christiani pietate, ac religione ducti, particulas aliquas, præsertim vestium, quæ sanguine aspersæ fuerant, sibi comparantes, in varias etiam partes miserunt, eo fortasse consilio, ac voluntate, ut publicæ venerationi exponantur. Cum hujusmodi Martyrii fama longe lateque pervagaretur, Pechini Episcopus pro gratiarum actione Canticum *Te Deum* universis suæ Ditionis Ecclesiis edixit. Eadem celebritas peracta fuit ab Episcopo Amacaumensi, cui Episcopus Ecrinensis Vicarius Apostolicus Provinciæ Yunnamensis, Gubernator Lusitanus cum Senatu, & multa Regularium frequentia præsentes interfuerunt. Insuper tota Civitas triduo sub vesperam, funalibus accensis, hilaritatem suam testata est.

Si hæc ita se habeant, quemadmodum litteris suis commendavit Sacerdos sæcularis, vir probus atque honestus, qui non solum omnia, quæ superius commemoravimus, accurate ac diligenter descripsit; sed plura ipse oculis suis perspexit; qui etiam, uti jam dictum est, captivum Episcopum, & morti proximum Eucharistia recreare conatus est: si, inquam, res ita se habeant, prout novis, aliisque recenter acceptis monumentis confirmantur, Martyrium, & Causa Martyrii, cum tempus postulaverit, facili negotio ostendentur. Nam facile constabit, Tyrannum adductum fuisse odio in Catholicam Religionem, ut Episcopum reum mortis pronuntiaret. Argumento est tabella, quæ pendebat ipsius collo, & mortis causam inscriptam præferebat; argumento est sententia mortis a Tyranno prolata, in qua Episcopus obtruncandus Carnifici traditur, eo quod hominum multitudinem perversa religione seduxerit; argumento pariter erunt infelices illi, qui a Fide Catholica deficientes, ab omni discrimine immunes evaserunt. Postremo accedit, quod furente tempestate illa persecutionis, & alias quoque Provincias pervadente, nempe Xensensem, & Xansensem, quæ Portimensi Episcopo Vicario Apostolico subjiciuntur, illud compertum & exploratum Nobis est, Sacras Christianorum Ædes in illis locis dirutas & solo æquatas fuisse, ita ut ipse Episcopus, si fieri possit, Amacaum confugere cogitaverit.

Porro Episcopum pro Catholicæ fidei amore subiisse mortem, & nihil omnino eorum ipsi defuisse, quæ ad id probandum requiruntur, apertissime quoque demonstrabitur. Quippe in ea tabula, quam paulo ante indicavimus, nomine *Seductoris* appellatur, eo quod plurimorum tenebras Evangelii luce depulerit, eosque ad Christianam Fidem converterit. Siquidem amantissimum Redemptorem nostrum *Seductoris* quoque nomine Judæi nuncuparunt, quod ipse libenter tulit, ac permisit, ut suo exemplo voluntatem, ac lætitiam perciperent famuli sui, quos eodem titulo vocitandos prospiciebat. Insuper mortis sententiam Episcopus libenter amplexus est; conatus omnes impendit, ut pie, sancteque cursum suum consummaret; imminentem jam corporis sui dissolutionem, uti Martyrem decebat, forti animo adspexit, & usque ad finem in hac virtute perseveravit. Equidem initio furentis procellæ lucem publicam devitans, se latentem continuit; verum, non timori, vel animi imbecillitati, sed Christianæ prudentiæ illud est tribuendum. Nam, prætermissis exemplis, quæ plura a Scriptoribus Ecclesiasticis recensentur, Cleri Romani judicium huic rei maxime suffragatur: cum enim Sanctus Cyprianus Carthaginensis Episcopus ad illum litteras dedisset, quibus nunciabat ab Ecclesia sua paulum se recessisse, dum Tyrannorum persecutio in Christianos furentissime debaccharetur, Romanus Clerus magnopere probavit, quod se ab illo discrimine proripuisset, ut inde majori cum utilitate animarum, quæ ipsius curæ traditæ fuerant, cum propitium tempus id postularet, ad Ecclesiam suam reverteretur.

Hæc quidem omnia Mauricastrensem Episcopum, ejusque pretiosam mortem summopere commendant, si, ut antea diximus, veritati consentanea sint, quæ scripta ad Nos pervenerunt. Attamen alia multa requiruntur, ut idem Episcopus inter eos Martyres adscribatur, quos Ecclesia *Mar-*

tyres vindicatos appellare consuevit, Quapropter ex iisdem rei monumentis, quæ accepimus, ea decernere, & perscribere non omittemus, quæ necessaria sunt, ut causa hujus Martyrii pro jure, & legibus Ecclesiæ instituatur; ita quidem, ut locorum maximæ distantiæ ratio habeatur. Illud quoque in dubium revocari posse cognoscimus, utrum Sinenses Christiani Cultus privati limites prætergressi fuerint, defunctoque Episcopo ante Sedis Apostolicæ judicium Cultum publicum exhibuerint, Quamobrem opportune consulemus, uti fas est, ne ob hanc rationem, labente cursu temporis, ejusdem Episcopi Causa aliquid detrimenti patiatur, Porro significationes hujusmodi publici Cultus, quem Fideles, licet immature, ipsi præstiterunt, nobis argumeuto sunt, illos in ea sententia firmissime versari, quod Episcopus Martyris coronam, & gloriam sit consecutus. Nemo vestrum miretur, si ipsum Martyrem nuncupavimus, neque ullo modo Canonicas Sanctiones a Nobis violatas existimet, quarum adsertores, & custodes Nos ipsos semper fatebimur: Episcopum quidem Martyrem, haud *vindicatum*, sed *consummatum* appellavimus, quod etiam rerum Scriptoribus licet, qui posteris illorum vitam, & res gestas commendant, quos pro Christiana Religione hoc mortali spiritu defunctos arbitrantur; modo tamen Lectores admoneant, haud revera Martyres habendos, nec colendos ob ea solum, quæ ipsi suis in Libris commemorant. Hæc fusius explicavimus in nostris de Canonizatione Sanctorum Commentariis (*a*), & Nos ipsi præscripta fecimus, dum Episcopum Mauricastrensem *Martyrem consummatum*, non autem *vindicatum* nominavimus, cum publicus Cultus Martyribus tantum vindicatis debeatur.

Vulgata, & communis omnium opinio huic Mauricastrensi Episcopo primi Martyris Sinensis gloriam impertitur. Nos tamen certis documentis adducimur, ut contrarium omnino sentiamus. Etenim exploratum habemus, duas alias Martyrii Causas apud Sinenses peractas ad Congregationem de Propaganda Fide superiori tempore fuisse delatas: quarum prima quatuor Presbyteros complectitur, qui pro fide Christi supremum diem obierant; altera vero Causa confecta est pro Sacerdote Francisco de Capillas, qui Catholicam Religionem sanguine suo confirmarat. Causæ vero hujusmodi jussu Urbani VIII. Prædecessoris Nostri traditæ fuerunt examinandæ Congregationi Sacrorum Rituum, cujus etiam Decreta Nos ipsi perspeximus, ad Causam Martyrii Francisci de Capillas instituendam confecta. Alia quoque Decreta non ignoramus, quæ pro Causa eadem prosequenda edita fuerunt, eum Clemens IX. Prædecessor Noster Summum Pontificatum administraret. Hæc veritatis amore dicta sint, non vero, ut nomen, & gloria Episcopi Mauricastrensis, aut Ordinis Sancti Dominici (*b*) laudes imminuantur; cum præsertim Venerabilis Dei Famulus Franciscus de Capillas, & alii quatuor Sacerdotes, quos paulo ante recensuimus, ea eadem S. Dominici Familia prodierint.

Finem huic nostræ Allocutioni imponimus, spem Nostram declarantes, quæ reposita est in sinu Nostro. Quemadmodum enim singulari virtuti, & sanguini Martyrum, quos modo recensuimus, & aliorum fortasse, quos ignoramus, tribui posse videtur, quod superiori tempore Christiana Religio tantopere apud Sinenses floruerit; ita speramus futurum, ut Siuensis eadem Missio, præsenti hac tempestate composita, ac depulsa, in pristinum gloriæ statum restituatur, ob virtutem & sanguinem, quem Episcopus Vicarius Apostolicus nuper effudit; cujus eriam exemplum, uti confidimus, quatuor alli Sacerdotes ex eodem Ordine, quos pro Christiaua Fide captivos Vobis antea memoravimus, pari animi magnitudine sequentur. Ita sane futurum speramus, ducti auctoritate & unanimi Patrum Ecclesiæ seutentia, qui scriptum Nobis reliquerunt, tunc potissimum temporis Catholicam Religionem magis elevatam, & amplificatam fuisse, cum in illam Tyranni majori furore, & immanitate desævirent, ita ut ex Martyrum sanguine, veluti ex fœcundo semine, Christiani in dies augerentur. Ita secundo sæculo Sanctus Justinus Martyr testatus est (*c*): *Sed quanto magis magisque talia nobis infliguntur, eo plures alii per nomen Jesu Fideles & pii fiunt; quemadmodum vitis, si quis partes illas amputet, quæ fructus ferunt, ita proficit, ut alios florentes & fructiferos palmites rursus proferat, idem quoque nobis evenit: plantata enim a Deo, & Salvatore Christo vitis populus ejus est*. Idem quoque Tertullianus initio tertii sæculi confirmavit in suo Apologetico (*d*): *Plures efficimur, quoties metimur a vobis: semen est sanguis Christianorum*. In Libro autem ad Scapulam, *Nec tamen*, inquit, *deficiet hæc Secta* (nempe Christiana Religio) *quam tunc magis ædificari scias, cum cædi videtur*. Idem Lactantius sæculo tertio labente tradidit in libro suarum Institutionum (*e*): *Est & alia causa, cur adversus nos persecutiones fieri sinat, ut Dei populus augeatur:* quod fusius prosequitur, eertisque rationibus declarat. Plura alia in hanc sententiam testimonia proferri possent; sed illud Sancti Leonis Magni Prædecessoris Nostri, qui sæculo quinto Pontificatum gerebat, satis erit, ut res plane comprobetur. *Non minuitur* (inquit ipse in sermone de Sanctis Apostolis Petro ac Paulo) *Non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed augetur, & semper Dominicus ager segete ditiori vestitur, dum grana, quæ singula cadunt, multiplicata nascuntur*.

(a) *Lib. 2. cap. 12. num. 5.* (b) *In Summario Privilegior. Ord. Prædic. Collecto ab Antonio Gonzales de Acuna pag. 148. & seq.*
(c) *In Dialogo cum Tryphone Judæo num. 100.* (d) *Cap. 1.* (e) *Lib. 5. cap. 23. in fin.*

EPI-

E P I S T O L A

Reverendiss. P. M. Generalis Ord. Præd. ad PP. & FF. ejusdem Ord.

QUA EOS ALLOCUTIONIS SS. D. N. BENEDICTI XIV. CERTIORES FACIT.

Ex eodem Libello pag. 400.

In Dei Filio sibi dilectis universis Patribus, ac Fratribus Ordinis Prædicatorum

FR. ANTONINUS BREMOND

Sacræ Theologiæ Professor, ejusdemque Ordinis humilis Magister Generalis, & Servus

Salutem, & Fidei propagandæ zelum.

QUI Dominicanæ Familiæ, immo Ecclesiæ universæ decora, & ornamenta ita ex animo pendit, ac reputat, quemadmodum decet optimæ Matris amantissimos Filios, is effuso prorsus, ac intimo gratulationis sensu novissime partos intelliget ab Apostolicis Viris Ordinis nostri in extremis Orientis plagis pro Catholicæ Fidei propagatione triumphos. Alter jam annus absolvitur, qoo certis nunciis accepimus RR. PP. Fr. FRANCISCUM GIL DE FEDERICIS, & Fr. MATTHÆUM ALPHONSUM LEZINIANA Hispanos ambos Provinciæ nostræ Sanctissimi Rosarii Philippinarum alumnos in Regno Tunkini post diuturni carceris pressuras, constantemque aote Præsides, & in vinculis ipsis Evangelii prædicationem gladio percussos gloriosam pro Christo mortem obiisse. (a) *Quos nimirum vinculum Confessionis, & hospitium carceris simul junxerat, junxit etiam consummatio virtutis & gloria cælestis.* Eorum Passionis acta ab Episcopo Coricensi litteris excepta, ac Romanis Typis vulgata ad plerosqoe vestrum pervenisse arbitramur.

Paulo post excitata in Provincia Fo-kiensi Sinarum Imperii gravi admodum adversus Catholicos, atque in primis Evangelii Præcones persecutione prehensum ab Infidelibus, atque in vincula conjectum audivimus Illustrissimum ac Reverendissimum D. Fr. PETRUM MARTYREM SANS Episcopum Mauricastrensem, ac Vicarium Apostolicum ejusdem Provinciæ, eodemque tempore una simul carceri mancipatos Illustrissimum ac Reverendissimum D. Fr. FRANCISCUM SERRANO Episcopum Tipasitanum Provicarium Apostolicum, ac RR. PP. Fr. JOHANNEM DE ALCOBER, Fr. JOACHIMUM ROVO, & Fr. FRANCISCUM DIAZ Missionarios Ordinis nostri, jamque latam in omnes capitis sententiam ab Sinarum Imperatore mox confirmandam. Recentioribus demum litteris nunciatum est prælaudatum Illustrissimum Præsulem Fr. PETRUM MARTYREM SANS post toleratas invicta roboris Sacerdotalis constantia duræ custodiæ angustias, vexationesque gravissimas illustre, & gratissimum Deo, & Angelis spectaculum exhibuisse, atque obtruncato capite Apostolatus sui cursum ad annos fere triginta sex in imperio Sinensi productum feliciter consummasse, illustremque viam, atque expeditam Evangelii asserendi, ac propagaodi cæteris ostendisse, quam ejusdem quoque Socios pari alacritate, & fortitudine, vel jam absolvisse, vel brevi subituros speramus. Eximium Religionis nostræ triumphum verbis amplioribus persequi, aut exornare vix possumus iis vere aureis, vere Apostolicis, quibus Sanctissimus D. N. BENEDICTUS XIV. P. M. die XVI. hujus mensis Sacro Cardinalium Senatui secreto in Consistorio rei gestæ seriem pro sua ac loci dignitate nonciavit, atque Eminentissimorum Patrum oculis fere subjecit. Sapientissimam ejus Alloquutionem eximia qua pollet rei sacræ, atque Ecclesiasticæ eruditione refertam hisce litteris adjunctam damus uti Monumentum auro contra gemmisque æstimandum, Ecclesiæ Fastis, atque Annalibus nostris inserendum, quod a singulis Cœnobiis nostris diligenter servari volumus, posteritatis memoriæ perpetuo commendandum.

Jam vero quo simus animo affecti in hoc faustissimo rei Catholicæ eventu, levius est vobis de ingeoita nobis sollicitudine pro Fidei incrementis, ac Familiæ nostræ gloria recte æstimantibus conjicere, quam Nobis ulla vi verborum explicare. Effusum est in jubilo cor nostrum, superabundavimus gaudio, (b) lætati sumus sicut qui lætantur in messe; atque exultantes in Deum vivum, per quem abundat consolatio nostra, immolavimus ei Sacrificium laudis, gratias agentes ut potuimos maximas, qood Apostolicum S. P. DOMINICI spiritum adhuc ævo nostro in Filiis ejus superstitem magno Fidei emolumento videamus. Nimirum quod morti proximus futura prospiciens pollicitus fuerat se nunquam illis defuturum post mortem, id eum semper effecerit, sexto nunc Ordinis Seculo cumulatius præstat. Nam qui Animarum salutis cupidissimus, Martyrii quoque sitientissimus fuit, horum alterum Apostolicis sois perfecit laboribus, alterum vero quod votis tantum assequi potuit, cum alias, tum novissime est consecutus in Filiis, (c) *qui certamine glorioso ad tormenta vincenda cæteris duces facti, exemplum virtutis, & Fidei præbuerunt.*

Eo exemplo incitatos, & quasi classico ad pugnandum accitos, non sine ingenti lætitiæ sensu audivimus jam plures ex nostris flagrantissimo Evangelii proferendi studio accensos certatim in sacras Philippinarum Missiones nomen dedisse, numerum Fratrum suorum implere gestientes, quos per Martyrii palmam Cælo illatos gratulantur. Utinam vero suscepti muneris ratio, locique, & temporis conditio pateretur, ac ferret, ut eorom agmini adjuncti, quem aliquando inivimus in Americanis Insulis sacrarum Missionum cursum, Nobis quoque cum ipsis conficere liceret. Arrepto Apostolicæ expeditionis vexillo alacri prorsus animo,

(a) *S. Cyprianus Epistol. 8. ad Martyres, & Confessores.*
(b) *Isaia c. 9. ℣. 31.* (c) *S. Cypr. loc. cit.*

mo, ac lubentiſſimo præiremus cæteris, atque ad Populos divinæ lucis, & gratiæ expertes maturaremus iter, (a) parati ac cupidi tradere illis non ſolum Evangelium Dei, ſed etiam animas noſtras. Illuc demum proficiſceremur in gaudio, quo nos ſanguis fratrum nuſtrorum invitat clamans de terra, non vindictam, ut ſanguis Abel, ſed propitiationem, ut Sanguis Chriſti, ac pereuntium Animarum ſalutem. Quandoquidem vero (b) non eſt currentis, neque volentis, ſed miſerentis Dei, qui arcano Sapientiæ ſuæ judicio ab optatiſſimo Apoſtolici muneris ſtadio velut ab ubere avulſos ne cogitantes quidem Romam abduxit, atque in ſortem tranſtulit miniſterii hujus, vicem noſtram dolemus, iis vero quaſi invidentes gratulamur, quos Legatos pro Chriſto digniores, nobiſque utiliores ſegregavit, ac poſuit in lucem gentium, ut ſint ſalus ejus uſque ad extremum terræ.

Interea dum Pugiles noſtri (c) induti armaturam Dei, ſumentes ſcutum Fidei, & galeam ſalutis, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei, calceati pedes in præparatione Evangelii, atque in acie conſtituti adverſus Principes, & Poteſtates, adverſus Mundi Rectores tenebrarum harum fortiter colluctantes præliabuntur prælia Domini, Nos ad ſarcinas remanentes, per omnem orationem, & obſecrationem jugiter effundemus cor noſtrum, ut detur illis ſermo in apertione oris cum fiducia notum facere myſterium Evangelii, ut in ipſo audeant prout oporteat loqui, nec faciant animas ſuas pretioſiores quam ſe. Quando autem (d) ſanguis Martyrum ſemen eſt Chriſtianorum, in eam ſpem erigimur fore ut aucto per novos Evangelii Miniſtros recentis victoriæ, ac triumphi fructu, deleta, atque evulſa per ipſos omni prophani cultus ſuperſtitione, Crucis Chriſti trophæum florentiſſimo inferatur Imperio, populoque ſedenti in tenebris, & umbra mortis fulgeat illuminatio Evangelii, & ſalutis via aliquando aperiatur.

Finem ſcribendi, non exultandi facimus, & qui doctiſſimi nec ſatis unquam laudati Pontificis BENEDICTI XIV. verba longe omnibus ſplendidiora legenda vobis ſubjicimus, qualemcumque Epiſtolam noſtram diſertiſſimi Epiſcopi, & Martyris Cypriani ſententiis abſolvimus: (e) *O beatam Eccleſiam* (beatam Prædicatorum Familiam) *quam ſic honor Divinæ dignationis illuminat, quam temporibus noſtris glorioſus Martyrum ſanguis illuſtrat. Erat ante in operibus Fratrum candida, nunc facta eſt Martyrum cruore purpurea. Floribus ejus nec lilia, nec roſæ deſunt. Certent nunc ſinguli ad utriuſque honoris dignitatem. Accipiant coronas vel de opere candidas, vel de paſſione purpureas. In cæleſtibus caſtris & pax, & acies habent flores ſuos, quibus Miles Chriſti ob gloriam coronatur.*

Habet, itaque, Fratres chariſſimi, Chriſtiana, ac Religioſa pax ſine cæde, & ſanguine Martyres ſuos, qui nimirum carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis; qui abnegantes ſemetipſos, & ſæcularia deſideria ſobrie, juſte, ac pie vivunt in hoc ſæculo, utentes hoc Mundo tanquam non utantur; qui mortificationem Jeſu in corpore ſuo circumferentes jam non ſibi vivunt, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt. Diligamus Fratres, ſtrenueque amplectamur hoc quod ſemel elegimus quotidiani, ac domeſtici Martyrii genus, horrore quidem mitius, ſed diuturnitate moleſtius. Imitatores ſimus Fratrum noſtrorum, ſicut & illi Chriſti, & quos non poſſumus per bella perſecutionum, per vulnera, & mortem, ſtudeamus ſaltem per pacem ſequi. Per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, profeſſionis noſtræ curſum alacriter conſummantes, fidem ſervantes. (f) *Quo longior pugna, & corona ſublimior: Agon unus, ſed multiplici præliorum numeroſitate congeſtus. Semel vincit, qui ſtatim patitur; & qui manet ſemper in pœnis, congreditur cum dolore, nec vincitur, quotidie coronatur.* Valete Noſtri, Sociorumque memores in Sacrificiis, & precationibus veſtris.

Datum Romæ ex noſtris Ædibus Minervitanis die xx. Septembris MDCCXLVIII.

Fr. Antoninus Bremond

Magiſter Ordinis.

(a) 1. *Theſſ. c.* 2. ℣. 8. (b) *Rom.* 9. ℣. 16. (c) *Eph. c.* 6. ℣. 18. 19. 20. *& ſeq.* (d) *Tert. in Apolog.*
(e) *S. Cypr. Epiſtola ſuperius laudata.* (f) *S. Cyprianus Ep.* 16.

ALLO-

ALLOCUTIO
SS. D. N. BENEDICTI PAPÆ XIV.

Habita in Generalibus Comitiis totius Ordinis S. Francisci die 16. Maii Anni Jubilæi 1750. in Templo S. Mariæ de Aracæli.

Ex Chronologia Historico-Legali Seraphici Ordinis edita a P. F. Carolo Maria Perusino Romæ an. 1752. *Tom.* III. *pag.* 430.

Dilecti Filii.

„ NEQUE novum, neque inusitatum Nos facere, quod vestris hisce Comitiis præsideamus, Annales vestri testantur, in quibus decem Romani Pontifices recensentur, qui simile Nobis exemplum reliquerunt. Inter illos Nicolaum V. adnumeratum deprehendimus, qui cum universale Jubilæum, quod tunc temporis contigerat, solemniter celebraret, inter cætera pietatis, ac religionis suæ monumenta, illud etiam præstandum censuit, ur Comitiis Ordinis vestri Generalibus, quæ tum Romæ cogebantur, ipse præesset (*a*). Quamquam vero quodlibet ex iis, quæ innuimus, exemplum, ut Comitiis hisce vestris præessemus, satis esse potuisset, tamen dissimulandum non est, illud prædicti Nicolai V. Nos vehementer excitasse, & quasi impulisse; cum & universale Jubilæum a Nobis quoque celebretur, & eo cogitationes a Nobis intendantur, ur illud rite, & qua par est solemnitate peragatur.

„ Quapropter, dum Generali Conventui vestro præsidemus, singulari afficimur gaudio: quod etiam magis augetur, ob pietatem in Ordinem Sancti Francisci, quam velut hæreditariam a Majoribus nostris accepimus, & quam perspicue declaravimus in omni vitæ conditione, in qua, Deo disponente, versati sumus, nihil unquam prætermittentes, quod spirituali utilitati vestræ, quam vobis unice cordi esse non ignoramus, conferre posse videretur.

„ Si privatis Familiarum monumentis, & peculiaribus Urbium Annalibus fides præstanda est, compertum habemus (*b*) a Gaido Lambertino concessum, ac liberaliter traditum fuisse locum ad extruendam Ecclesiam, & Cœnobium Patriarchæ vestro S. Francisco, cum Bononiæ in honorem Annunciationis Sanctissimæ Virginis Templum excitare peroptaret, quod etiam hoc tempore a vobis in ea Civitate retinetur: quæ quidem Guidi liberalitas, ac pia voluntas, intercedente eodem S. Francisco, plurima illius Liberis, ac Nepotibus a Deo beneficia comparavit. In historiis pariter vestri Ordinis (*c*), ac Civitatis nostræ Bononiensis (*d*) plurimum commendatur Beata Joanna Lambertina, quæ Familiæ vestræ nomen dedit. Ipsa namque Sanctæ Catharinæ Bononiensis prius comes, eidem postea in administrando Monasterio successit, ac tandem hujus mortalis vitæ cursum in Sanctitatis odore consummavit; illiusque Ossa condita sunt ad pedes ejusdem Sanctæ Catharinæ, cujus Corpus post plura sæcula integrum adhuc, ac sedens publico Christifidelium cultui patet.

„ Nemo vestrum ignorat, inter spiritualia Regularium Ordinum ornamenta illud maxime asferri, quod ipsorum Alumni inter Beatos, ac Sanctos post obitum extollantur; ex quo tum cæteri ad imitanda hujusmodi exempla inflammantur, tum continua quoque in Ecclesia Catholica Sanctitas comprobatur. Illud autem falso a nonnullis affirmari Nos minime latet, videlicet Ordines Cisterciensium, & Carthusianorum sollicitos semper fuisse, ut Viri Religiosi omni Sanctitate præstarent, dum viverent; nullam vero impendisse curam, ut ipsi post mortem debitum Beatis, ac Sanctis cultum consequerentur. Sed in libris, quos typis emisimus, cum adhuc inter Cardinales versaremur, *de Beatificatione, & Canonizatione Sanctorum* (*e*) eam sententiam a veritate prorsus alienam satis ostendimus; & in lucem protulimus, ac enumeravimus Beatos, ac Sanctos eorumdem Ordinum, quibus Sedis Apostolicæ Decreto publicus cultus impenditur.

„ Clemens XI. fel. rec. Nos in juvenili adhuc ætate constitutos inter Advocatos Consistoriales primo cooptavit, & patrocinium Causæ Canonizationis memoratæ S. Catharinæ Civis Nostræ, Ordinisque vestri Filiæ, Nobis demandavit: quod sane ita suscepimus, ut solutis difficultatibus, Deo in primis adjuvante, illam inter Sanctas adscriptam Nobis venerari feliciter contigerit. Post hæc idem Pontifex Fidei Promotoris munus gerendum Nobis impertivit, quod per plures annos exercentes, inter Sanctos, non sioe magno labore, conatuque Nostro, adnumerari lætati sumus tres ex Familia vestra, Jacobum Picenum, Franciscum Solanum, & Margaritam Cortonensem; quinque vero inter Beatos referri, videlicet, Joannem de Prado, Salvatorem ab Horta, Liberatum a Lauro, Andream de Comitibus, & Hyacintham Marescotti. Postremo, licet immerentes, ad summum Pontificatum evecti, Nos ipsi Petrum Regalatum solemni ritu Sanctum declaravimus; & Benedictum a Sancto Philadelphio, Pacificum a Ceredano, Coletam, & Joannam Valesiam in Beatorum numerum cooptavimus.

„ Wad-

(a) Wadding. *in Annalibus Minorum ad ann.* 1450. *num.* 10.
(b) Anton. de Anellis *in Genealogia Familiæ Lambertinæ Nobilis Bononiensis* MS. *ann.* 1535.
(c) Artur. *in Martyrol. Franciscan.* ad diem 12. Aprilis. Wadd. *ad ann.* 1531. *num.* 21. & *ad ann.* 1455. *num.* 110. & 119.
(d) Gabriel Card. Paleottus *Archiepiscop. Bonon. in Catalogo Sanctorum & Beatorum.*
Pompejus Vizani *Histor. Bonon. lib.* 7. *ad an.* 1456.
Gaspar Bombaci *in Bononiensibus Sanctitate illustribus pag.* 112. & 113. *edit. Bononien. ann.* 1640.
Antonius Pauli Masini *Bononien. Perlustrat. pag.* 318. & *pag.* 379. *edit. Bononien. ann.* 1666.
Co. Valerius Zani *in Catalogo Beatorum Bononien. ad an.* 1476.
(e) Lib. 1. cap. 13. num. 17. & 18.

,, Waddingus Annalium vestrorum Scriptor (*a*)
,, non immerito suum, vestrumque Ordinem ma-
,, gnopere commendat ex eo, quod Fratribus Mi-
,, noribus a decimo quarto Sæculo Divini Salva-
,, toris Nostri Sepulchrum custodiendum traditum
,, fuerit. ,, *Non est profecto exigua gloria nostri Sodalitii, ut illud solum præ omnibus, inter omnes Ecclesiæ Ordines, tribus integris sæculis, in sua habeat potestate Fidei nostræ præcipua monumenta, & Minoritæ dumtaxat Custodes adhibiti sint locorum, in quibus nostræ salutis Mysteria operatus est Christus, & Sanctum Domini Evangelium de Patibulo coruscaverat.*

,, Dilectus Filius Raphael a Lugagnano, qui
,, totius Ordinis vestri Generalis Minister ,, *nullius incongruæ voluntati deservivit, sed vita, & moribus decoratus, tanto Ordine dignus inventus est* (*b*) ,, multum laboris impendit, quemadmo-
,, dum vobis satis exploratum est, ut ea consti-
,, tueret, quæ pro locis Sanctis pie, religioseque
,, asservandis consentanea magis esse viderentur.
,, Ipse quidem, favente Deo, incolumis hic ver-
,, satur, vobisque omnibus testari potest volunta-
,, tis Nostræ studium, ut gravissimum hoc nego-
,, tium ad finem suum feliciter perduceretur; vo-
,, bisque ipsis perspectas esse non dubitamus Apo-
,, stolicas literas, quas edidimus (*c*) ut ea con-
,, firmaremus, quæ idem Generalis Minister ve-
,, ster prudenter, utiliterque decernenda esse cen-
,, suit, ad Sanctam eorumdem Sacrorum locorum
,, custodiam.

,, Jam ad finem properat annus decimus Ponti-
,, ficatus Nostri, in quo benevolentiam Nostram
,, in Regulares Ordines semper ita probavimus,
,, ut nulli umquam jus eligendi suos Præsides,
,, interposita sola auctoritate Nostra, suspensum
,, fuerit, sed illud intactum semper omnibus reli-
,, querimus. Quare, si hunc animum in reliquos
,, Ordines habuimus, conjicere facile potestis,
,, Nos idem præstituros esse erga vos quam liben-
,, tissime. In hunc locum Comitiis vestris adfu-
,, turi venimus, ut libertas vestra magis assera-
,, tur, vestrisque precibus ad Deum Nostræ pari-
,, ter jungantur, ut ipse lumen suum vestris men-
,, tibus impertiat, ad idoneum Verum totius Or-
,, dinis Præsidem eligendum. Itaque verbis ute-
,, mur Sancti Gregorii Magni Prædecessoris No-
,, stri (*d*) ad Clerum Mediolanensem, qui ad
,, eligendum novum Archiepiscopum convenerat. ,, *Quia antiquæ meæ deliberationis intentio est, ad suscipienda Pastoralis curæ onera, pro nullius unquam misceri persona, Orationibus prosequor electionem vestram.*

,, Deinde Summus Pontifex propositum suis
,, precibus finem declarat, & simul virtutes re-
,, censet, quibus novum Præsulem decet exorna-
,, ri, Nos etiam sententiæ ipsius vota nostra ac-
,, commodantes, eadem prorsus verba hic repe-
,, temus. ,, *Ut Omnipotens Deus, qui futurorum actuum nostrorum semper est præscius, talem vobis Pastorem præbeat, in cujus lingua, & moribus exhortationis Divinæ pascua valeatis invenire, in cujus mente & humilitas cum rectitudine fulgeat, & severitas cum pietate; qui vobis viam vitæ non solum loquendo, sed etiam vivendo possit ostendere, quatenus exemplo illius discat vestra dilectio ad æternæ Patriæ desiderium suspirare.*

,, Postremo S. Gregorii ad Electores sermonem
,, convertentis exemplo Nos pariter inhærentes,
,, obtestamur vos in visceribus Jesu Christi, ut
,, privata studia, omnemque terrenam cogitatio-
,, nem deponentes, hodierna die, qua gravissi-
,, mum a vobis negotium pertractatur, ad com-
,, munem vestri Ordinis utilitatem, quæ cum Dei
,, gloria conjuncta est, ad conservandam, & ma-
,, gis magisque amplificandam Catholicam Fi-
,, dem, oculos, animumque convertatis: Itaque
,, (inquit Sanctus Gregorius) ,, *Vos, Filii Carissimi, officii nostri censura commoniti, suademus, ut in hac suscipiendi Antistitis causa nullus vestrum, neglecta utilitate communi, suo lucro prospiciat, ne si quisquam propria commoda appetit, frivola æstimatione fallatur, quia nec libero judicio præferendam sibi personam examinat mens, quam cupiditas ligat.*

,, Hæc autem Paterna monita, etsi vobis, dile-
,, cti Filii, viam perfectionis jam ingressis, su-
,, pervacanea videri possunt; tamen consentanea
,, valde sunt tum Apostolico ministerio nostro,
,, tum muneri, quod gerimus, præsidendi Comi-
,, tiis vestris, tum denique Pontificiæ quoque,
,, numerisque omnibus obstrictæ benevolentiæ,
,, qua universum S. Francisci Ordinem comple-
,, ctimur. Semper quippe oculis nostris obversa-
,, tur admirabile visum Innocentii III. Prædeces-
,, soris nostri, qui incertus, ac suspensus, utrum
,, Seraphici Patris vestri novum Institutum aucto-
,, ritate Apostolica confirmare deberet, omnem
,, prorsus dubitationem deposuit, postquam in so-
,, mniis palmam inter pedes suos paulatim suc-
,, crescentem, & in arborem pulcherrimam sese
,, elevantem conspexit, & ipsum Sanctum Fran-
,, ciscum, hominem licet pauperculum, modi-
,, cum, & despectum, Lateranensem Basilicam
,, jam ruinæ proximam, proprio dorso submisso,
,, ne caderet, sustentantem (*e*).

,, Hæc sunt, dilecti Filii, quæ vobis signifi-
,, canda censuimus. Quare Orationem nostram
,, longius protrahendam non judicamus; sed vos
,, ad Sanctam electionem auspicandam exhorta-
,, mur.

(a) Ad ann. 1342. num. 59. (b) Sanctus Gregorius Magnus *lib.* 3. *Epist.* 22. ad Antoninum Subdiaconum, *tom.* 2. *edit. Parisien. ann.* 1705. *p.* 639.
(c) *Die* 9. *Januarii, & die* 9. *Februarii ann.* 1749.
(d) *Libro* 3. *indict.* 11. *Epist.* 29. *citato tom.* 2. *pag.* 644.
(e) S. Bonaventura *in legenda S. Francisci cap.* 3.

ALLO-

A L L O C U T I O
SS. D. N. BENEDICTI PAPÆ XIV.

Habita in Consistorio secreto feria secunda die 24. Januarii 1752. de pretiosa morte Francisci Serrani ex Ordine Prædicatorum Episcopi Tipasitani, Vicarii Apostolici Provinciæ Fo-kiensis in Regno Sinensi, Joachim Royo, Joannis Alcober, & Francisci Diaz ejusdem Ordinis Dominicani Sacerdotum.

Ex prædicto Libello, cui titulus Relazione &c. *pag.* 432.

VENERABILES FRATRES.

TERTIUS jam annus est, ex quo Nos hoc ipso in loco pretiosam mortem (*a*) Petri Martyris Dominicanæ Familiæ Mauricastrensis Episcopi, & Apostolici Provinciæ Fo-kiensis in Imperio Sinarum Vicarii, vobis exposuimus; quo quidem tempore certiores Vos etiam facere non prætermisimus, quatuor alios Dominicanæ ejusdem Familiæ Religiosos viros esse, qui in carcere detinebantur, quique non longe ab eo erant, ut eandem damnationis sententiam subirent, & pro Christiana Religione vitam amitterent. Ibi autem cum Nos antiquam Ecclesiasticam loquendi rationem sequuti (*b*) illos *Martyres designatos* nominaverimus, nunc mortis eorumdem, & feralis executionis atrocis sententiæ nuncio accepto, *Martyres consummatos* eosdem appellandos judicamus, quo etiam nomine Mauricastrensis Episcopus a Nobis fuerat appellatus: illud Successoribus nostris integrum reservantes, ut *Martyres vindicatos* illos pronuncient, postquam probationum examen institutum, atque peractum fuerit, & quæ de illorum gestis relata huc transmissa sunt, a veridicis licet fontibus profecta, authenticis documentis fuerint comprobata; & postquam Dei Optimi Maximi benignitas signis, ac miraculis manifestare dignata fuerit, quantopere horum Servorum suorum holocaustum divinæ Majestati suæ fuerit acceptum: cum Sanctæ huic Apostolicæ Sedi hoc in more positum, & constanti lege firmatum sit (*c*), ut ad veri Martyrii approbationem minime procedat, nisi supernaturalia signa, atque prodigia pariter accesserint.

Horum, qui nuperrime pretiosam mortem obierunt, nomina sunt, Franciscus Serranus, Joachim Royo, Joannes Alcober, & Franciscus Diaz. Etsi autem probe Nobis compertum illud est, *Martyrem* (*d*) *non facere pœnam, sed causam*; minime tamen plura Nobis hoc loco persequenda existimamus, ut Vobis enarremus, illud ex iis, quæ huc ad nos pervenerunt, monumentis colligi, quatuor hosce Sacerdotes necatos tyranni jussu fuisse, propter infensum animum, quem ipse contra Christianam fidem gerebat, in cujus prædicatione ipsi Sacerdotes assidua, atque indefessa cura se exercebant, atque ab ipsis mortem Christiana æquanimitate, atque fortitudine exceptam fuisse, ejusdem Sanctæ Religionis causa, cujus asserendæ miro amore flagrabant; cum de hac re ab hinc supra triennium pluribus Nos egerimus, cum ex hoc ipso loco Mauricastrensis Episcopi mortem Vobis annunciavimus. Persecutio enim, quæ contra pios hosce Sacerdotes desæviit, eadem ipsa est, quæ in Fidei odium contra Mauricastrensem Episcopum excitata fuit; & tam illius, quam horum causa communis est. Illud hic Nobis adjungendum est, Religiosos hosce Viros non modo lubenti animo mortem subiisse, immanesque cruciatus, qui a tyranno ipsi morti additi sunt, tolerasse; verum etiam ante gravissimis ærumnis, atrocibusque contumeliis in ipso carcere duorum fere annorum spatio conflictatos fuisse, ut satis apposite de illis dici possit, quod (*e*) *in omnibus exhibuerunt semetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis.*

Nostræ huic Allucutioni finem hic ponere propositum Nobis fuerat. Verum, cum in percurrendis schedis per viros fide dignos Nobis traditis, atque transmissis, insigniora quædam, ac præcipua deprehenderimus; minime grave Vobis esse cupimus, si in iisdem exponendis paululum Vos etjam detineamus.

Pater Franciscus Serranus ætatis annum agebat quinquagesimum secundum, annos autem novemdecim in Sancta Sinensi missione impenderat. Pater Joachim Royo ætatis erat sex & quinquaginta, quorum tres supra triginta Apostolicum munus in Sinensi item Missione exercuerat. Pater Joannes Alcober annos habebat quadraginta duos, horum vero duodeviginti in obeunda sancta eadem Missione exegerat. Pater Franciscus Diaz tertium supra trigesimum numerabat annum, spatio autem annorum novem Divini verbi præco ibidem fuerat. De laboribus eorum, de ferventi asserendæ Christianæ Religionis studio, ipsarumque Missionum fructu in tabulariis Congregationis Propagandæ Fidei negotiis præpositæ plurima extant monumenta, quorum opportuno tempore erit ut debita ratio habeatur: quoniam, licet pro martyrio satis sit mors in Christianæ Fidei odium illata, eademque pro Christi ipsius amore sancte obita, ac tolerata: non inficiandum tamen est, diuturnam Christianorum virtutum (*f*) seriem in anteacto vitæ cursu heroice exercitarum, ad veram Martyrii declarationem permultum conferre.

Neminem autem, nisi Ecclesiasticæ historiæ admodum imperitum, ignorare arbitramur, tyrannorum morem fuisse, ut enormis cujuspiam delicti nota Martyres infamarent, ad odium contra ipsos concitandum, ut scilicet illam, quæ inde redundabat,

(a) *In Allocutione habita in Consistorio secreto die 16. Septembris 1748.* (b) *Ibidem.*
(c) *Lib. 3. nostri Operis de Canonizat. cap. 27. n. 8. & cap. 29. a num. 6. ad ultim.*
(d) *S. August. Epist. 204. num. 4.* (e) *Epist. 2. ad Corinth. cap. 6.*
(f) *Lib. 1. cit. Oper. de Canoniz. cap. 27. num. 2. & cap. 29. num. 1. & 2.*

bat, invidiam effugerent, quod propter solum Christianæ Religionis exercitium, ac professionem, eosdem interficiendos mandarent. (*a*)

Idem etiam in quatuor horum Sacerdotum Martyrio evenisse comperimus, eo tamen discrimine, quod cum alii tyranni in eorum calumnia obstinate usque perstiterint, eademque fulti mortis sententiam pronunciaverint; hic contra Ethnici Judices, & Idololatræ minime veriti sunt Sacerdotes nostros innocentes declarare, quoad ea pertinebat, quæ de enormibus vitiis falso ipsis objecta fuerant: quibus rebus Tyrannus minime deterritus, & contra Christi fidem infensior effectus, laqueo eosdem interimendos crudeliter mandavit.

Cum inter sententiæ pronunciationem, ejusdemque executionem, aliquod temporis spatium intercessisset, ex quo Sinensis Imperator illam suspendi mandaverat; fama non inanis percrebuit, & quæ ad piorum usque Sacerdotum, qui in vinculis detinebantur, aures pervenit, fore ut capitalis poena in exilium a Regni finibus commutaretur. Magna autem in hoc nuncio vis inerat, ut de eorumdem animo, ac proposito vere dijudicari posset. Nam, si ipsi hujusmodi nuncio lætati forent, id quodammodo minoris roboris, ac fortitudinis indicium esse potuisset, & cujusdam affectionis, qua temporali vitæ adhærerent; quæ omnia heroicæ Martyris fortitudini opposita sunt: contra vero, si contristati essent, suspicio quædam exoriri inde poterat vanæ cujusdam gloriæ, quam in morte fortiter oppetenda iidem sibi proposuissent (*b*); qua vana profecto gloria Pseudo-Martyrum hæreticorum mortes inquinatæ sunt. Verum eorumdem acta descripta, atque huc transmissa dum leguntur, heroica in quatuor hisce Religiosis viris ad divinam voluntatem conformatio elucescit, paratus æque ac promptus sive ad exilium, sive ad mortem animus, prout Divinæ voluntati complacitum foret, cui vitam suam, mortemque pariter consecraverant.

Postremo autem nemo vestrum procul dubio est, cui illa ignora sint, quæ celebri Fischerio Rofensi Episcopo acciderunt. Hic Henrici VIII. Angliæ Regis jussu in angusto carcere eum detineretur, quod legi illi adhærere recusasset, qua Rex supremum se Anglicanæ Ecclesiæ caput constituerat, purpureus eidem galerus (*c*) a Pontifice Paulo III. per idem tempus transmissus fuit. Nos Patrem Franciscum Serranum jam carcere in odium Christianæ Religionis conclusum, datis Apostolicis litteris, Episcopum Tipasitanum constituimus, & Provinciæ Fo-kiensis Apostolicum Vicarium designavimus, addita declaratione Coadjutoris cum futura successione in locum Antistitis Mauricastrensis. Pontifici Paulo III. Rofensis vincula nota erant: ignotum vero Nobis erat, Serranum item vinctum teneri. Hoc dumtaxat discriminis inter unum, atque alium intercedit. Ceterum utriusque idem finis fuit; cum, quemadmodum Cardinalitia insignia nihil aliud Rofensi tribuerunt, nisi ut profundæ humilitatis actum exerceret, & præclarum testimonium acciperet, quanta virtutis illius ratio apud Pontificem esset; sic ex nostris Apostolicis litteris nihil aliud Serrano tributum est, nisi argumentum, quanti etiam nos illum merito faceremus; quæ quidem nostra de illo æstimatio præclaris humilitatis præcipuæ testimoniis aucta est, & obsequiosæ obedientiæ suæ, quam Nobis per idem tempus exhibuit. Et quemadmodum Cardinalitius galerus a Paulo III. Rofensi transmissus vitam illi incolumem minime præstitit, quam ille paulo post pro Sancta Religione libenter devovit; sic neque Episcopalis, ac Vicariatus Apostolici dignitas Serrano a Nobis collata gloriosæ eumdem Martyrii palmæ expertem fecit.

Hæc sunt præcipua, Venerabiles Fratres, quæ de strenuis hisce quatuor Jesu Christi Athletis Vobis exponenda esse censuimus. Ceterum eam Nos quæstionem in medio relinquendam existimamus, uter duorum Ordinum, Dominicanus, an Franciscanus, primus fuerit, qui sanctas in Sinensi Imperio Missiones perageret. Illud quidem certe affirmabimus, ad hæc usque tempora decem ex Dominicana Familia viros numerari (*d*), qui in Sinensi Missione mortem pro Christi fide per inaudita tormenta oppetierunt; quorum quidem causæ in Sacrorum Rituum Congregatione aliæ jam introductæ, aliæ vero proximæ sunt, ut introducantur. Quamobrem, Venerabiles Fratres, quoniam nemini vestrum ignotus est infelix status, quo propter atroces persecutiones Sancta illa Missio in præsens redacta est, restat jam, ut ferventes pro illa conjunctis votis Divinæ Majestati preces porrigamus, magna spe freti, ut eadem de excelso gloriæ suæ solio Nobis benigne annuat; quoniam Abrahamo interroganti: *Quid, si inventi ibi fuerint decem?* Respondit: *non delebo propter decem*. (*e*)

(a) *Lib. 3. ejusd. Operis de Canoniz. cap. 13. num. 7. & seq. & num. 12.*
(b) *Cit. lib. 3. de Canoniz. cap. 20. num. 12. & seq.* (c) *Cit. lib. 3. de Canoniz. cap. 33. num. 8.*
(d) Sex memorantur in citata nostra Allocutione habita die 16. Septemb. 1748. §. *Vulgata & communis*. Quatuor alii sunt, qui in hac Allocutione recensentur. (e) *Genes. cap. 18.*

E P I S T O L A

Reverendiss. P. M. Generalis Ordinis Prædicatorum ad PP. & FF. ejusdem Ordinis,

QUA EOS ALTERIUS ALLOQUUTIONIS SS. DOMINI N. BENEDICTI XIV, P. M. CERTIORES FACIT.

Ex eodem Libello pag. 462.

In Dei Filio sibi dilectis Patribus, ac Fratribus Ordinis Fratrum Prædicatorum.

FR. ANTONINUS BREMOND

Sacræ Theologiæ Professor, ejusdemque Ordinis humilis Magister Generalis, & Servus.

Salutem, & Apostolicum spiritum.

CUM eximio, atque immortali Dei Optimi Maximi beneficio contigisse arbitremur, ut regiminis nostri primordia ab illustri, & gloriosa Fratrum nostrorum pro Christi Fide confessione auspicaremur, id unum ad faustissimi ominis, lætitiæque nostræ cumulum fore reliquum videbatur, ut sanguine partam ab Illustrissimo, ac Reverendissimo D. Fr. Petro Martyre Sans Episcopo Mauricastrensi, Ecclesiæ, ac Familiæ nostræ gloriam ceteri ejusdem Apostolatus Socii proprio implerent, atque amplificarent Martyrio, (*a*) *ut quos vinculum confessionis, & hospitium carceris simul junxerat, jungeret etiam consummatio virtutis, & gloriæ cælestis*. Quo apostolicæ charitatis actu, qua votorum constantia, qua exercitatione virtutum ad supremum agonem, beatæque mortis complexum Martyres jam designati sese componerent, ex Litteris Illustrissimi, ac Reverendissimi D. Fr. Francisci Serrano Episcopi Tipasitani, ac Provicarii Apostolici cumulate intelleximus. Ex ipso carcere, quo cum aliis ad necem servabatur, Episcopi Mauricastrensis passionem, & exitum ad Nos scripsit diligentissime, tum Apostolicis sensibus, quo mortem pro Christo obeundi cum Sociis flagrabat, desiderium luculenter adeo expressit, ut in ejus verbis cor ipsum loqui videretur. Parati jam sibi optatissimi Martyrii expectatione suspensus, & anxius propriis culpis, quæ ejus modestia fuit, injectam passionis moram, dilatamque sibi, ut videbatur, nondum satis parato coronam deputabat, patienter interea expectans beatam spem, & adventum gloriæ magni Dei, quo se prorsus indignum prædicabat. Quæ dum obortis præ gaudio lacrymis legeremus, videbatur Nobis veterum Ecclesiæ Martyrum fidem, constantiam, flagrantissimam charitatem, beatæque immortalitatis firmissimam spem intueri, (*b*) *nec invenimus quid in eo prædicare plus deberemus gloriam vulnerum, an verecundiam morum, quod honore virtutis insignis esset, an*

quod pudoris admiratione laudabilis, ita & dignitate excelsus erat, & humilitate sublimis.

Interea designatorum cum ipso Martyrum in tam illustri agone certantium diu, noctuque obversabatur menti nostræ imago, & præsentia, ac beatissimo eorum carcere, si non corpore & vinculis, animo certe, votisque conclusi Deum jugiter precabamur, (*c*) *ut initiis ad summa pergentibus quos fecerat confiteri, faceret coronari*. Favit meritis, & precibus suorum Militum, & Confessorum, favit expectationi nostræ divina clementia, & præconceptam ex præclarissimo Episcopi Mauricastrensis triumpho exultationem ejusdem Sociorum palmis cumulavit. Recentioribus quippe Litteris, certisque nunciis accepimus, prælaudatum Illustrissimum, ut Reverendissimum D. Fr. Franciscum Serrano Episcopum Tipasitanum, RR. PP. FF. Joannem de Alcober, Joachimum Royo, & Franciscum Diaz Hispanos, Philippinarum Provinciæ Alumnos, post diuturni carceris pressuras, & nobilius, quo longius, certamen passionis, vitæque cursum feliciter consummasse, ac plaudentibus Angelis ad amantissimi Fratris Episcopi Mauricastrensis complexum evolasse. Universam eorum Martyrii seriem neque aptius, neque luculentius exhiberi posse arbitramur, quam gravissimis, atque amplissimis verbis, quibus eam Sanctissimus Dominus noster BENEDICTUS PAPA XIV. Eminentissimis Patribus in Consistorio Secreto die 24. hujus Mensis nunciavit. Sapientissimi Pontificis Orationem Apostolicæ ejus eloquentiæ, atque eruditioni incomparabili parem, inter pretiosiora Familiæ nostræ monumenta perenniter adservanda oculis vestris subjicimus.

Jam vero intelligitis, Fratres, quas divinæ erga Nos largitati gratias debeamus, quod ex Dominicanis alumnis hac etiam ætate suscitaverit, atque elegerit sibi (*d*) homines divites in virtute, dominantes in Potestatibus, nunciantes in Prophetis, fortes in bello, contemptores vitæ, mortis triumphatores, quos (*e*) ludibria, & verbera expertos, insuper & vincula, & carceres (*f*) nec tribulatio, & angustia, nec fames, ac nuditas, nec persecutio, nec gladius separare potuerunt a charitate Dei, sed in omnibus superaverunt propter Eum, qui dilexit Nos. Est profecto, cur iis, cur nobis ipsis gratulemur, quod illorum nomina jam in cælis descripta novum, æternumque decus fastis nostris attulerint, ac nova adjecerint No-

(a) S. Cypr. lib. 2. Epist. 6. (b) S. Cypr. lib. 2. Epist. 5.
(c) S. Cypr. lib. 4. Epist. 1.
(d) Eccl. 44. (e) Hebr. 11.
(f) Rom. 8.

bis incitamenta virtutis. Quis enim præclaris adeo non excitetur triumphis, & quasi admotis stimulis sa se impellere non sentiat ad eam ineundam Apostolicam viam, quam suo sanguine impressam gloriosissimi Fratres signarunt? Nonne cor nostrum, dum hæc audimus, ardet in nobis, ut Fidei zelo succensi (*a*) eamus & Nos, & moriamur cum illis? Hæc sunt, dilectissimi, Apostolicorum hominum vota, hæc, eorum merces magna nimis: hæc Instituti, quod profitemur, gloria a Majoribus nostris parta, ab Æqualibus aucta, ac novissime ad æmulandum Nobis proposita. Ergo (*b*) non efficiamur segnes, sed imitatores eorum, qui fide, & patientia hæreditaverunt promissiones. Ad propositum Nobis certamen curramus (*c*) assumentes galeam salutis, & gladium spiritus, succincti lumbos in veritate, induti loricam justitiæ, & calceati pedes in præparationem Evangelii pacis.

Quod si fortissimos Christi Athletas per vincula, & mortem sequi non possumus, eorum saltem sectatores simus in fide, & charitate, in scientia, & longanimitate, (*d*) servantes in simplicitate innocentiam, in charitate concordiam, modestiam in humilitate, in defendenda veritate constantiam, in disciplina severitatem, ne aliquid ad recte factorum exemplum desit in Nobis, sed luceat lux nostra coram hominibus, & glorificent Patrem nostrum, qui in cælis est. Hæc sunt enim vestigia, quæ illi revertentes in Patriam Nobis reliquerunt, ut illorum semitis inhærentes sequeremur & in gaudia. Ad ea Nos amantissime invitant, ibi Nos cupidissime expectant (*e*) jam de sua immortalitate securi, & adhuc de nostra incolumitate solliciti. Ad eorum conspectum, & complexum venire quanta & illis, & nobis in commune erit lætitia! (*f*) Remissas itaque manus, & soluta genua erigamus, tantæque expectatione mercedis forti animo simus, alacriter subeuntes (*g*) momentaneum, & leve tribulationis nostræ, quæ æternum gloriæ pondus operabitur in nobis. (*h*) *Si compatimur & conregnabimus: quod præmium non iis tantum paratum est, qui pro nomine Domini impiorum sævitia sunt perempti, quoniam universitas Deo servientium, sicut in Christo est crucifixa, ita in Christo est coronanda.* Valete, nostri, Sociorumque memores in Sacrificiis, & precationibus vestris.

Romæ ex nostris Ædibus Minervitanis die 31. Januarii 1752.

(a) *Joann. cap. 21.* (b) *Hebr. 6.* (c) *Ephes. 6.*
(d) *Ven. Beda Serm. 41. de SS.* (e) *S. Cypr. de Mortalitate.*
(f) *Hebr. cap. 22.* (g) *Cor. c. 4.* (h) *S. Leo M. Serm. 67. cap. 5.*

A L L O C U T I O
SS. D. N. BENEDICTI PAPÆ XIV.

Habita in Comitiis Generalibus Fratrum Ordinis Prædicatorum

IN CONVENTU S. MARIÆ SUPER MINERVAM CELEBRATIS V. NONAS JULII MDCCLVI.

Typis edita Romæ eodem anno in Archigymnasio Sapientiæ.

MAGNA res agitur in hoc conventu vestro, Dilecti Filii, cui hodierna dia præsidemus; nec modo pro Familiæ vestræ rationibus gravissima, sed etiam pro totius Ecclesiæ statu non leve pondus habitura: cui perficiendæ incredibili cum gaudio Nos interesse profitemur, ut omnibus manifestum faciamus gratum, memoremque animum nostrum erga Ordinem vestrum, quem summo ipsius merito jamdudum & amamus & colimus.

Verum, quanta sit agendæ rei magnitudo, silentio prætermittemus; cum nemo vestrum ignoret, cujus momenti sit, Magistrum Generalem Ordinis vestri deligere, cui semel delatum regimen, perpetuum, dum vixerit, futurum erit; cumque unusquisque ex eo splendoris loco, quem Dominicana Familia in Ecclesia Christi obtinet, facile intelligat, illius Rectoris electionem, non ad solam ejusdem Familiæ utilitatem, & administrationem referri; sed etiam ad universam Christianam rempublicam ratione aliqua pertinere. Itaque sermonem nostrum redigemos ad ea, quæ Nos Ordini vestro debere cognoscimus, quæque Nos ita jampridem affecerunt, ut eumdem & amare & colere semper professi simus, & adhuc profiteamur; eaque de causa præsentem diem felicissimum Nobis existimemus, & inter paucos illos adnumerandum, quos sexdecim hisce calamitosi Pontificatus nostri annis cum aliqua animi voluptate transegimus.

Et sane, post absoluta leviorum artium studia, cum sacræ Theologiæ operam dederimus, non magnos in ea progressus Nos quidem fecisse intelligimus; sed, siquid profecimus, id omne acceptum referre debemus bonæ memoriæ Cardinali Thomæ Ferrario, clarissimo Ordinis vestri Theologo, qui rectam Nobis nobilissimæ disciplinæ viam aperuit, suaque institutione, atque opera ad inceptum iter persequendum adjuvit; immo, cum Palatii Apostolici Magisterio fungeretur, Theologicæ laureæ honorem ipse Nobis detulit, eaqua occasione monumentum scripto exaratum reliquit, quo de propensa nostra erga sanctiores disciplinas voluntate honorifice testabatur, majoraque a Nobis expectari posse declarabat, si, quemadmodum animati tunc videbamur, in instituto curriculo persisteremus.

Amplam hanc Aulam, in qua nunc considemus, Nos ipsi a fundamentis excitari olim vidimus, mox omnigena litteraria supellectile ornari, ita ut inter insigniores universi Orbis Bibliothecas meri-

merito accenseatur ; eamdemque postquam studiosorum commodo pateieri conspeximus, cum primis adire certavimus, & frequentare nunquam destitimus, donec impositæ Nobis alterius generis curæ Nos alio avocarunt.

Longiori autem vitæ nostræ cursu, quem, paucis detractis annis, in Urbe egimus, nemo ex sodalibus vestris fuit vel dignitate, vel sapientia, & doctrina excellens (fuerunt autem excellentes permulti) qui Nos omni officiorum genere, & præcipua quadam amicitiæ necessitudine complexus non fuerit. Sed reliqua multa omittentes, hoc unum commemorabimus, sublimem Cardinalatus dignitatem, quam immerentes adepti fuimus, eximiæ erga Nos liberalitati sanctæ memoriæ Benedicti XIII. Pontificis Maximi, & Ordinis vestri olim Alumni, unice a Nobis deberi.

Regressi deinde Bononiam Patriam nostram, vigentem in ea invenimus memoriam rerum a Sancto Dominico Patriarcha vestro in ea gestarum ; tum scilicet insignium peccatorum, qui assiduis illius concionibus permoti a semita iniquitatis ad viam salutis revocati fuerunt (*a*); tum virorum doctrina, & sanctitate illustrium, qui in ea urbe sodalitati vestræ nomen dederunt (*b*) ; tum etiam Generalium Comitiorum, quæ prima omnium Ordinis vestri ibidem habita fuerunt, in quibus ipsius Ordinis præfectura eidem Sancto Dominico Fundatori communibus suffragiis delata fuit (*c*) ; denique cives nostros cum incredibili animi nostri lætitia perpetuo vidimus obsequiis, & votis celebrare sepulchrum Patriarchæ vestri, qui Bononiæ ex hac vita decedens (*d*), pretiosum ei civitati reliquit Corporis sui thesaurum, quod quidem angusto mausoleo conditum ibidem summa cum religione asservatur. In ipsa vero administratione Archiepiscopalis officii, quod ibi pluribus annis gessimus, oculos sæpe convertimus ad præclara gesta Jacobi Boncambii, qui ex Ordine vestro ad Bononiensem Ecclesiam regendam assumptus, tanta in verbi Dei prædicatione famæ celebritate floruit, ut finitimarum civitatum populi, quemadmodum historiæ nostræ testantur (*e*), ad illum audiendum, percipiendamque ex illius ore salutis scientiam certatim confluxerint.

Postquam vero, nihil tale promeriti, ad supremum Pontificatus apicem devenimus, propensa nostra erga Dominicanam Familiam amoris, & cultus affectio, supra quam dici potest, excrevit. Apostolicam enim Beati Petri Cathedram trophæis suis exornant tredecim ex alumnis vestris, qui a Romanis Pontificibus, post accuratissimum rerum omnium examen, in Sanctorum numerum relati fuerunt, inter quos Sanctus Pius V. Prædecessor noster, pro cujus Canonizatione, dum in minoribus constituti, Advocati Consistorialis munere fungeremur, operam, laboresque nostros impendisse gloriamur ; & Sancta Catharina de Ricciis, quam Nosmetipsi Sanctarum Virginum catalogo adscripsimus (*f*). Præterea novemdecim e vestris sodalibus, ejusdem Apostolicæ Sedis decreto, in Beatorum numerum rite cooptatos invenimus: ex his vero decem, vel Nobis, dum Promotoris Fidei munus sustineremus, studia nostra conferentibus, vel Nobis ipsis e Pontificio Throno decernentibus, is honor delatus fuit. Hunc ipsum Apostolicum Thronum quatuor ex Ordine vero Pontifices ante Nos tenuerunt; videlicet Innocentius V. quem Sanctus Antoninus insigni laudis præconio commendavit (*g*), Benedictus XI. ex Beatorum, quos innuimus, & Pius V. ex Sanctorum, de quibus diximus, numero, ac demum Benedictus XIII., cujus virtutum, & recte factorum testes Nos ipsi fuimus. Quod si forte reliqua Familiæ vestræ ornamenta, & in Ecclesiam Catholicam promerita ex animo nostro excidere unquam potuissent, hoc tamen profitemur, nullo unquam tempore evenire potuisse, ut e memoria nostra dilaberetur Theologorum Princeps, Scholarum Angelus, Ecclesiæ Doctor, præclarum Ordinis vestri sidus, Sanctus Thomas Aquinas, cujus doctrinæ complures Romani Pontifices Prædecessores nostri perhonorifica dederunt testimonia (*h*) ; quemadmodum etiam Nos ipsi in Libris, quos de variis argumentis conscripsimus, postquam Angelici Doctoris sententiam diligenter scrutando percepimus, atque suspeximus, admirabundi semper atque lubentes eidem adhæsimus, atque subscripsimus ; candide profitentes, si quid boni in iisdem Libris reperitur, id minime Nobis, sed tanto Præceptori totum esse adscribendum.

Hactenus, dilecti Filii, de hodierni operis, cui præfuturi sumus, gravitate, ac de Paterna prorsus benevolentia, & singulari existimatione, qua Ordinem Vestrum justissimas ob causas superius expressas, aliasque his facile adjiciendas, prosequimur. Reliquum est, ut de ipsa re, quam hic peracturi convenistis, idest de electione Magistri Generalis ejusdem Ordinis vestri, aliqua attingamus. Verum quid unquam afferre poterimus, quod jam probe non teneatis, quodque unusquisque vestrum ab inclito, quem proxime laudavimus, Præceptore Thoma Aquinate non didicerit? Si dicemus, hujusmodi Magisterium ei deferendum esse, qui omnium optimus inter vos habeatur; Si dicemus, non eum esse omnium optimum, qui sola vitæ sanctimonia ceteris antecellat, sed qui præter morum probitatem, quæ quidem necessaria est, aliis quoque virtutibus, atque animi dotibus, ad recte regendam Familiam idoneis, instructus comperiatur, nihil porro dicemus, quod in Operibus Angelici Doctoris egregie constabilitum, & a vobis jampridem lectum, atque animadversum non fuerit (*i*). Si dicemus, suffragia vestra, sepositis peculiaribus affectionibus, & propriæ utilitatis respectu, nil aliud intueri debere, quam eorum virtutes, & merita, quorum electio vobis animo obversatur, nihil dicemus, quod non egregius Præceptor vester tradiderit (*k*). Itaque nil aliud Nobis dicendum superest, nisi, ut id agatis, quod vos Præceptor il-

(a) Flaminius *in Vita S. Dominici lib.* 2. *fol.* 47. & *tom.* 1. *Annalium Ordinis Prædicatorum ad annum* 1219. *num.* 37.
(b) Fr. Jordanus *in Vita S. Dominici n.* 35. Flaminius *loc. cit.* Malvenda *in Annalib. sacri Ordinis Prædicatorum ad annum* 1219. atque *eod. tom.* 1. *Annal. Ordin. Prædic. loc. citato*.
(c) *Die xviii. Maii* MCCXX. *cit. tom.* 1. *Annal. Ord. Prædicat. ad an.* 1220. *num.* 39.
(d) *Die vi. Augusti* MCCXXI. *cit. tom.* 1. *Annal. Ord. Prædicator. ad ann.* 1221. *num.* 25. *in fine*.
(e) *Sigonius lib.* 2. *de Episcopis Bononiensibus ad annum* 1244.
(f) *Die xxix. Junii* MDCCXLVI.
(g) 3. *part. Chronic. tit.* 20. *cap.* 3.
(h) *Tom.* 8. *Bullarii Ordinis FF. Prædicator. in Tract. de consensu Bullarum tit.* 6. *quæst.* 2. *per tot*.
(i) S. Thomas *quodlibet*. 8. *art.* 6. & *quodlibet*. 4. *art.* 23. *ad duodecimum*, & *quodlibet*. 6. *art.* 9. & *quodlibet*. 4. *art.* 15. & 2. 2. *quæst.* 63. *art.* 2. *in corpore*.
(k) *Locis citatis*.

le vester agendum docuit, atque tales vos exhibeatis, quales, dum alias electiones ab aliis celebrari audistis, eos se præstare oportere dicebatis, qui in eis suffragium laturi erant. Quibus maxime rebus Ordo vester indigeat, vobis potissimum debet compertum esse. Quis huic sustinendo muneri idoneus, qui supra ceteros ad id aptus, & bene regendi capax videatur, cognoscere vos arbitramur. Ne autem in errorem vos labi forte contingat, supplices iterum, ut antea vos sæpe fecisse putamus, ad Deum Patrem luminum preces effundite; ac patrocinium, & opem Sancti Dominici Patriarchæ vestri, aliorumque Sodalium vestrorum cum Christo regnantium, quique inter Beatos, vel Sanctos ab Ecclesia coluntur, vobis deposcite: dum Nos interea, qui vestris hisce Comitiis non alio fine intersumus, quam ut vestram in ferendis suffragiis libertatem salvam, & incolumem præstemus, novi Magistri Generalis electionem, a vobis jamjam perficiendam, Apostolica Benedictione nostra prosequimur, & in antecessum amantissime complectimur.

A L L O C U T I O

SS. D. N. BENEDICTI XIV. P. M.

Habita in Consistorio die 20. Januarii 1749. qua Cardinalibus pacem nuntiat inter Christianos Principes in Aquisgranensi Conventu firmatam.

VENERABILES FRATRES.

AB ipsis initiis Pontificatus nostri ad hos usque Menses nuper elapsos, Christianis Principibus inter se bello certantibus, eorum copiæ, ut scitis, vel intra Civitates, & loca hujus Apostolicæ Sedis temporali dominio subjecta, & ad ipsa Urbis mœnia sub oculis nostris sunt diversatæ, vel in finitimis Pontificiæ Ditioni Provinciis castra, & stationes habuerunt, ex quo sane omnia illa damna, pericula, atque incommoda Regionibus nostris illata sunt, quæcumque alienorum militum itinera, diuturnæque stationes, ac vel ipsa exercituum vicioia alienis Regionibus importare possunt, aut solent.

Hoc toto calamitatum nostrarum tempore non cessavimus ante conspectum Dei demissas preces nostras cum lacrymis effundentes, verba illa Danielis Prophetæ in Scripturis Sanctis relata usurpare: *Judicia vera fecisti juxta omnia, quæ induxisti super nos, & super Civitatem sanctam Patrum nostrorum Hierusalem: quia in veritate, & judicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra: peccavimus enim, & inique egimus recedentes a te, & deliquimus in omnibus &c. Omnia ergo, quæ induxisti super nos, & universa, quæ fecisti nobis, in vero judicio fecisti*. Ejus denique Prophetæ vocibus prosequentes, sæpe etiam clamavimus ad Dominum: *Ne quæsumus tradas nos in perpetuum, neque auferas misericordiam tuam a nobis*. Placuit tandem Omnipotenti Deo nostris, Ecclesiæque suæ precibus benignam aurem intendere, jamque constitutis inter Christianos Principes pacis fœderibus, iisque etiam magna ex parte impletis, licet nobis, Divinarum Scripturarum consolatione assumpta, ipsius Dei nomine, Vobis, Venerabiles Fratres, annunciare: *Dabo pacem in finibus vestris. Dormietis, & non erit, qui exterreat, & gladius non transibit terminos vestros*.

Sed non dumtaxat ad nostras, populique nobis subjecti utilitates coarctanda est gratulatio nostra. Scitis, quanta fuerit miserrimis hisce temporibus Italiæ universæ vastatio, quot aliæ Regiones, ac Regna cruentissimi belli excidia pertulerint, quantum Christiani sanguinis Europæ campos inundaverit, quot millia hominum in Christo baptizatorum, vel hostili ferro obtruncata ceciderint, vel aliis ingruentibus bellorum calamitatibus oppressa, & absumpta fuerint. Super his omoibus commota sunt, ut par erat, paterna viscera nostra: neque destitimus privatis nostris, & publicis, imperatisque precibus Divinam Misericordiam invocare, ut ipse, qui auctor pacis est, & amator, populum suum aliquando respicere, & pacificare dignaretur. Nunc igitur, cum exauditam tandem conspicimus orationem nostram, nec solum vicinas nobis ærumnas longe abactas, sed & remotiores sublatas cum gaudio recolimus; ante Thronum Majestatis Dei provoluti, exaltemus nomen ejus dicentes cum Judith: *Dominus conterens bella, Dominus nomen est illi*: eumque simul oremus, ut concessum nobis misericordiæ suæ munus ipse tueri, nostroque, & Successorum nostrorum bono diutissime conservare dignetur, & pergat, ut quod Israelitico populo, post extinctum bellum illud in manu Judith, evenisse novimus, id nobis etiam ipso donante contingat: *In omni scilicet spatio vitæ ejus non fuit, qui perturbaret Israel, & post mortem ejus multis annis*.

Jam vero non ignoratis, Venerabiles Fratres, publicæ pacis fœdera nunquam fere inter armatos Principes sanciri, quin antea tum in arcanis eorum consiliis expensa, tum in Legatorum conventibus agitata, & firmata fuerint. Et nos sane, cum animo prospiceremus, quænam detrimenta in hujusce pacis tractatione Catholicæ Religionis statui forsan inferri, quæque attentari poterant adversus inconcussum dominium, quod Apostolica Sedes in Ducatus Parmæ, & Placentiæ retinet, nulli diligentiæ, aut studio pepercimus, quo tum Dei causam in Religionis Catholicæ incolumitate, tum Beati Petri Apostolorum Principis jura in ipsius Sedis temporalis dominii integritate, Catholicis Principibus sive privatim per litteras, sive publice per nostros, & ejusdem Sedis Apostolicæ Nuntios commendaremus. Eamque etiam ob rem certum, ac verum, legitimumque nostrum, & ipsius Sedis Procuratorem, & negotiorum actorem, atque gestorem deputavimus, qui Legatorum conventui in Civitate Aquisgranensi habito, quamvis absque ulla extrinseci tituli, seu ministerii specie, interesset. Isque fuit Venerabilis Frater Petrus Aloysius Jacquet Episcopus Hipporegiensis dilecti filii nostri Joannis Theodori Presbyteri Cardinalis, & Episcopi Leodiensis Suffraga-

fraganeus, Vir sane in rebus gerendis expertus, & Apostolicæ Sedis jura apprime callens, utpote qui ætatis suæ florem hac in Urbe in publicis ejusdem Sedis Apostolicæ officiis eximia cum laude transegit: cui quidem in hujus etiam demandati sibi muneris implemento, summæ fidei, ac diligentiæ, & rei bene gestæ, quantum temporis conditio tulerit, testimonium damus.

Non equidem nobis datum est, peccatis nostris sic exigentibus, pro Catholicæ Religionis utilitate ea omnia consequi, quæ nobis in votis erant. Non parvi tamen momenti reputandum est illud, quod, adjuvante gratia Dei, & Catholicorum Principum pietate admonitionibus, & precibus nostris obsecundante, obtentum est: ut scilicet in prædicto conventu, contra quam propositum esse ferebatur, nullum factum fuerit verbum de Episcopatu aliquo, aut Monasterio Germaniæ in secularem potestatem redigendo: quo quidem quantum detrimenti Catholicæ Religioni obvenire potuisset, ex infaustis superiorum temporum exemplis conjicere licet.

Quod vero vulnus temporalibus juribus hujus Apostolicæ Sedis in Parmæ, & Placentiæ Ducatus jampridem inflictum nostis, id quidem obducere, atque sanare, ut optabamus, nobis concessum non fuit: dolendumque nobis est, quæcumque in eum finem a primis Pontificatus nostri exordiis usque ad hunc diem efficere, &, ut dici assolet, opportune importune agere non omisimus, omnia nobis in irritum cessisse. Hoc tantum vobis certum, ac persuasum esse volumus, omni ratione provisum esse, ne vulnus ipsum dilataretur, aut insanabile evaderet; & ne quis illius curationem desertam a nobis, abjectamve suspicari posset, publicum, & manifestum omnibus esse voluimus actum, quo declaratum est, Nos nullum consensum præstare his, quæ in prædicto Tractatu Aquisgranensi circa Ducatus Parmensem, & Placentinum constituta sunt contra apertissima jura, quæ Apostolica Sedes in ipsos Ducatus adeo perspicua, & firma retinet, ut nullis unquam contrariis rationibus convelli, aut turbida reddi potuerint. Quibus de rebus publici facti sunt, ac typis impressi circumferuntur protestationis, & reclamationis actus, quos præfatus Episcopus Hipporegiensis noster, & Apostolicæ Sedis Procurator vice nostra fecit, atque edidit. Denique nos ipsi, sicuti alias in hoc ipso loco, ac singulis præterea annis in pervigilio Natalis Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli Prædecessorum nostrorum exemplis inhærentes palam denunciavimus, & professi sumus, nos nullis unquam actibus consensuros, quos fieri contingat in imminutionem dominii, & juris Apostolicæ Sedis in prædictos Ducatus, ejusdemque juris plenissimam reintegrationem omni via, ac ratione curaturos esse, ita nunc majori solemnitate, qua fieri potest, aut oportet, coram Vobis in hoc Consistorio legitime congregatis, hujusmodi protestationis actum iteramus adversus ea omnia, quæ super præmissis acta, & conventa fuerunt in conditionibus pacis nuper Aquisgranæ firmatæ, simulque promittimus Beatissimo Apostolorum Principi, donec Omnipotens Deus nobis, indignis licet, hanc ejus Sedem tenere concesserit, nos nihil unquam studii, operæ, aut diligentiæ prætermissuros, quo illius patrimonii jura, quibuscumque in contrarium non obstantibus, re ipsa in pristinam, debitamque integritatem restituantur. Hæc vobis, Venerabiles Fratres, de novissima pace, & de novissimo pacis Tractatu in præsenti Consistorio exponenda, & declaranda habebamus.

ALLOCUTIO
SS. D. N. BENEDICTI XIV. P. M.

Habita in Consistorio Secreto die 5. Maii 1749. qua Cardinales de compositis, sublatisque quibusdam controversiis inter Sanctam Sedem, & Serenissimam Rempublicam Venetam certiores facit.

VENERABILES FRATRES.

PRIUSQUAM ab hoc præsenti Consistorio recedatis, in quo de futuro Jubilæo jam verba fecimus, & consueta negotia vacantium Ecclesiarum jam expedivimus, sinite, ut Vos parumper detineamus, rem exponendo, quæ licet speciem profani negotii præferre videatur, tamen jure, ac merito sacra habenda est, eo quod ad temporale Dominium nostrum pertineat, quod Sancti Petri Patrimonium est, atque adeo nostrum, qui ipsius Sedem, ac jura obtinemus.

Nemo vestrum ignorat gravissimas controversias, quæ nostros inter Prædecessores, Nosque ipsos, ac Rempublicam Venetorum intercesserunt, ut limites Ducatus nostri Ferrariensis, ac ejusdem Reipublicæ, aliquando statuerentur. Illæ quidem, priusquam Ducatus ipse ad Apostolicam Sedem devolveretur, jam erant exortæ, & usque ad hæc tempora devenerunt. Clemens VIII. Prædecessor noster negotium aggressus est, ut ad finem difficilium omne perduceret. Paulus etiam V. Prædecessor noster ob eamdem causam omne studium, ac diligentiam impendit. Incredibile pene est, quantum in hoc eodem negotio Urbanus VIII. Prædecessor quoque noster elaboraverit. Et, cum perfectum, absolutumque, mediatore Galliarum Rege Christianissimo, putaretur, vani conatus omnes, irritique cesserunt. Silentio præteribimus reliquos Prædecessores nostros, qui deinde hanc Sedem Apostolicam tenuerunt. Non omittendos tamen, sed merito commendandos ducimus binos Clementes IX. videlicet, & XII. qui ad hoc negotium totis viribus incubuerunt: at nihil tandem statutum est, etsi felicis recordationis Carolus VI. Imperator Conciliatorem sese præbuisset, cum Decessor noster Clemens XII. summum Pontificatum administraret.

3. Postquam vero Nos immerentes ad hanc Supremam Sedem ascendimus, cum fortasse ob Boniæ

noniæ Patriæ nostræ, ac Civitatis Ferrariensis propinquitatem exploratiora Nobis, & magis perspecta, quam Prædecessoribus nostris forent gravissima detrimenta, pravique effectus, qui ab eis exoriebantur, atque perniciosiores in diem evasuri erant, nisi stabilis, ac firma concordia inter Sanctam Sedem, & Venetorum Rempublicam sanciretur, hanc semper infixam animo curam gessimus, & cogitationem nostram eo semper convertimus, operamque omnem impendimus, ut limites utriusque Dominii aliquando decernerentur: ex quo concordia, quam optabamus, erat promanatura.

4. Itaque, cum votis nostris Deus Optimus Maximus felicem exitum tribuerit, constituta jamdiu optata concordia, quam nonnulli ex Vobis, quos in consilium accivimus, accurate, ac diligenter antea perpenderunt, nunc magna cum voluptate negotium hujusmodi jam absolutum Vobis declaramus. Hinc sane confidimus (si Deus speciali ope sua Nos prosequi dignabitur, sicuti toto animo obtestamur) tranquillitatem in posterum Nobis, nostrisque Successoribus minime defuturam, & inter finitimos populos, videlicet inter eos, qui Ducatui nostro Ferrariensi, & Venetæ Reipublicæ subjiciuntur, animorum consensionem perpetuo secuturam.

5. Hæc Vobis exponenda censuimus, & sermoni finem facimus commendantes, uti par est, assiduas curas, ac diligentiam, quam in explanando, & conficiendo tam gravi negotio, Martinus Innicus Archiepiscopus Chalcedoniæ, noster, & hujus Sanctæ Sedis Nuncius apud Venetam Rempublicam, impendit. Equidem nihil ex iis, quæ pio, prudentique, ac studiosissimo hujus Sanctæ Sedis Apostolico Ministro necessaria sunt, in illo desideratur. At vero de Reipublicæ Venetæ summa æquitate, justi rectique studio, & filiali in Nos, & Sedem Apostolicam benevolentia satis dicere nunquam possumus; verba namque Nobis desunt, ut memorem animum nostrum satis explicemus. Quamobrem ex Apostolicis Prædecessorum nostrorum Literis verba mutuantes, ea libenter hic repetimus, quæ olim ad Laurentium Celsum Venetiarum Ducem scripsit Urbanus V. Prædecessor noster: *Inter omnes populos, qui sub professione Christiana censentur, populus, cui præes, de zelo sacræ Fidei, devotione ad Sanctam Romanam Ecclesiam, cultu justitiæ, singularique in suis actibus gravibus gravitate, ac prudentia commendatur.* Plurima sane, haud minora, sed fortasse etiam lucujentiora, Prædecessorum nostrorum testimonia laudis plena in Venetam Rempublicam (si tempus fineret) ex monumentis per Nos ipsos congestis nunc in medium proferre possemus. Sed, ne longius progrediatur oratio, sequentibus Pii II. Prædecessoris nostri verbis in Conventu Mantuano prolatis eamdem absolvemus: *Benedicti sint filii nostri Veneti, benedicta sit eorum sancta, ac bona intentio. Deus Optimus Maximus benedicat Christianissimæ Reipublicæ, succurrat in necessitatibus, det victoriam de cunctis hostibus suis, &c.*

PROSPERI DE LAMBERTINIS

S. CONS. AULÆ ADVOCATI

CONSULTATIO IN CAUSA MANTUANA HÆREDITATIS.

Ex Antonii Gobii J. C. Mantuani Juris Consultationibus Decisivis Tom. II. pag. 315.

SUMMARIUM.

1 *A Sententia Principis non datur appellatio; amplia in Principe superiorem non recognoscente*, n. 2.

3 *Dum Mantuæ in ejus Ducatu ea potest, quæ potest Imperator in suo Imperio; ea propter ab ejus sententia nec appellatio, nec nova revisio impetrari potest*, n. 4.

5 *A Sententia Principis prolata cum deliberatione ejus consiliariorum appellari, minusque nova revisio peti potest.*

6 *Appellatio non est permissa a Decreto Principis ex ejus certa scientia emanato.*

7 *Perpetuum silentium operatur, ut nulla amplius audientia a Principe concedi valeat; amplia, ut n.* 8.

9 *Princeps in ejus Decretis utendo plenitudine ejus potestatis, dicitur finis impositus cuilibet controversiæ.*

10 *Promissio sub fide, & verbo veri Principis, operatur ut Princeps ipse non possit post similem promissionem aliquam novam audientiam impertiri.*

11 *Appellatio conceditur a Sententia Principis, quando emanat ad relationem aliorum secundum aliquorum DD. Sententiam; amplia, ut num.* 12. *contrarium qui sustineant, num.* 13. *sed distingue, ut num.* 14.

15 Riminald. Jun. in cons. 13. per tot. tom. 1. *rejicitur, & qui contra illum scripserint.*

16 *De una revisione ad aliam transire nimis est arduum, & de ratione.*

17 *Principis omnia bene gesta præsumuntur.*

MANTUANA HÆREDITATIS.

CLARÆ memoriæ Ferdinandus Carolus Mantuæ Dux Sententiam tulit, in qua declaravit, hæreditatem Domini Cattanei quondam a Secretis Status non pertinere ad Dominos Messerottos, sed ad Dominos Comites de Mantellis. Permissum ergo esse non potest prædictis Messerottis a Sententia taliter prolata appellare, aut alium quemcumque recursum, vel novam audientiam, seu supplicationem obtinere, *Tcat.* 1 *est*

est clarus in l. 1. ff. a quibus appellar. non licet, ibi : *Et quidem stultum est illud admonere a Principe appellare, fas non esse, cum ipse sit, qui provocatur*; & late exornant *Gabr. in suis conclus. lib. 2. tit. de appellat. conclus. 1. num. 1. Farinac. quæst. 101. num. 72. & seqq. Scacc. in tract. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 16. limit. 1. n. 1.*

Hujus quippe Textus dispositio procedit in 2 quolibet, qui Superiorem non recognoscit, quemadmodum prosequitur *Scaccia loco citato num. 6.* & sic consequenter sibi vindicat locum etiam in Duce Mantuæ, qui in suo Ducatu ea poterat, quæ Imperator in suo Im-3 perio, ut in puncto docet *Menoch. consil. 208. num. 37. & 38.* in quo rerum statu semper viget assumptum, quod ab ejus Sententia, 4 nec appellatio, nec nova revisio concedi valeant, veluti ad rem argumentatur *Bertazzol. cons. crim. tom. 2. cons. 306. num. 1. & seq.* ibi : *Sententia, & determinatio ipsa, seu laudum latum, fuit Sententia ipsius Serenissimi Ducis, quæ cum sit lata a Principe valet etiamsi esset contra Jus, nec ab ea datur appellatio : Id declaratur procedere in Principe Superiorem non recognoscente de jure, vel de facto, ut est prædictus Dominus Dux Mantuæ, sicut igitur a Sententia Principis non admittitur appellatio, ita pariter non est admittenda revisio, quæ eumdem effectum operatur.*

Idque si absolute, & simpliciter procedit, potiori profecto jure procedere debebit concurrentibus sequentibus circumstantiis : Prima est quod claræ memoriæ Serenis. Dux ad Sententiam devenit non temere, nec inconsulto, sed habitis relationibus, & consiliis tam Doctorum Mantuæ degentium, quam etiam exterorum. Id siquidem tanti est roboris, & momenti, uti eo fortius suadeat locum esse 5 non posse novæ appellationi, seu revisioni, veluti bene adnotavit *Farinac. allegat. quæst. 101. num. 72. & seqq.* ibi : *Ob Principis dignitatem, præsumuntur omnia bene gesta eo quo Cor Regis in manu Dei est*, tum etiam quia *Sententia Regis profertur cum deliberatione consiliariorum, quæ est ficuti Sententia Senatus, & a Sententia Senatus non datur appellatio : Et alias discurrendo sequeretur enim non modica læsio Principis auctoritati, & quod litibus numquam finis imponeretur, ut in specie argumentatur Paris consil. 118. sub num. 15. & seq. tom. 1.* ibi : *Et vere ne dum absurdum, & absonum esset admittere ipsam ad prædicta remedia, vel ipsorum aliquod; quinimo eadem circa istorum aliquod audiri, nil aliud esset, nisi lædere, minuere, ac deprimere supremam Auctoritatem, & Dignitatem ipsius Ducis, & Principis, & ipsius Jurisdictioni derogare, & consequenter dare materiam, aditum successivis temporibus, similia attentandi, & pendendi lites, & causas prorogare, & illis finem, & terminum numquam imponere, & reddere gesta, & decisa per ipsum Illustriss. Principem elusoria, & ut in futurum maxime observarentur, quæ quantum contraria sint juris dispositioni, æquitati, honestati, & bono publico, quisque animadvertere potest; eo magis, cum ipse Prudentissimus, & Illustris Princeps veritate ipsa considerata, & habita matura omnium occurrentium causæ cognitione, & Jure Peritis suis Doctissimis Consiliariis intellecta super prædicti Juris dispositione ore proprio tale appontamentum protulerit, quod eo magis validum redditur, & efficax cum plurimorum Doctorum Virorum consilio, per ipsum Illustrissimum Principem apparet promulgatum, quod quidem consilium minime arguit tale appontamentum dici posse prolatum ab illius consiliariis, & non ab ipso Illustrissimo Principe, & consequenter ab illorum Sententia posse appellari, & de nullitate dici, nam vere Princeps ipse, & solus appontamentum promulgavit; Verum antequam id faceret, mature volens procedere, super omnibus habere voluit Judicium dictorum Peritorum Virorum, quæ minime inferunt illud dici prolatum ab ipsis, sed ab ipso solo Principe prolatum diceretur Consilium;* hoc emanavit in Causa Sententiæ latæ a Duce Sabaudiæ & id, quod ibi dicitur a *Paris* applicatur Sententiæ latæ a Duce Mantuæ, ut in terminis firmat *Bursat. consil. 68. num. 23. & seq. tom. 1.* ubi tractat de appellatione, seu revisione petita a Sententia per Ducem Mantuæ prolata, & hæc habet : *Ac etiam quia nulla subest justa, & legitima Causa nisi ut supplicantium petitio rejiciatur, stantibus maxime supra deductis, & ne aliter ordinando suprema Principis Auctoritate deprimatur, deturque materia futuris temporibus attentandi similia, lites perpetuandi, definita per Principes elusoria reddendi, quod omnibus absonum est ut homines sub verba, & Principis fide decipiantur.*

Secunda circumstantia reponitur in hoc, quod Serenissimus Dux voluit Sententiam taliter prolatam suam executionem habere, derogando omnibus in contrarium facientibus : *Per l' effettuazione di questa di lui sovrana, ed assoluta volontà qualunque cosa in contrario non ostante, al che tutto S. A. S. scientemente, e di moto proprio ha derogato, e deroga, tale essendo la precisa, e ben deliberata mente dell' A. S. altra cosa in contrario non ostante*; nemo autem est qui ignoret, quod harum clausularum vigore sublata intelligi debet quælibet facultas appellandi, & reclamandi itaut a primo ad ultimum semper sit verum non esse permissum DD. de Mefferottis quæstionem refricare, obstante Sententia tot clausulis munita, ut in pun-6 cto alterius Sententiæ prolatæ a Duce Mantuæ, & tot clausulis vallatæ prosequitur *Bertazzol. consil. crimin. tom. 2. cons. consil. 360. num. 8. & 9. Ibi certe non sunt audiendi adversarii repugnantibus dictis clausulis eorum virtute. Cum enim Princeps aliquid faciat ex certa scientia, non potest illud in dubium revocari, nec aliquis debet contra id audiri, sed est imponendum perpetuum silentium.*

Tertia reponitur in hoc circumstantia, quod sæpe memoratus Dux perpetuum, & inviolabile imposuit silentium prædictis Mefferottis, In eo, quod attinet ad hanc Causam : *Vogliamo perciò, e di moto proprio, e certa scienza comandiamo, che sia data da' medesimi Uditor Gobio, e Marchese Nobili Senatore pronta, e spedita esecuzione alla Commessione delli 17. Agosto 1691., ed alle Istanze, che le saranno fatte da' detti Conti Manrelli imponendo Noi un perpetuo, ed inviolabile*

labile silenzio a questa Causa, qualunque cosa in contrario non ostante. Perpetui autem silentii impositio operatur, ut nulla amplius Audientia concedi valeat Messerottis, qui succubuerunt, 7 ut in puncto similis Sententiæ latæ a Duce Mantuæ ponderat *Menoch. cons.* 208. *num.* 36.: Ibi, *seuto, & ultimo, vel ea etiam ratione allegari, atque deduci non potest nullitas hac laudi a prædictis DD. Alexandro, & Julio fratribus, cum lato ipso laudo, impositum fuit perpetuum silentium omnibus litibus, & controversiis ab Illustrissimis Principibus Arbitrantibus, quod sane perpetuum silentium omnibus litibus sui natura operatur, ut omnis audientia denegetur, ut scribunt Bald. & Alberig.*, qui quidem affirmant hos, quibus fuit impositum silentium, non posse etiam in foro Ecclesiastico audiri, 8 & ipsimet Illustrissimi Principes excluserunt expressim ab omni audientia partes ipsas, & in terminis ejusdem Sententiæ Ducis Mantuæ prosequitur *Bertazzol. allegato cons.* 360. *num.* 11. *& seq. tom.* 2. *cons. crimin.*: Ibi, *Princeps Serenis. Partibus imposuit Silentium perpetuum, quo fit, ut illi magnifici hæredes minime molestari possint, nec in petitorio, nec in possessorio, vel ulla restitutio etiam concedi possit, & cum hujusmodi silentii impositio geminata fuerit majorem Principis deliberationem, & motum ejus proprium ostendit.*

Quarta ex hoc derivat circumstantia, quod in mandato ne DD. Comites de Mantellis amplius molestarentur, Dux Mantuæ protestatus est, se uti plenitudine potestatis: *Servendoci della nostra assoluta podestà, per la totale fermezza di questa ben certa, e deliberata mente:* Impositus est ergo finis cuilibet controversiæ, nec Messerotti quidquam habent, quod amplius prætendere possint, illarumque instantia pro revisione, quocumque carere debet robore, & efficacia, veluti, perpensa plenitudine potestatis, habitaque ratione clausularum, quæ supra recensitæ 9 sunt in terminis pariter Sententiæ latæ a Duce Mantuæ, docet *Bursat. cons.* 78. *num.* 19. *tom.* 1.: ibi, *quinto confirmatur conclusio, quia Princeps tanquam de omnibus plene informatus, sententiam servari mandat, decernens irritum etiam de plenitudine potestatis quodcumque contra attentatum fuerit, audientiam denegans inobservanti. Igitur ad instantiam partis, revisionem committere non convenit, tamquam non rite, vel recte judicatum, cum virtute dictarum clausularum sæpius repetitarum constet de Principis voluntate expressa, nec non omnis læsio, suspicio, error, & facti ignorantia defectusque tollantur, ut contra sententiam nihil probari, aut opponi valeat. Idque magis procedit, si confirmatio sententiæ sequatur ex certa scientia de plenitudine potestatis motu proprio habentes pro expressis &c. Quæ clausulæ majorem vim, & efficaciorem in actu voluntatem significant, nec non omnem subreptionem, & intentionis defectum tollunt, ut nulla ratione retractari, seu infirmari debeant, quin potius omnis audientia deneganda.*

Quinta denique, & ultima circumstantia consistit in hoc, quod Serenissimæ Mantuæ Dux tutos, & securos reddidit Dominos Comites de Mantellis sub fide, & verbo veri Principis: *In modo che perpetuamente detti Conti Mantelli sieno sicuri, di non aver a sentire alcuna molestia, nè in giudizio, nè fuori per detta Causa, come così in fede, e parola di vero Principe le promettiamo per Noi, e Successori Nostri.* Si autem hæc expressio tanti est apud Doctores, ut dicant ipsum Principem non posse post similem promissionem aliquam novam audientiam impertiri, nec esse in ipsius facultate hanc promissionem retractare, 10 ut in terminis primæ propositionis, & sententiæ latæ a Duce Mantuæ, monet *Bertazz. in sæpe allegato cons.* 360. *num.* 19. *& seq. tom.* 2. *consil. crimin.* ibi: *Additur insuper in dicta confirmatione promissio jurata ipsius Domini Ducis pro perpetua validitate ipsius sententiæ, & dispositionis ipsius Principis, ex illis verbis sub fide veri Principis, quæ clausula dubio procul Juramentum Principis importare videtur contra quam fidem datam, & interpositam per Principem non deceret ipsum venire committendo revisionem ipsius Sententiæ, quia nihil magis decet Principem, vel ei convenit quam recta fides, & hæc una ratio ultra tot, & tantas supra deductas, sat, & superesse deberet ad ostendendum, ipsum Excellentissimum Principem non debere posse committere revisionem hujus Causæ, & Sententiæ contra expressam suam fidem datam, quia ejus verbum debet esse firmissimum*, & loquendo pariter de Sententia Ducis Mantuæ prosequitur *Bursat. cons.* 78. *sub num.* 19. §. *seuto hæc tom.* 1. *& loquendo de secunda propositione de carentia videlicet facultatis in Principe revocandi suam promissionem factam sub verbo veri Principis*; In terminis pariter Sententiæ prolatæ a Duce Mantuæ, pluribus probat *Menoch. consil.* 208. *num.* 46. *& seq.* Nil clarius afferri potest ad suadendum Causam hanc habendam esse pro terminata, & extincta, nec ullam reclamationem competere Messerottis, eosdemque absque ullo Jure velle coctam semel crambem recoquere.

Absque eo quod dici possit, quod non conceditur appellatio a Sententia Principis, sed quod eadem permittitur quando Sententia lata est ad relationem aliorum, prout contigisse prætendi valet in hypothesi nostra præsenti, 11 juxta ea, quæ docent *Scacc. de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 16. *limit.* 1. *num.* 30. *Farinac. quæst.* 101. *num.* 75. *Card. Tusc. in verbo appellatio conclus.* 406. *numer.* 100. *Gabriel. comm. conclus. lib.* 2. *tit. de appellat. conclus.* 1. *num.* 2. *Barz. dec. Bonon.* 150. *n.* 7. nec non quod in terminis Sententiæ tot clausulis munitæ, & a Duce Mantuæ prolatæ appellationem, & revisionem esse concedendam consuluit *Rim. Jun. cons.* 13. *per tot.* 12 *tom.* 1. ut enim album a nigro separetur, & ut secernantur pura ab impuris, retinenda est series facti; mortuo Cattaneo Secretario Status, Dux Mantuæ ne partes venirent ad arma, ad se possessionem avocavit, ejus intentio erat Causam terminare mediante Relatione Antonii Gobii in jurisprudentia versatissimi, ut ostendunt ejusdem volumina, instantibus Messerottia, alii duo Senatores superadditi sunt Rizzius videlicet, & de Nobilibus: Gobius, & de Nobilibus relationem dederunt favorabilem Comitibus de Mantellis, & Rizzius stetit pro Messerottis; Adhæsit Serenissimus Dux majori parti suffragiorum, sed reclamantibus Messerottis novam audientiam impertitus est, & cum

& cum novæ essent exortæ controversiæ circa novos Relatores eligendos. Idem Dux relationes pro una, & altera parte transmisit ad Juris peritos exteros, qui Jura DD. Comitum de Mantellis prætulerunt Juribus de Messerottis, & cohærenter ad hæc iterum Celsitudo Ducis Mantuæ sententiam tulit favorabilem illis de Mantellis adhibendo actus geminatos, & tot clausulas in superioribus recensitas,

In hac facti specie non video, quid habeant, de quo conquerantur DD. de Messerottis; poterat Dux Mantuæ novam illam audientiam denegare, vel quia non desunt D. D. docentes quod sicut licitum non est appellare a Sententia Principis, ita nec licitum sit appellare ab eadem, quando fertur ad re-13 lationem aliorum, *Capyc. dec.* 101. *per tot. Farinac. quæst.* 101. *num.* 77., vel quia juxta opinionem etiam illorum Doctorum, qui prædictam faciunt distinctionem inter sententiam a Principe latam, & sententiam latam ab ipso ad relationem aliorum, communis sensus est, quod Princeps non teneatur deferre tali appellationi, sed illam rejicere possit, si 14 velit, *Gabr. comm. conclus. lib.* 2. *tit. de appell. conclus.* 1. *n.* 4. *Farin. quæst.* 101. *num.* 76. *Scacc. de appell. lib.* 3. *c.* 2. *q.* 16. *limit.* 1. *num.* 134. & 135. iis minime refragantibus Dux in mitiorem partem declinando novam revisionem concessit; cessat ergo in iis terminis quælibet disputatio; extraneum est al-15 legatum *cons. Rimin.* non solum quia illud rejicitur, & contra illud scripserunt *Menoch.*, *Bursat.*, & *Bertazzol. locis sup. citatis*, sed etiam quia totus ejusdem conatus est, ut unica saltem revisio concedatur, quæ jam reperitur concessa; ab una deinde revisione ad novam aliam transire arduum nimis est, & incogitatum, & alias discurrendo lites fierent immortales contra *text. in l. properan-* 16 *dum C. de Judic.* & late prosequuntur *Gratian. discept.* 959. *num.* 2. *Rota dec.* 461. *num.* 6. *p.* 1. *rec. decis.* 485. *n.* 19. *p.* 4. *recent. tom.* 2.

Ad partes posito quod ignoratur quinam fuerint Relatores illi exteri; quia in exteris Relatoribus major auctoritas inest, quam in Domesticis, exteri quippe ab omni amicitia sunt remoti, quod aliquando in Domesticis non contingit, adeoque videmus Sapientissimas Respublicas, & signanter Januensem, & Lucensem, hac de causa Judices exteros advocare, nec Cives ad judicandum admittere. Quod si horum exterorum nomen ignoratur, hoc unum tamen est in comperto, Exteros illos retulisse de mandato Serenissimi Ducis, ob cujus dignitatem omnia bene gesta præsumuntur *Farinac. quæst.* 101. *numer.* 72. Præ-17 ter quam quod inaudita est similis instantia, quotidie proferuntur sententiæ a Judicibus de consilio Jurisperitorum, nec ullus usque adhuc comparuit, qui de nominibus Jurisperitorum quæstionem moverit, ut in simili argumentatur *Merenda controv. jur. lib.* 7. *cap.* 31. *num.* 11. Si ergo id non fit in sententiis quorumcumque Judicum, multo minus fieri valebit in sententia Principis Supremi.

Atque hæc dicta sint sub censura, salva semper &c.

Prosperus de Lambertinis S. Conf. Aulæ Advoc.

Emendabat accuratissime Joannes Sebastianus Menchetti Socius Academiæ Historiæ Ecclesiasticæ Lucensis.

INDEX NOMINUM, ET RERUM MEMORABILIUM.

A

B

C

D

E

F

G

H

I

L

M

N

O

P

R

S

T

Z

F I N I S.